S.-A. LORTIE

ELEMENTA PHILOSOPHIÆ CHRISTIANÆ

AD MENTEM

S. THOMÆ AQUINATIS EXPOSITA

III

Ethica seu Philosophia Moralis

1910
L'ACTION SOCIALE Ltée
QUEBEC

Université de Montréal

Herman Bailey

ELEMENTA
PHILOSOPHIAE CHRISTIANAE

AD MENTEM

S. THOMAE AQUINATIS EXPOSITA

102
L 878
1905
n 3

2 5 AOUT 1904

ELEMENTA

PHILOSOPHIAE CHRISTIANAE

AD MENTEM

S. THOMAE AQUINATIS EXPOSITA

AUCTORE

STANISLAO-A. LORTIE

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORE ET PROFESSORE IN UNIVERSITATE

LAVALLENSI

TOMUS TERTIUS

ETHICA SEU PHILOSOPHIA MORALIS

QUEBECI
Ex typographia *L'Action Sociale Ltée*
103, via Sanctae-Annae, 103

1910

Imprimatur

† L.-N. Arch., Quebecen.

Quebeci, die 1ª Maii 1910.

Cum ex Seminarii Quebecensis praescripto recognitum fuerit opus cui titulus est *Elementa philosophiae christianae ad mentem S. Thomae Aquinatis exposita, tomus tertius, Philosophia moralis, auctore Stanislao-A. Lortie, Sacrae Theologiae doctore et professore in Universitate Lavallensi,* nihil obstat quin typis mandetur.

A.-E. Gosselin, pter

R. U. L.

Quebeci, die 1ª Maii 1910.

ETHICA

SEU

PHILOSOPHIA MORALIS

PRAENOTIONES

I. Ethicae definitio.—Nomen *Ethica*, graece ἦθος, latine, *mos* dicitur: ethica de moribus hominum agit. *Latissimo sensu*, mos significat *quamdam inclinationem naturalem ad agendum*, unde dicitur etiam de animalibus brutis ; sed *stricto sensu*, mos significat *modum constantem et uniformem agendi creaturarum rationalium in his actionibus quae ab intellectu et voluntate libera procedunt* ; ideo « mores proprie dicuntur humani », « nam idem sunt actus morales et actus humani. » (1)

Ethica, quoad rem definitur : *scientia practica, actuum humanorum directiva ad honestatem naturalem, secundum lumen naturale rationis.*

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.* I-II, q. 1, a, 3.

1° Ethica dicitur *scientia*, scilicet, cognitio certa et evidens per causas. Non tantum enim ethica tradit leges ad recte vivendum, sed ipsas cognoscit in suis causis, in suis principiis, mediante ratione.

2° Dicitur *practica*, quia ethica non sistit in pura veritatis contemplatione, sed veritatem ad opus ordinat, quod proprium est scientiae practicae. Etenim ethica agit de legibus directivis actuum humanorum ad honestatem moralem non ut cognoscantur tantum, sed ut sint regula actionum nostrarum.

3° Dicitur *actuum humanorum*, quia actus humani constituunt *objectum materiale* hujus scientiae. *Actus humani* sunt *illi qui a voluntate ipsa deliberata vel ab aliis facultatibus sub imperio voluntatis eliciuntur*. Unde distinguuntur ab illis actionibus quae *actus hominis* dicuntur, et *independenter a libera voluntate a facultatibus procedunt*.

4° Dicitur *ad honestatem naturalem directiva*, quia objectum formale hujus scientiae, seu ratio illa specialis sub qua considerantur actus humani ab ipsa, est honestas naturalis seu moralitas ipsorum. Illa autem honestas constituitur secundum ordinem ad finem : « moralis philosophiae proprium est considerare actiones humanas secundum quod sunt ordinatae ad finem. » [1] Philosophia moralis igitur, seu ethica, ut objectum habet bonum honestum hominem ad finem naturalem ducens, ideoque distinguitur tum ab œconomia politica, quae pro objecto habet bonum utile, tum a theologia morali, quae actus humanos considerat secundum ordinem ad finem supernaturalem.

5° Dicitur *secundum lumen naturale rationis*, quia ethica conclusiones suas deducit ex primis principiis practicis lumine rationis comparatis, quare rursus a theologia morali differt quae a principiis lumine fidei cognitis procedit.

---

(1) S. Thomas, l. I. *Ethic.*, lect. 1.

II. Divisio.—Ethica seu philosophia moralis in duas partes dividitur : in ethicam *generalem* seu *theoreticam*, quae de principiis tum extrinsecis tum intrinsecis actuum humanorum in genere agit ; et in ethicam *specialem* seu *applicatam*, quae principia generalia in prima parte statuta ad varios hominis status in particulari applicat. En totius Ethicae schema.

ETHICA.

- Ethica generalis
  - De principiis extrinsecis actuum humanorum
    - De causa finali seu de fine ultimo
    - De causa exemplari
      - De lege
      - De conscientia
  - De principiis intrinsecis actuum humanorum
    - De causa materiali, seu de actibus humanis secundum esse physicum.
    - De causa formali, seu de actibus humanis secundum esse morum
- Ethica specialis
  - Moralis individualis
    - De jure et officio in genere
    - De officiis erga Deum
    - De officiis erga seipsum
    - De officiis erga alios
  - Moralis socialis
    - De societate domestica
    - De societate professionali
    - De societate civili
    - De societate internationali
    - De societate religiosa

PRIMA PARS

ETHICA GENERALIS

Prologus.—Ethica generalis agit de actuum humanorum principiis quorum alia sunt extrinseca, alia intrinseca. Duo igitur erunt libri ipsius ethicae generalis.

1us De principiis extrinsecis actuum humanorum.
2us De principiis intrinsecis actuum humanorum.

LIBER PRIMUS

DE PRINCIPIIS EXTRINSECIS ACTUUM HUMANORUM

Prologus.—Principia extrinseca actuum humanorum sunt causa finalis et causa efficiens ipsorum, ad quam reduci potest causa exemplaris, cum sit idea agentis ad cujus similitudinem res fiat. Finis autem in ordine practico sese habet ut prima principia in ordine speculativo, scilicet, sicut in ordine speculativo ex primis principiis prius cognitis deducuntur scientiarum conclusiones, ita in ordine practico ex fine prius cognito deducuntur alia quae circa ea quae sunt ad finem determinanda inveniuntur. Igitur prius instituendus est sermo de causa finali actuum humanorum, seu de fine ultimo hominis.

Causa vero efficiens illorum actuum est voluntas libera de qua jam sufficienter diximus in psychologia ; unde secundo, sermo erit de causa exemplari actuum humanorum.

Illa autem causa est lex quae dupliciter considerari potest : *objective* seu in seipsa, et dicitur lex moralis quae est regula remota morum ; *subjective* seu prout subjecto innotescit, qua ratione conscientia dicitur et est regula morum proxima. Liber primus in tria igitur distribuitur capita quorum primum agit *de fine ultimo*, secundum *de lege morali*, tertium *de conscientia morali*.

1° De fine hominis ultimo;
2° De lege morali ;
3° De conscientia morali.

CAPUT PRIMUM

DE FINE HOMINIS ULTIMO

Prologus.—Sermo instituitur de fine ultimo *naturali* hominis, abstractione facta a fine supernaturali ad quem homo de facto elevatus est, et de quo agit theologus. De fine illo naturali dicendum erit *quia est*, et *in quo consistit*, et *quandonam* et *quomodo* homo ipsum *consequi* potest. Triplex igitur erit articulus hujus primi capitis : de *existentia*, de *natura*, de *consecutione* finis ultimi.

DE FINE HOMINIS ULTIMO

- De existentia finis ultimi
  - Status quaestionis
    - Finis operis, operantis.
    - Finis proximus, intermedius, ultimus.
    - Quaestio proponitur de fine operantis, ultimo simpliciter, apprehensive intento.
  - Existentia finis ultimi demonstratur :
    - Thesis : Homo libere agens semper agit propter finem, et quidem propter ultimum finem.
  - De unitate finis ultimi :
    - *In uno homine* : Unius hominis non possunt esse plures fines ultimi.
    - *In omnibus hominibus* : Finis ultimus objective idem est pro omnibus, sed subjective differt secundum uniuscujusque judicium.

- **De natura finis ultimi**
  - Beatitudo
    - Notio
    - Conditiones
      - Bonum supremum
      - " per se sufficiens
      - " omnis mali exclusivum
      - " indeficiens
    - Divisio
      - Perfecta, imperfecta
      - Objectiva, subjectiva
      - Naturalis, supernaturalis
  - De Beatitudine in communi :
    - Thesis I.—Omnes homines appetunt beatitudinem.
    - Thesis II.—Beatitudo est bonum reale ad quod obtinendum homo a Deo ordinatur.
  - De beatitudine objectiva :
    - Status quaestionis
    - Falsae philosophorum sententiae
    - Thesis : Beatitudo objectiva non potest esse nisi in Deo.
  - De beatitudine subjectiva :
    - Status quaestionis
    - Philosophorum sententiae
    - Thesis : Beatitudo subjectiva essentialiter consistit in actu intellectus.
  - De beatitudine supernaturali.

- **De consecutione ultimi finis**
  - De tempore assecutionis finis ultimi :
    - Thesis I.—Beatitudo perfecta in praesenti vita obtineri nequit.
    - Thesis II.—Beatitudo perfecta in altera vita obtinetur.
    - Thesis III.—Beatitudo tamen imperfecta et inchoativa in praesenti vita haberi potest.
  - De modo promerendi beatitudinem :
    - Thesis : Vita praesens est praeparatio ad beatitudinem in vita futura possidendam ; ista autem praeparatio consistit in recta ordinatione actuum humanorum ad finem ultimum, nempe ad Deum.

ARTICULUS I

DE EXISTENTIA FINIS ULTIMI (1)

I. **Status quaestionis.** — 1° Finis in genere est *id propter quod aliquid fit.* Finis dividitur :

a) In finem *operis* et *operantis.* Finis operis est id ad quod opus natura sua ordinatur. Finis operantis est id quod agens pro lubitu agendo intendit.

b) In finem *proximum, intermedium* et *ultimum.* Finis proximus est bonum ad quod immediate tendit opus vel operans. Finis ultimus est bonum propter se appetitum, caetera autem propter ipsum. Finis intermedius est bonum non propter se appetitum, sed propter aliud ad quod ducit.

Finis ultimus est *absolute* seu *simpliciter ultimus,* seu *in omni genere,* cui omnia in quocumque genere subordinantur, vel *relative* seu *secundum quid* ultimus, scilicet, cui omnia in aliquo tantum genere subordinantur, ut sanitas respectu medecinae.

2° Quaestio proposita inquirit de fine ultimo hominis, non quidem de fine operis, sed de fine operantis ; nec igitur de fine ultimo secundum quid seu in aliqua tantum rerum serie, sed de fine ultimo simpliciter, ita ut sensus quaestionis

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 1.

sit utrum homo libere agens prosequi intendat bonum propter se appetitum ad quod caetera omnia bona ab ipso appetita ordinantur.

3° Agens agit propter finem dupliciter: *apprehensive* vel *executive*, secundum quod finem ad quem tendit apprehendere potest vel non. Agentia quae finem apprehendere non possunt ad ipsum mittuntur a superiore agente, sicut sagitta a sagittante, ideoque *executive* tantum dicuntur agere propter finem.

Quae autem finem cognoscunt ipsum apprehendunt vel cognitione sensitiva tantum, et *ex instinctu* ad finem determinantur, vel cognitione intellectiva et universali, et libera electione bonum apprehensum prosequuntur. Quaestio proponitur non de fine ad quem homo executive tantum, vel ex instinctu moveretur, sed de fine seu de bono quod homo libere agens, libero suo arbitrio prosequitur.

II. Existentia finis ultimi demonstratur.

THESIS.—Homo libere agens semper agit propter finem, et quidem propter ultimum finem.

Prima pars. — *Homo libere agens semper agit propter finem.* — Homo, ut homo, in hoc differt ab irrationalibus creaturis quod est suorum actuum dominus, ideoque actiones illae proprie dicuntur *humanae* quae ex voluntate deliberata procedunt. Atqui voluntas est facultas inorganica quae prosequitur bonum intellectu cognitum rationem habens finis. Ergo homo, ut homo, scilicet, homo libere agens semper agit propter finem.

« Illae actiones proprie *humanae* dicuntur, quae ex voluntate deliberata procedunt : si quae autem aliae actiones homini conveniant, possunt dici quidem *hominis actiones*, sed non proprie *humanae*, cum non sint hominis inquantum est homo. Manifestum est autem, quod omnes

actiones, quae procedunt ab aliqua potentia, causantur ab ea secundum rationem sui objecti; objectum autem voluntatis est finis, et bonum: unde oportet, quod omnes actiones humanae propter finem sint.» [1]

Secunda pars.—*Et quidem propter ultimum finem.*— Cum voluntas agit propter finem, finis propter quem agit est bonum vel propter se appetitum et caetera propter ipsum, vel appetitum propter aliud ad quod ducit. Atqui in utroque casu, voluntas agit propter finem ultimum. Ergo homo libere agens semper agit propter ultimum finem.

Ad minorem. Etenim cum finis ultimus est ill[illegible] appetitur propter se et caetera propter ipsum, in prim[illegible] homo agit immediate propter ultimum finem. In se[illegible] casu, homo mediate agit propter finem ultimum. Si[illegible] cum finis propter alium desideratur, ordo invenitur [illegible] fines. Atqui in finibus subordinatis impossibile est [illegible] procedatur in infinitum. Ergo devenire est ad aliquem [illegible]em seu ad aliquod bonum propter se appetitum et caetera propter ipsum, scilicet, ad ultimum finem.

III. **De unitate finis ultimi.**—Homo agit propter finem et quidem propter ultimum finem; antequam autem quaestio proponatur de natura ultimi finis, quaeritur utrum finis ultimus possit esse multiplex, sive in uno homin[illegible] sive in omnibus hominibus.

Unius autem hominis non possunt esse plures fin[illegible] ultimi. Etenim cum unumquodque appetat propriam perfectionem, ultimus finis hominis est bonum perfectum completivum suiipsius. Atqui illud bonum non potest esse multiplex, aliter enim esset simul completivum et non esset. Ergo unius hominis unus est finis ultimus.

---

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, I-II, q. 1, a. 1.

Utrum vero unus sit finis ultimus omnium hominum, dicendum est finem ultimum dupliciter considerari posse : *objective*, prout est aliquod bonum reale in quo vere invenitur ratio ultimi finis ; *subjective*, nempe secundum judicium quo determinatur ab unoquoque illud bonum in quo reponenda sit ratio ultimi finis. Quibus positis sit :

THESIS.—FINIS ULTIMUS OBJECTIVE IDEM EST PRO OMNIBUS HOMINIBUS, SED SUBJECTIVE DIFFERT SECUNDUM UNIUSCUJUSQUE JUDICIUM.

Prima pars.—*Finis ultimus est objective idem pro omnibus hominibus.*— Finis ultimus hominis est ultima ejus perfectio ; omnes enim appetunt suam perfectionem adimpleri. Atqui ultima perfectio est eadem pro omnibus hominibus, cum eadem sit in omnibus specifica natura. Ergo finis ultimus objective idem est pro omnibus hominibus.

Secunda pars.—*Finis ultimus subjective differt secundum uniuscujusque judicium.*—Etenim ex experientia facile constat omnes homines non quaerere in eadem re, in eodem bono rationem finis ultimi. Quidam appetunt divitias, quidam voluptatem, quidam gloriam, potestatem vel aliud quodcumque bonum. Secundum igitur uniuscujusque judicium subjective differt ultimus finis.

« Omni gustui delectabile est dulce ; sed quibusdam maxime delectabilis est dulcedo mellis, quibusdam dulcedo vini, aut alicujus talium. Illud tamen dulce oportet simpliciter esse melius delectabile, in quo maxime delectatur qui habet optimum gustum ; et similiter illud bonum oportet esse completissimum quod tanquam ultimum finem appetit habens affectum bene dispositum. » (1)

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, I-II, q. 1, a. 7.

ARTICULUS II

DE NATURA FINIS ULTIMI

I. Status quaestionis.– Finis ultimus hominis est ultima perfectio ipsius, seu beatitudo. Etenim « nomine beatitudinis intelligitur ultima perfectio rationalis seu intellectualis naturae » (1) Quaerere de natura finis ultimi, est proinde quaerere de natura beatitudinis, quae natura suscipitur determinanda non quidem in abstracto, sed in concreto. Determinandum venit, quodnam est illud bonum in quo consistit beatitudo, quae sese habet ut finis ultimus hominis.

II. Beatitudinis definitio et conditiones.—*Beatitudo*, a Boetio (2) definitur : *status omnium bonorum aggregatione perfectus* ;—a Tullio ; (3) *cumulata bonorum possessio, secretis omnibus malis* ;—a Sancto Augustino : (4) *plenitudo omnium sperandarum rerum*.

Conditiones.—Ex hisce definitionibus apparet quaenam sunt beatitudinis conditiones. Beatitudo esse debet : 1° *bonum supremum*, scilicet, bonum ad aliud non ordinatum,

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, p. I, q. 61, a. 1.
(2) *De Consol. phil.*, l. 3, c. 2.
(3) *Tusculan.*, q. V, 10.
(4) *Civit. Dei*, praefat. l. V.

aliter non haberet rationem finis ultimi ;—2° *per se sufficiens*, scilicet, totaliter quietans appetitum ; 3° *cujuscumque mali exclusivum*, quia non esset bonum sufficiens et perfectum, « beatitudo cum sit perfectum et sufficiens bonum, omne malum excludit, et omne desiderium implet » (1) 4° *firmum et indeficiens*, quia timor de amissione talis boni beatitudinem impediret.

III. Beatitudinis divisio.—1° « Duplex est hominis beatitudo, una, *perfecta* et alia *imperfecta*. Oportet autem intelligere perfectam beatitudinem, quae attingit ad veram beatitudinis rationem ; beatitudinem imperfectam, quae non attingit, sed participat quamdam particularem beatitudinis similititudinem. » (2)

2° Beatitudo alia dicitur *objectiva* seu *materialis*, alia *subjectiva* seu *formalis*.

Beatitudo objectiva est ipsa res quae finem ultimum constituit, seu bonum perfectum cujus possessione homo fit beatus.

Beatitudo subjectiva est actus quo homo illud bonum perfectum consequitur, et in ipso quiescit ; est possessio beatitudinis objectivae.

3° Beatitudo est *naturalis* vel *supernaturalis*.

Beatitudo naturalis est illa quae capacitati et exigentiis naturae humanae respondet.

Beatitudo supernaturalis est illa quae capacitatem naturalem et exigentiam naturae humanae superat.

IV. De beatitudine in communi.—Beatitudo considerari potest dupliciter : *in genere* seu in communi, et *in specie* ; haec praesertim in *objectivam* et *subjectivam* dividitur.

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 5, a. 3.
(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 3. a. 6.

Antequam autem sermo instituatur de beatitudine in specie, duo sunt de beatitudine in communi accipienda.

THESIS I.—Omnes homines appetunt beatitudinem.

Duplex datur appetitus, naturalis seu innatus et elicitivus. Atqui illo duplici appetitu omnes homines appetunt beatitudinem. Ergo.

Ad majorem.—Appetitus in genere est inclinatio entis in bonum sibi conveniens. Illa autem inclinatio vel est ipsius naturae, sine cognitione, pondere suo gravitantis in finem a creatore sibi determinatum, et dicitur appetitus naturalis seu innatus ; communis est omnibus entibus prout ad finem suum et ad operationes sibi congruas tendunt ; vel est quaedam tendentia cognitionem consequens et procedens a facultate quae ipsam elicit, et dicitur appetitus elicitivus; in cognoscentibus tantum invenitur, et subdividitur in intellectivum et sensitivum, secundum quod inclinatio cognitionem intellectivam sequitur, vel cognitionem sensitivam tantum. [1]

Ad minorem per partes.—1° *Omnibus hominibus inest appetitus innatus beatitudinis.*—Unicuique naturae inest appetitus innatus ad bonum sibi conveniens. Atqui bonum naturae humanae conveniens est beatitudo, scilicet, bonum perfectum et sufficiens, omne malum excludens et omne desiderium implens. Homo enim est intellectualis naturae, ideoque intellectu et voluntate praeditus, capax est omnis veri et omnis boni. Jamvero omnis natura bonum prosequitur secundum mensuram propriae suae capacitatis. Ergo natura humana bonum perfectum seu beatitudinem tanquam bonum sibi conveniens prosequitur, ideoque omnibus hominibus inest appetitus innatus beatitudinis.

---

(1) Cf. *Psychologia*, pp. 232 et seq.

2° *Omnibus hominibus inest appetitus elicitivus beatitudinis.* —Ex experientia constat, omnes homines insatiabili desiderio beati esse volunt. « Omnium sententia est, ait Augustinus, [1] qui ratione quoquo modo uti possunt, beatos esse omnes homines velle. » Non tantum enim voluntas, appetitus nempe elicitivus rationalis, non potest non velle bonum perfectum quoad *specificationem* actus, sed etiam in ipso actus *exercitio*, statum omnium bonorum congregatione perfectum, saepe saepius tanquam bonum sibi conveniens appetit. Omnibus igitur hominibus inest appetitus elicitivus beatitudinis.

THESIS II.—Beatitudo est bonum reale ad quod obtinendum homo a Deo ordinatur.

1° *Ex naturali desiderio.*—Homo naturali desiderio perfectam beatitudinem appetit. Atqui desiderium naturale non potest esse inane ; natura nihil frustra facit. Ergo beatitudo est bonum reale, realiter obtinendum.

2° *Ex divinis perfectionibus.*—Non est admittendum quod divinis repugnat perfectionibus. Atqui sapientiae, veracitati et bonitati Dei repugnat innato hominis appetitui beatitudinis non respondere bonum reale suo tempore adipiscendum.

Etenim *a) sapientiae Dei* repugnat esse in creatura rationali realem motum in beatitudinem, quin existat realis terminus hujus motus, scilicet, reale bonum in quo beatitudo consistat.

b) Veracitati Dei repugnat hominem divina veluti promissione, naturali inclinatione manifesta, ad bonum ferri quod Deus ipsi concedere non vult.

c) Bonitati Dei repugnat hominem appetitu rationali quo brutis praestat, ipsis brutis miserabiliorem fieri. Denegata

---

(1) *De Civit. Dei*, l. 10, c. 1.

realitate beatitudinis, necnon possibilitate consecutionis ejus, bruta feliciora hominibus forent. Bruta enim appetitu sensitivo bona sensibilia tantum prosequuntur quibus satiari possunt ; homo vero bonum perfectum nunquam adispiscendum crudeliter prosequeretur. [1]

Beatitudo igitur est bonum reale ad quod obtinendum homo a Deo ordinatur.

V. De beatitudine objectiva.—*a) Status quaestionis*—Omnes homines beatitudinem naturali appetitu prosequuntur, et necessarium est exstare objectum reale huic naturali appetitui respondens. Quodnam est illud objectum, nunc quaeritur.

b) Falsae philosophorum sententiae.—Juxta S. Augustinum veteres philosophi hac de re multum errarunt ; errores autem philosophorum ad quasdam sententias reduci possunt. Quidam objectum felicitatis posuerunt in bonis fortunae et corporis : tales sunt Epicurus et Sensistae quos sequuntur Materialistae, Utilitaristae, et Sensualistae aevi recentis, ut Bentham, Taine et Littré ;—alii objectum beatitudinis constitutivum reposuerunt in bonis animae, ut Zeno, quam sententiam affirmant Rationalistae cum Kant ;—alii tandem beatitudinem ponunt in complexu omnium bonorum naturalium, ad quorum sententiam reduci possunt Pantheistae qui

(1) « Dieu est juste, il ne peut se faire à plaisir le bourreau de la créature, la remplir de désirs qui jamais ne seront assouvis, la pousser violemment vers un terme qu'elle ne doit jamais atteindre. Pourquoi cet universel besoin du bonheur qui tourmente nos pauvres cœurs, si la vie humaine se termine au tombeau? Entre la naissance et la mort, avons-nous été quelquefois satisfaits ? Hélas ! les plaisirs éphémères de ce monde n'ont fait que tromper la divine langueur de nos âmes, les joies même de la vérité et de la vertu ont été constamment troublées par de basses exigences, assombries par d'incessantes contradictions ! Notre nature est ainsi organisée qu'elle veut, qu'elle exige nécessairement le vrai sans ombre, le bien sans mélange, le repos actif de toutes ses facultés dans la paix, et l'on veut que Dieu la jette impitoyablement dans la nuit, le vide, le néant éternel. C'est atroce, et par conséquent, c'est incroyable.» MONSABRÉ, *Conf. de N. D.*, 1875, conf. 17.

in completa hominis evolutione beatitudinem objectivam consistere dicunt.

c) Vera sententia proponitur et demonstratur.

THESIS.—BEATITUDO OBJECTIVA NON POTEST ESSE NISI IN DEO.

1° Beatitudo objectiva hominis reponenda est vel in aliquo bono creato, vel in bono increato, nempe in Deo. Atqui in nullo bono creato beatitudo illa reponi potest. Ergo beatitudo objectiva esse non potest nisi in Deo.

Major est manifesta, cum inter bonum creatum et increatum non sit medium.

Ad minorem.—Bona enim creata aut sunt bona fortunae (divitiae, honor, fama, gloria, potestas), aut bona corporis (sanitas, voluptas, pulchritudo, robur), aut bona animae (virtus et scientia). Atqui conditiones beatitudinis nec de singulis istis bonis, nec de complexu omnium, nec de completa hominis evolutione, verificari possunt.

Non quidem de singulis, quia singula illa bona sunt bona relativa ab aliud ordinata, defectibilia, et ideo non possunt excludere omnia mala, nec omne voluntatis desiderium implere.

Non de complexu omnium, quia collectio non mutat naturam singulorum, nec defectibilitatem intrinsecam ipsorum tollit.

Nec de completa hominis evolutione, quia evolutio seu progressus non est finis seu terminus, sed via ad terminum, et bonitatem suam non habet ex se, sed ex bonitate et perfectione finis ad quem terminatur.

Ergo beatitudo objectiva in nullo bono creato reponi potest.

2° Beatitudo est bonum perfectum quod totaliter quietat appetitum ; alioquin non esset ultimus finis, si adhuc restaret aliquid appetendum. Atqui objectum voluntatis

seu appetitus humani, est universale bonum, sicut objectum intellectus est universale verum. Ergo nihil potest quietare voluntatem hominis nisi universale bonum. Atqui bonum univérsale reperiri non potest nisi in Deo, cum omnis creatura non habeat nisi bonitatem participatam. Ergo solus Deus quietare potest voluntatem hominis, et beatitudo objectiva non potest inveniri nisi in Deo. (1) Recte igitur clamat Augustimus: « Fecisti nos ad te Deus, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. » (2)

3e Beatitudo objectiva est bonum supremum, per se sufficiens, cujuscumque mali exclusivum, indeficiens et inamissibile. Atqui Deus est bonum hujusmodi. Etenim Deus est: *a*) *bonum supremum*, ad nullum aliud ordinatum, cum sit sibimetipsi proprius finis, et omnino independens a creatura tum in esse, tum in agere ;—*b*) *bonum per se sufficiens* ad quietandum omnia desideria voluntatis, cum sit infinita bonitas in qua praecontinentur omnes bonitates ;—*c*) *bonum cujuscumque mali exclusivum*, quia summum bonum, ipsa bonitas, nullum mali consortium admittit ;—*d*) *bonum indeficiens et inamissibile*, quia Deus est aeternus nullis mutationibus subjectus. De Deo igitur optime verificantur conditiones beatitudinis.

VI. De beatitudine subjectiva. — 1° *Status quaestionis.* — Beatitudo subjectiva est actus quo homo beatitudinem objectivam consequitur, actus nempe quo ad possessionem boni perfecti pertingit.—Bonum autem constituens beatitudinem objectivam est ipse Deus ; ideo, cum Deus sit in summo immaterialitatis et intelligibilitatis gradu existens, attingi non potest nisi a facultatibus immaterialibus, nempe ab intellectu et voluntate. Jamvero actus intellectus antecedit

---

(1) Cf. S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 2, a. 8.
(2) *Confess.*, l. 1, c. 1.

actum voluntatis, nihil volitum quin praecognitum. Ergo beatitudo subjectiva consistit primo, in cognitione Dei perfectissima quam intellectus noster ex cognitione rerum creatarum abstrahere potest.

Haec cognitio est *abstractiva*: agitur enim de beatitudine naturali, et naturaliter homo Deum *intuitive* cognoscere non potest. Objectum proprium intellectus humani est universale in rebus materialibus, ex quibus abstrahendo et discurrendo, ad notiones spirituales et ad cognitionem Dei assurgit. Cognitio igitur perfecta intellectus importat perfectam ordinis universalis cognitionem per ejus causam supremam. (1)

Hanc cognitionem perfectam sequitur amor perfectus Dei, et delectatio perfecta ex illa cognitione et ex illo amore resultans. Tres actus igitur ad possessionem Dei, seu ad beatitudinem subjectivam concurrunt, cognitio intellectus, amor et delectatio voluntatis. Inquirunt autem philosophi utrum essentia beatitudinis subjectivae in actu intellectus, vel in actu voluntatis consistat.

2° *Philosophorum sententiae.* Triplex sententia proponitur:

a) S. Thomas (2) affirmat essentiam beatitudinis in actu intellectus consistere.

---

(1) « Le problème de la destinée *naturelle* de la vie future revient donc à savoir quelle sera alors l'activité supérieure de l'âme.—Ce sera la pensée à son plus haut degré possible de perfection : la connaissance la plus parfaite possible de l'objet formel de l'intelligence, c'est-à-dire, enfin la science de l'universalité des choses matérielles, de leurs propriétés et de leurs lois, par leurs causes les plus profondes et principalement par leur cause suprême, y compris la connaissance, négative et analogique, des êtres spirituels et de l'Etre divin ; ou, plus brièvement, ce sera *la connaissance synthétique de l'ordre universel par sa Cause suprême.* Cette connaissance est la *sagesse* ou la *philosophie.* Elle engendrera naturellement l'activité parfaite de la volonté, c'est-à-dire, l'*amour* de Dieu considéré comme Principe et Fin du monde physique et du monde moral ; la *félicité* résultera de cette contemplation et de cet amour parfaits. » MERCIER, *Psychologie,* vol. II, pp. 356. et seq.

(2) *Sum. theol.*, I-II, q. 3, a. 4.

b) Scotus [1] docet solum voluntatis actum, scilicet, amorem, beatitudinis essentiam constituere.

d) Albertus Magnus, S. Bonaventura, Suaresius [2] utrumque actum dicunt esse de essentia beatitudinis.

3° *Sententia S. Thomae defenditur.*

THESIS.—BEATITUDO SUBJECTIVA ESSENTIALITER CONSISTIT IN ACTU INTELLECTUS.

1° Beatitudo formalis est consecutio ultimi finis. Atqui impossibile est quod consecutio finis habeatur per actum voluntatis. Ergo beatitudo formalis essentialiter consistit in actu intellectus.

Ad minorem.—Actus voluntatis circa finem sunt amor, desiderium et delectatio seu gaudium. Atqui nullo ex his actibus finem consequimur. Non *amore*; quia actus amoris nec requirit praesentiam objecti amati, amatur indifferenter bonum praesens vel absens, nec facit rem praesentem, sed supponit eam fieri praesentem per aliud, nempe per intellectum. Non *desiderio*: quia desiderium est de bono nondum habito. Non *delectatione*: quia licet delectatio sit de bono habito, possessionem boni non facit sed supponit. Ergo impossibile est quod consecutio finis actu voluntatis habeatur.

2° Id constituit essentiam beatitudinis quod primo in beatitudine concipitur et quod est ratio explicativa coeterorum. Atqui perfecta Dei cognitio est id quod primo in consecutione finis ultimi concipitur et quod est radix caeterorum. Ex perfecta enim Dei cognitione oriuntur amor ejusdem, et gaudium, et omnia alia quae ad beatitudinem pertinent. Ergo beatitudo formalis consistit essentialiter in actu intellectus, amor vero et delectatio sunt veluti proprietates ejus.

---

(1) In dist. 49, q. 5.
(2) *De ultimo fine*, disp. 7, sect. 1 et 7.

3° Juxta Aristotelem [1] beatitudo consistit in operatione perfectissima facultatis perfectissimae. Atqui facultas perfectissima, ipso consentiente, est intellectus, cujus perfectissima operatio est cognitio Dei. Ergo beatitudo in cognitione Dei per intellectum consistit.

VII. De beatitudine supernaturali. — Hucusque locuti sumus de beatitudine naturali; philosophus enim hominem considerat in ordine naturali, in quo homo nonnisi cognitione abstractiva Deum attingere potest. De facto tamen certo scimus, certitudine fidei, hominem elevatum fuisse ad ordinem supernaturalem, ideoque ad finem seu beatitudinem supernaturalem ordinatum esse. Ad theologos pertinet de beatitudine supernaturali disserere, et nos docere documentis fidei naturam hujus beatitudinis quae in visione intuitiva essentiae divinae consistit.

(1) « Si le bonheur ne peut être que l'acte conforme à la vertu, il est tout naturel que ce soit l'acte conforme à la vertu la plus haute, c'est-à-dire la vertu de la partie la meilleure de notre être.—L'acte de cette partie conforme à sa vertu propre doit être le bonheur parfait; et nous avons dit que cet acte est celui de la pensée et de la contemplation...

« ...tous les avantages qu'on attribue d'ordinaire au bonheur, semblent se rencontrer dans l'acte de la pensée qui contemple. Il n'y a donc qu'elle, bien certainement, qui soit le bonheur parfait de l'homme. Mais j'ajoute: pourvu qu'elle remplisse l'étendue entière de sa vie: car aucune des conditions qui se rattachent au bonheur, ne peut être incomplète.

« Peut-être d'ailleurs, cette noble vie est-elle au-dessus des forces de l'homme; ou du moins, l'homme peut vivre ainsi non pas en tant qu'il est homme, mais en tant qu'il y a en lui quelque chose de divin. Et autant ce divin principe est au-dessus du composé auquel il est joint, autant l'acte de ce principe est supérieur à tout autre acte, quelqu'il soit, conforme à la vertu. Mais si l'entendement est quelque chose de divin par rapport au reste de l'homme, la vie propre de l'entendement est une vie divine par rapport à la vie ordinaire de l'humanité.» ARISTOTE, *Morale à Nicomaque*, l. X, c. VII, passim. Traduction de J. Barthélemy Saint-Hilaire.

ARTICULUS III

DE CONSECUTIONE FINIS ULTIMI

I. De tempore assecutionis finis ultimi.—Finis ultimus seu beatitudo est bonum reale ad quod obtinendum homo a Deo ordinatur. Illud autem bonum est ipse Deus qui solus implere potest omnia desideria voluntatis nostrae; et ipsum attingimus cognitione perfecta intellectus, quem sequitur amor perfectus voluntatis. Ulterius progrediendo inquirendum remanet de tempore et de medio quo ad beatitudinem pervenire possumus. Ad solutionem primae quaestionis, de tempore assecutionis finis ultimi, ordinantur tres sequentes propositiones.

THESIS I.—Beatitudo perfecta in praesenti vita obtineri nequit.

Beatitudo est « cumulata omnium bonorum possessio, secretis omnibus malis » ; unde beatitudo perfecta debet implere omne desiderium voluntatis et excludere omne malum. Atqui in praesenti vita omne desiderium voluntatis non potest impleri, nec omne malum excludi. Ergo beatititudo perfecta in hac vita, haberi nequit.

Ad minorem. 1° *Omne desiderium voluntatis impleri non potest.* — Homo enim naturaliter desiderat non tantum possessionem bonorum de quibus delectatur et gaudet, sed permanentiam ipsorum. Atqui omnia bona hujus vitae sunt instabilia et transitoria. Ergo etiamsi homo omnia bona vitae praesentis possideret, quod experientiae adversatur, instabilitas ipsorum impediret ne omne desiderium hominis impleretur.

2° *Non potest excludi omne malum.* — Intellectus enim humanus semper in hac vita remanet ignorantiae obnoxius, voluntas inordinatis appetitus sensitivi motibus semper iniquietatur, corpus innumeris gravatur infirmitatibus. « Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu permanet. » (1)

THESIS II. — Beatitudo perfecta in altera vita obtinetur.

Inest omnibus hominibus naturale beatitudinis desiderium quod non potest esse inane : aliter enim natura ad impossibile tenderet, et ipse Deus insipientia et crudelitate esset arguendus. Ergo homo beatitudinem consequi debet. Atqui beatitudo in praesenti vita haberi non potest. Ergo homo beatitudinem consequitur in vita futura permanenti et inamissibili, cum « stabilas sempiterna sit de ratione verae beatitudinis. » (2)

Nota. — Beatitudo perfecta in vita futura possidenda, non est in ordine naturali accipienda, seclusa elevatione hominis ad ordinem supernaturalem, quasi fuisset ipsius animae tantum non autem corporis. Beatitudo enim naturalis hominis exigere videtur resurrectionem corporum. Unio

---

(1) Job., XIV.
(2) S. Thomas, *Sum. theol.* p. I, q. 64, a. 2.

quidem animae et corporis est naturalis; ideo, est contra naturam animae et perfectionem ejus, absque corpore esse Jamvero felicitas est ultima hominis perfectio, omnem excludens imperfectionem. Homo igitur non potest ultimam felicitatem consequi nisi anima iterato corpori conjungatur.

Eo vel magis quia consecutio beatitudinis ad modum praemii, et amissio ipsius ad modum poenae a divina providentia debetur. In hac autem vita homines ex anima et corpore compositi bene vel male agunt. Necessarium igitur est ponere iteratam animae ad corpus conjunctionem in vita futura ut homo in anima et corpore praemiari vel puniri possit. (1)

THESIS III.—BEATITUDO TAMEN IMPERFECTA ET INCHOATIVA IN PRAESENTI VITA HABERI POTEST.

1° Beatitudo perfecta consistit in possessione Dei mediante cognitione et amore. Atqui in praesenti vita possumus Deum cognoscere et amare saltem imperfecte. Ergo beatitudo saltem imperfecta in praesenti vita haberi potest.

2° Vita praesens ordinatur ad vitam aeternam. Ergo in praesenti vita homo erigere potest spem felicitatis futurae. Atqui spes illa beatitudinem saltem imperfectam et inchoativam jam constituit. Ergo beatitudo imperfecta in praesenti vita haberi potest, quae praesertim in spe bonorum futurorum consistit. Unde nemo miserior super terram, eis qui spem felicitatis futurae non habent.

II. De modo promerendi beatitudinem.—Jam demonstratum habemus hominem beatitudinem consequi, non quidem in praesenti, sed in futura vita. Modo quaeritur quinam sit modus hujus beatitudinis obtinendae. Unaquaeque autem creatura ad finem ordinatur, quem operatione sua propria, dirigentibus divinae providentiae legibus, consequitur. Ita homo ad finem a Deo ordinatus, ad ipsum contendit actionibus suis liberis, dirigente lege morali. Unde in

---

(1) Cf. S. THOMAS, *Sum. contra Gent.*, l. 4, c. 79.

praesenti vita homo dicitur esse in via, progrediens ad terminum, ad quem attingit per actus ordini morali conformes, et a quo recedit per actus huic ordini contrarios. Unde sit.

THESIS.—VITA PRAESENS EST PRAEPARATIO AD BEATITUDINEM IN VITA FUTURA POSSIDENDAM ; ISTA AUTEM PRAEPARATIO CONSISTIT IN RECTA ORDINATIONE ACTUUM HUMANORUM AD FINEM ULTIMUM, NEMPE AD DEUM.

Prima pars. — *Vita praesens est praeparatio ad beatitudinem in vita futura possidendam.*— Homo semper agit propter finem quem operando consequitur. Cum autem in praesenti vita non potest consequi finem ultimum, non sequitur nisi finem intermedium. Atqui proprium est finis intermedii, et in hoc sistit tota ejus bonitas, ut ad finem ultimum conducat. Ergo finis hominis in praesenti vita sistit in hoc quod sese praeparet et dirigat ad beatitudinem in vita futura possidendam.

Secunda pars.—*Ista praeparatio consistit in recta ordinatione actuum humanorum ad finem ultimum, nempe ad Deum.* —Duplex enim datur via quam homo in praesenti vita sequi potest : una in qua homo vitam suam ordinat ad Deum secundum rectam rationem, observatione legis et ordinis moralis ; altera in qua inordinate vivendo, homo suis indulget passionibus, jura divina et Deum contemnit, agendo contra legem et ordinem moralem. Atqui absurdum est, sapientiae, sanctitati et justitiae Dei contrarium, contendere secundam viam praeparationem constituere ad beatitudinem, et malum aeque ac bonum ad beatitudinem ducere. Ergo praeparatio beatitudinis in praesenti vita habetur, secundum quod homo actus humanos ordinat ad finem ultimum, nempe ad Deum.

CAPUT SECUNDUM

DE LEGE MORALI

Prologus.—Tota ratio essendi rerum in consecutione proprii finis sistit. Jamvero finis ultimus hominis est bonum increatum, nempe Deus, in futura tantum vita possidendum ; ideo finis vitae praesentis in hoc habetur quod homo sese praeparat ad beatitudinem, ordinando actiones suas ad Deum. Ad talem tamen ordinationem homo indiget regula, qua ad finem secure dirigatur et sine errandi formidine. Error enim hac in re esset pessimus. Illa autem regula dicitur lex moralis. Determinato igitur fine ultimo hominis, statim quaestio movetur de lege morali quae sese habet, ut diximus, quasi causa exemplaris actuum humanorum, quia illi actus non possunt hominem ad finem ducere, nisi sint ipsi legi conformes.

Lex moralis considerari potest vel *in genere*, vel *in specie*, prout distinguitur in legem aeternam, naturalem, et positivam. Unde quatuor erunt articuli hujus capitis secundi ; agemus 1° De lege in genere ; 2° de lege aeterna ; 3° de lege naturali ; 4° De lege positiva. En schema totius materiae.

DE LEGE MORALI

- **De lege in genere**
  - Legis notio
  - Legis moralis definitio
  - Legis qualitates
    - Lex sit possibilis
    - " honesta
    - " utilis
    - " stabilis
    - " promulgata
  - Legis discrimen a praecepto
    - Ratione finis
    - « jubentis
    - « subjecti
    - « extensionis
    - « stabilitatis
  - Legis divisio
    - 1° aeterna
      - temporalis
        - naturalis
        - positiva
          - divina
          - humana
            - ecclesiastica
            - civilis
    - 2° affirmativa
      - negativa
        - simpliciter prohibens
        - prohibens simul et irritans
    - 3° Moralis, poenalis, mixta
  - Legis finis et munus.

- **De lege aeterna**
  - Notio
  - Discrimen ab idea Dei et a Providentia
  - Existentia
  - Corollaria : Omnes creaturae legi aeternae subduntur.
    - Secundum modum naturae suae.
    - Lex aeterna est fundamentum omnis legis.

DE LEGE MORALI

(*sequentia*)

- **De lege naturali**
  - Notio
  - Discrimen a lege aeterna
  - Existentia
  - Proprietates
    - Universalitas
    - Perspicuitas
    - Unitas
    - Immutabilitas
      - Status quaestionis
      - Thesis : Lex naturalis est intrinsece et extrincese immutabilis.
      - Difficultatum solutio
  - Obligatio
    - Natura
    - Fundamentum
      - Status quaestionis
      - Thesis : Vis obligativa legis naturalis ab ordinatione intellectus et voluntatis divinae radicaliter procedit.
      - Corollaria : Autonomia rationis humanae rejicitur
        Moralis independens et laïca repugnat.
  - Sanctio
    - Notio et divisio
    - Thesis : Lex naturalis prae se fert divinam sanctionem, imperfectam hac in terra, perfectam in vita futura ; haec autem in possessione vel amissione finis ultimi consistit.
    - Corollaria : Praemia et poenae alterius vitae non erunt pro omnibus aequalia.
      Praemia et poena erunt aeterna.
      Æternitas poenarum petitur ex necessitate sanctionis perfectae.

DE LEGE MORALI

(*sequentia*)

- **De lege positiva**
  - Notio
  - Discrimen a lege naturali
    - Ratione materiae
    - « auctoris
    - « subjecti
    - « proprietatis
    - « promulgationis
  - De lege divina
    - Thesis I. Deus sine detrimento nostrae libertatis potest leges positivas hominibus indicere.
    - Thesis II. Praeter legem naturalem et legem humanam, necessarium fuit ad directionem vitae humanae habere legem positivam divinam.
  - De lege humana
    - Thesis I. Omnis lex humana a lege naturali derivatur.
    - Thesis II. Lex humana, ut obliget, debet esse honesta, justa, possibilis.
    - Corolloria : Numquam licet obedire legi quae legi divinae adversatur.
      Lex injusta contra bonum humanum non obligat directe, sed indirecte propter scandalum vitandum. Ipsi passive resistere licet, si sine scandalo, vel majori detrimento.

ARTICULUS I

DE LEGE IN GENERE

I. **Legis notio.**—« Lex quaedam regula est et mensura actuum secundum quam aliquis ad agendum inducitur, vel ab agendo retrahitur : dicitur enim lex a *ligando*, quia obligat ad agendum. » [1] Unde lex in genere significat principium quo explicatur modus constans et uniformis quem res servant in operando : principium quo explicatur modus operandi constans et uniformis quem in agentibus necessariis experimur, dicitur *lex physica* ; principium vero quo explicatur modus operandi constans et uniformis agentium liberorum, dicitur *lex moralis*.

II. **Legis moralis definitio.**—Lex moralis sensu stricto et proprio a S. Thoma definitur : [2]

ORDINATIO RATIONIS AD BONUM COMMUNE AB EO QUI CURAM HABET COMMUNITATIS PROMULGATA.

Dicitur 1° : *Ordinatio rationis* (causa formalis). Lex est *ordinatio*, nam proprium est legis *dirigere* et *obligare* hominem in his quae facienda aut omittenda sunt, secundum quod obligatio dicit necessitatem moralem qua liberum arbitrium

---

(1) S. THOMAS, *Sum theol.* I-II, q. 90, a. 1.
(2) *Sum. theo.*, I-II, q. 90, a. 4.

adstringitur ad aliquid faciendum vel omittendum. Dirigere autem pertinet ad rationem, obligare ad voluntatem ; unde lex procedit tum a ratione, tum a voluntate ; sed principaliter a ratione, quia rationis est ordinare ad finem qui est primum principium in agendis.

Si autem S. Thomas non loquitur explicite de voluntate, non est quia vult ipsam excludere, cum ipse docet (1) quod «omnis lex proficiscitur a ratione et voluntate legislatoris» ; sed quia cum sit omnibus evidens actum voluntatis ad condendam legem requiri, non videtur eodem modo omnibus manifesta necessitas ordinationis rationis. Unde S. Doctor de actu voluntatis silet, ad inculcandum, contra eos praesertim qui caesarismo faventes docent « voluntatem regis habere vim legis», meram voluntatem superioris ad rationem legis non sufficere, sed necessarium esse hanc voluntatem esse rectae rationi conformem, «alioquin voluntas principis magis esset iniquitas quam lex.» (2)

Dicitur 2° : *ad bonum commune*, (causa finalis). Finis enim legis est bonum, non quidem privatum superioris aut subditorum, sed bonum commune et publicum. Subjectum enim legis (causa materialis) est communitas, non autem individuum unum vel alterum. In eo quidem secundum communem hominum concipiendi modum, lex distinguitur a praecepto, quod illa communitatem respicit, hoc ad privatas spectat personas.

Dicitur 3° : *ab eo qui curam habet communitatis* (causa efficiens). Lex enim obligationem parit. Jamvero superior tantum vim obligandi sibi vindicat. Ergo condere legem non convenit nisi ei qui superioritatem habet. Sed cum lex

(1) *Sum theol.*, I-II, q. 97, a. 3.

(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, q. 99, a. 1, ad 3. Cf Ferreti, *Inst. Phil. Mor.* vol I. c. 4, a. 1.

est ad bonum commune, condere legem non est cujuscumque superioris, sed ejus cujus est procurare bonum commune, scilicet, ejus qui curam habet communitatis.

Dicitur 4° : *promulgata.* Promulgatio est conditio necessaria legis, aliter enim lex non obligaret. Etenim ut lex dirigat, cognosci debet, et non cognoscitur nisi manifestetur. *Ipsa* autem *legis manifestatio a superiore subditis facta* est *promulgatio.* Non est tamen confundenda promulgatio cum divulgatione legis, nam promulgatio est actio superioris legem publice manifestantis ; divulgatio autem est effectus promulgationis, nempe notitia legis ex promulgatione ad subditos proveniens.

III. **Corollaria.**—1° Ex illa definitione apparet quaenam sunt legis qualitates seu conditiones, scilicet, lex debet esse possibilis, honesta, utilis, stabilis, promulgata.

a) Possibilis. non tantum physice, sed moraliter; aliter, non esset ordinatio rationis.

b) Honesta, secus non esset ad bonum, sed ad malum.

c) Utilis, quia non esset ad bonum commune quod est finis primarius et essentialis legis.

d) Stabilis, quia lex est *per se* perpetu, et perdurat tamdiu stat communitas, nisi abrogetur vel noxia evadat aut inutilis.

e) Promulgata, ut subditis fiat cognita.

2° Differunt ad invicem lex et praeceptum, licet indistincte passim usurpentur : ratione *finis*, quia finis legis est bonum commune, finis praecepti, bonum privatum ;—ratione *jubentis*, quia legislator est persona publica, praecipiens potest esse persona privata, potestate domestica pollens ;—ratione *subjecti*, lex singulis hominibus imponitur, etiam futuris, quatenus sunt partes communitatis, praeceptum, vero privatis, et praesentibus tantum imponitur;—ratione *extensionis*,

lex obligat in territorio pro cujus communitate fertur, praeceptum personam afficit ubicumque invenitur, unde axioma : *lex haeret territorio, praeceptum ossibus personae* ;—tandem ratione *stabilitatis*, lex est de se perpetua, et permanet defuncto legislatore, praeceptum est de se transitorium, et praecipientis morte expirat.

IV. Divisio legis.—1° Lex dividitur in *aeternam* et *temporalem*.

Lex aeterna est ratio gubernativa rerum existens ab aeterno in mente divina.

Lex temporalis est actuum norma hominibus in tempore manifestata.

2° Lex temporalis alia est *naturalis*, quae naturali rationis lumine, alia *positiva*, quae signo sensibili externo fit manifesta.

3° Lex positiva alia est *divina*, cujus Deus est immediate auctor ; alia *humana*, quae ab auctoritate humana imponitur.

4° Lex humana alia est *ecclesiastica*, alia *civilis* prout a potestate ecclesiastica vel civili fertur.

5° Lex dividitur in *affirmativam* et *negativam*.

Lex affirmativa est illa quae positionem actus praecipit; v. g. : Adorabis Dominum, Deum tuum ; *lex negativa*, quae actus positionem prohibet, v. g. : Non occides.

Lex negativa est *simpliciter prohibens* quae actum facit illicitum simpliciter ; *prohibens simul et irritans*, quae actum facit illicitum et invalidum.

6° Lex dividitur in *moralem, poenalem*, et *mixtam*.

Lex moralis sub sola culpa, lex *poenalis* sub sola poena, *lex mixta* sub utraque simul obligat.

V. Finis et munus legis.—Finis legis est dirigere homines in bonum commune et ad finem ultimum, ideoque facere homines bonos. Homo enim est rationalis naturae, sed

rationem habet debilem quae errare potest ; hunc autem intellectus defectum sequitur defectus voluntatis, quae propter erroneum intellectus judicium, fallax fictumque bonum arripere potest. Propter hanc intellectus et voluntatis conditionem, necessaria est lex, hoc est agendorum et omittendorum norma, qua homo adjuvatur in determinandis mediis ad finem. « Isto modo dux homini in agendo lex est, eumque proemiis poenisque propositis ad recte faciendum allicit, a peccando deterret. » [1] Effectus et finis legis est facere homines bonos.

ARTICULUS II

DE LEGE AETERNA

I. **Legis aeternae definitio.**—*Lex aeterna* ab Angelico [2] definitur : « *Ratio divinae sapientiae secundum quod est directiva omnium actuum et motionum.* » [3] Haec divi Thomae definitio, convenit cum definitione S. Augustini, juxta quem « *lex aeterna* est *ratio divina, vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari jubens et pertubari vetans.* [4]

---

(1) Ainsi donc c'est la loi qui guide l'homme dans ses actions et c'est elle aussi qui, par la sanction des peines, l'attire à bien faire et le détourne du péché.» Léon XIII, *Litt. Ency. Libertas praestantissimum.*

(2) *Sum. theol.*, I-II q. 93, a. 1.

(3) « La raison même de la divine sagesse dirigeant à l'avance les actions et les mouvements de tout ce qui peut être. » Monsabré, Conf. N. D., Carême 1872, 2ième Conf.

(4) *Contra Faust.*, l. 22, c. 27.

1° Lex aeterna differt ab idea Dei : nam idea divina, quae et exemplar dicitur, est ratio rei producendae in Deo existens sicut in artifice ; lex autem aeterna est *ratio gubernationis rerum in Deo, sicut in omnium principe ab aeterno existens.* (1)

2° Lex aeterna a Providentia differt : *a)* lex enim aeterna sese habet ad providentiam sicut principium ad principiatum, cum Deus de rebus secundum suam providentiam disponit juxta ordinem legis aeternae. « Providentia in Deo non nominat legem aeternam, sed aliquid ad legem aeternam consequens. » (2) *b)* Insuper providentia divina a vi obligandi abstrahit quam lex importat.

II. Existentia legis aeternae demonstratur.

THESIS.—EXISTIT LEX AETERNA.

1° Sicut in mente artificis praeexistit ratio rei producendae, ita in mente gubernantis praeexistere debet ratio ordinis eorum quae agenda sunt ab eis quae gubernationi subduntur. Atqui Deus est sapientissimus conditor et gubernator omnium rerum. Ergo in Deo praeexistere debet et idea exemplaris, et ratio gubernationis rerum. Atqui ratio divinae sapientiae secundum quod est directiva omnium actuum et motionum est lex aeterna. Ergo lex aeterna existit.

2° Ratio gubernationis rerum in Deo ab aeterno existens habet rationem legis. Ergo existit lex aeterna.

Antecedens manifestatur, ex eo quod legis conditiones, de ipsa ratione gubernationis rerum verificantur. *a)* Illa enim ratio gubernativa rerum in ipso Deo, summo principe, existens est ordinatio rationis ; et Deus sapientissimus non potest non velle hanc ordinationem quam praecogitavit, non

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, I-II, q. 91, a. 1.
(2) S. THOMAS, QQ. DD. De Veritate, q. 5, a. 1, ad. 6.

impleri a creaturis. Ergo illa ratio gubernativa est simul directiva et obligativa, unde rationem legis habet.

b) Triplex legis conditio, nempe subjectum, finis, promulgatio habetur. Etenim licet creaturae quae sunt *subjectum* legis non existant in seipsis ab aeterno, praeexistunt tamen in mente divina. « Ea quae in seipsis non sunt, inquit S. Thomas, [1] apud Deum existunt in quantum sunt ab ipso cognita et praeordinata. » Ita legis *finis* habetur, nempe Deus, quia ipse legislator divinus creaturas ad seipsum tanquam ad finem praeordinat. Tandem *promulgatio* habetur *active*, ex parte Dei promulgantis, licet *passive*, seu ex parte creaturae audientis, promulgatio in tempore tantum fiat.

III. Corollaria.– Omnes creaturae legi aeternae subduntur. Lex enim aeterna est ratio gubernationis rerum in mente divina existens, et omnes creaturae gubernationi divinae subjiciuntur.

2° Haec subjectio tamen non eodem modo in omnibus rebus invenitur, sed secundum modum naturae uniuscujusque. Creaturae enim irrationales non possunt sese dirigere ad finem, sicut creaturae rationales quae ipsum finem cognoscunt, et ad ipsum sese dirigere valent. Unde lex aeterna *physice* necessitat creaturas irrationales, *moraliter* tantum creaturas rationales.

3° « In temporali lege nihil est justum ac legitimum, quod non ex lege aeterna homines sibi derivaverint » [2] Ratio enim gubernationis a primo gubernante ad secundos derivatur oportet. Atqui lex aeterna est ratio gubernationis in supremo gubernante. Ergo necesse est quod omnes rationes gubernationis quae sunt in inferioribus gubernantibus a lege aeterna deriventur. Atqui illae rationes inferiorum gubernantium sunt omnes aliae leges, praeter aeternam. Ergo. [3]

(1) *Sum. theol.*, I-II, q. 91, a. 1.
(2) S. Aug. *De Liber Arb.* l. I. c. 6.
(3) S. Thomas, I-II, q. 93. a. 3.

ARTICULUS III

DE LEGE NATURALI

I. Definitio legis naturalis.—*Lex naturalis* est *participatio legis aeternae in creatura rationali, quasi lumen rationis naturalis, quo discernimus quid sit bonum et quid malum.* (1)

Dicitur 1° *Participatio legis aeternae.* Lex enim est regula et mensura actuum, et ideo esse potest in aliquo dupliciter : uno modo sicut in regulante et in mensurante, et sic lex est in Deo et dicitur lex aeterna ; alio modo sicut in regulato et mensurato, quia in quantum aliquid participat de regula, sic regulatur et mensuratur. Cum autem omnes creaturae subduntur legi aeternae et ab ipsa regulantur, manifestum est esse in omnibus creaturis participationem legis aeternae. (2)

Dicitur 2° *in creatura rationali.* Participatio legis aeternae in omnibus creaturis invenitur, sed non in omnibus dicitur lex naturalis. Creaturae irrationales participant legem aeternam, secundum inclinationem naturalem quae physice necessitat actiones earum, et haec participatio lex physica dicitur. Creaturae rationales modo excellentiori legem

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 91, a. 2.
(2) *Ibid.*

aeternam participant, secundum quod lex in ipsis impressa, ab ipsis cognoscitur, et actiones ipsarum dirigit et determinat non physice, sed morali necessitate. Haec autem participatio legis aeternae in creatura rationali existens, lex naturalis vocatur.

Dicitur 3° *quasi lumen rationis naturalis.* Impressio enim legis aeternae lumine rationis naturalis manifestatur, et hoc est discrimen inter legem naturalem et legem positivam, quarum prima solo lumine rationis naturalis, secunda signis sensibilibus externis manifestatur.

Dicitur 4° *quo discernimus quid sid bonum et quid sit malum.* Lex enim est directiva actionum in ordine ad finem; unde ipsa mediante cognoscere debemus quid sit agendum, quid sit vitandum. Agendum est autem id quod ducit ad finem, nempe bonum, et vitandum id quod a fine avertit, nempe malum. Lex naturalis est igitur, « impressio luminis divini in nobis, quo discernimus quid sit bonum et quid sit malum.» [1]

II. Discrimina inter legem naturalem et legem aeternam.—Lex naturalis non est aliquid absolute idem ac lex aeterna, nec aliquid absolute diversum, sed participatio ejus. In aliquo igitur lex naturalis et lex aeterna conveniunt, et in aliquo differunt.

1° Una eademque lex dicitur *aeterna*, secundum quod *active* in Deo consideratur, *naturalis*, secundum quod *passive* in creatura rationali invenitur.

2° Lex naturalis est *temporalis* quia in mente rationalis creaturae imprimitur in tempore, secus ac lex aeterna quae in mente divina ab aeterno existit.

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 99, a. 2.

3° Utraque lex *divina* dicitur, alia tamen ratione : lex enim aeterna est divina quia a Deo est, et in Deo est ; lex naturalis, quia a Deo est tantum.

4° Lex aeterna est imparticipata mentis divinae sapientia ; lex naturalis est luminis divini seu sapientiae Dei participatio.

5° Tandem lex aeterna latius patet quam lex naturalis, cum prima sese extendit ad directionem actionum et motuum totius creaturae, dum secunda ad directionem solius creaturae rationalis spectat.

III. **Existentia legis naturalis.**—Existentia legis naturalis demonstratur contra atheos, materialistas et positivistas qui directe vel indirecte existentiam ejus impugnant.

THESIS.—LEX NATURALIS EXISTIT.

1°) *Ex divina sapientia :*—Posita creatione, ad sapientiam divinam pertinet, omnes creaturas specialiter rationales in finem ultimum secundum legem aeternam efficaciter ordinare. Atqui illa efficax ordinatio fieri nequit respectu hominis nisi per legem naturalem. Ergo lex naturalis existit.

Ad minorem.—Unaquaeque creatura ad finem suum ultimum ordinari debet secundum modum suae naturae. Atqui homini convenire non potest aliud ordinis vinculum nisi lex naturalis. Etenim homo libertate praeditus non potest adstringi obligatione physica, sed morali tantum. Ergo.

2°) *Ex testimonio conscientiae.*—Lex naturalis est lumen rationis naturalis insitum nobis a Deo, quo discernimus quid sit bonum et quid malum. Atqui teste conscientia tale lumen in nobis est. Ergo.

Ad minorem.—Teste conscientia, tria in nobis existunt facta interna, scilicet : necessario judicamus quasdam actiones

esse de se bonas, quasdam esse de se malas : simul eadem necessitate judicamus nos teneri et obligari ad vitandas omnes actiones de se malas, et ad ponendas actiones de se bonas, quarum omissio sit de se mala ; tandem actione facta, approbamus vel reprobamus nosmetipsos et alios secundum quod actio posita fuerit vel non secundum conformitatem ad ista judicia. Atqui illa facta existentiam legis naturalis in nobis aperte demonstrant. Nam ista obligatio ad aliquid faciendum vel omittendum, quam unusquisque in seipso sentit, supponit legem quae esse non potest nisi ab auctore naturae, cum inveniatur in omnibus hominibus, et homo non possit sibi ipsi legem dare. Ergo recte scripsit J. J. Rousseau : « Il est au fond des âmes un principe inné de justice et de vertu, sur lequel nous jugeons nos propres actions et celles d'autrui comme bonnes ou mauvaises. » (1)

3° *Ex communi hominum testimonio.*—Affirmatio constans et universalis omnium gentium et populorum, de re quae voluntati humanae est maxime molesta, non potest non admitti ut expressio certissimae veritatis. Atqui existentia legis naturalis quae voluntatem ligat et physicam ejus libertatem coarctat, ab omnibus constanti et universali testimonio affirmatur. Ergo.

Ad minorem. Hujus universalis consensus non tantum signum habetur in hoc quod apud omnes gentes divinitas colitur ut remunerator bonorum, necnon et malorum vindex, ideoque placatur propter scelera commissa, sed praeclara philosophorum testimonia, apud omnes, existentiam legis naturalis proclamant. « Est enim, ait Aristoteles (2), commune quoddam justum natura et injustum, quod omnes

(1) *Emile*, t. 1.
(2) *Rhet*, I, 13.

quodammodo devinant, etiamsi nulla de eo invicem communicatio intercesserit. »

« Est igitur haec, non scripta sed nata lex, ait Tullius [1] loquens de jure defensionis, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus ; ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. » [2]

« Il existe, ait J. J. Rousseau, [3] pour toute l'espèce humaine, une règle antérieure à l'opinion. C'est à l'inflexible direction de cette règle que se doivent rapporter toutes les autres : elle juge le préjugé même ; et ce n'est qu'autant que l'estime des hommes s'accorde avec elle, que cette estime doit faire autorité pour nous. »

« Deux objets, ait Kant [4], emplissent l'âme d'une admiration et d'un respect toujours renaissants : au-dessus de nous, le ciel étoilé, au-dedans la loi morale et ses prescriptions immuables. »

(1) *Pro Milone.*

(2) « Il existe une loi véritable et absolue, la droite raison, conforme à la nature, universelle, invariable, éternelle, dont la voix enseigne le bien qu'elle ordonne, et détourne du mal qu'elle défend ; mais soit qu'elle défende, soit qu'elle ordonne, elle n'est puissante que sur les bons, et si elle se fait entendre aux méchants, elle ne les persuade pas. On ne peut ni l'infirmer par une autre loi, ni en rien retrancher, ni l'abroger toute entière ; ni le peuple, ni le sénat, ne peuvent dispenser d'y obéir ; elle est à elle-même son interprète ; elle ne sera pas autre dans Rome, autre dans Athènes, autre aujourd'hui, autre demain : partout dans tous les temps, règnera cette loi immuable et sainte et avec elle, Dieu, le maître et le roi du monde, Dieu qui l'a faite, discutée, sanctionnée ; la méconnaître, c'est se fuir soi-même, c'est fouler aux pieds sa nature, et s'infliger par cela seul la plus cruelle punition, quand même l'homme éviterait les autres supplices de la justice humaine.» Cicéron, Fragments *De Republica*, l. III.

(3) *Emile* l. V.

(4) *Critique de la raison pratique.*

Plura alia possent afferri testimonia [1] haec autem sufficiant.

IV. Proprietates legis naturalis.—Quatuor sunt legis naturalis proprietates : *universalitas, perspicuitas, unitas, immutabilitas.*

1° Lex naturalis est participatio legis aeternae in creatura rationali, quasi lumen rationis naturalis ; unde illa lex invenitur in omnibus hominibus, cum eisdem praeceptis quibus adstringitur humana voluntas ad bonum faciendum et ad malum vitandum. Prima igitur proprietas legis naturalis

---

(1) « Connais-tu, demande Socrate à Hippias, des lois qui ne sont pas écrites ?—Oui, celles qui sont les mêmes dans tous les pays et qui ont le même objet.—Pourrais-tu dire que ce sont les hommes qui les ont établies ?—Comment cela serait-il, puisqu'ils n'ont pu se réunir tous, et ne parlent pas la même langue ?—Qui donc à ton avis, a établis ces lois ?—Moi, je crois que ce sont les dieux qui les ont inspirées aux hommes, car chez tous les hommes, la première loi est de respecter les dieux. »—*Les Mémorables*, IV. 4.

« Non : le Dieu qui m'a fait, ne m'a pas fait en vain :
Sur le front des mortels il mit son sceau divin.
Je ne puis ignorer ce qu'ordonne mon maître ;
Il m'a donné sa loi, puisqu'il ma donné l'être,
Sans doute il a parlé, mais c'est à l'univers.
....
La morale uniforme en tout temps en tout lieu,
A des siècles sans fin parle au nom de ce Dieu.
Cette loi souveraine à la Chine, au Japon,
Inspira Zoroastre, illumina Solon,
D'un bout du monde à l'autre, elle parle, elle crie :
Adore un Dieu, sois juste, et chéris ta patrie.
....
L'or qui naît au Pérou, l'or qui nait à la Chine,
Ont la même nature, et la même origine :
L'artisan les façonne, et ne peut les former.
Ainsi l'Etre éternel, qui nous daigne animer,
Jeta dans tous les cœurs une même semence.
Le ciel fit la vertu, l'homme en fit l'apparence,
Il peut la revêtir d'imposture et d'erreur ;
Il ne peut la changer, son juge est dans son cœur.

VOLTAIRE, *La loi naturelle*, 1751

est *universalitas* qua omnes homines attingit, in omni loco et in omni tempore.

2° Secunda proprietas legis naturalis est *perspicuitas* vi cujus omnibus innotescit. Praecepta autem legis naturalis in triplicem classem dividuntur : *Prima praecepta*, ut bonum est faciendum malum vitandum, sunt illa quae universalia morum principia complectuntur ; a nullo homine ratione utente ignorari possunt, et in unoquoque sunt indelibilia.— *Secunda praecepta*, ut decalogi praecepta, sunt conclusiones proximae quae immediate a primis morum principiis deducuntur ; non possunt ignorari ignorantia invincibili nisi a rudibus et ad breve tempus, et « deleri possunt de cordibus hominum vel propter malas persuasiones, eo modo quo in speculativis etiam errores contingunt circa conclusiones necessarias, vel propter pravas consuetudines et habitus corruptos. » (1) *Tertia praecepta* sunt conclusiones remotae, quae ignorari possunt et saepe saepius ignorantur.

3° Tertia proprietas est *unitas*. Omnia enim naturalis legis praecepta ad unum reducuntur principium, quod totam legem implicite comprehendit : *Bonum est faciendum, malum vitandum*.

4° Tandem quarta et praecipua legis naturalis proprietas est *immutabilitas*. (2)

V. **Status quaestionis.**—Mutatio legis potest esse duplex : alia *formalis* et propria, sese tenens ex parte ipsius legis, alia *materialis* et impropria, sese tenens ex parte ipsius materiae circa quam lex versatur. Mutatio *materialis* habetur quando, lege eadem manente, aliquid incipit cadere sub lege quod prius sub ipsa non cadebat, vel cessat cadere sub lege cum prius sub ipsa cadebat. Sic, v. g., lex civilis imperat tributum pro rebus immobilibus cultui divino non addictis ; si

---

(1) S. THOMAS *Sum. theol.* I-II, q. 94, a. 6.
(2) Cf. FERRETTI, *Phil. mor.*, t. I, pars prior, c. 4, a 4.

autem res quaedam profana cultui divino fiat addicta, in hoc casu tributum non amplius solvitur pro ipsa ; e contra si res sacra fiat profana, tributum erit pro ipsa solvendum. Hoc autem fit non propter mutationem legis quae eadem remanet, sed propter materiae mutationem, quae respectu legis dicitur impropria. Quando affirmatur immutabilitas legis naturalis, non excluditur haec mutatio ex parte materiae ; quaedam enim praecepta ipsam admittunt.

Mutatio autem *formalis*, sese tenens ex parte ipsius legis, potest fieri vel *per modum additionis*, vel *per modum substractionis*. Prior mutatio habetur, cum lex universalis, magis in particulari, alia lege determinatur, lege priori eadem manente : « et sic nihil prohibet legem naturalem mutari ; multa enim supra legem naturalem superaddita sunt ad humanam vitam utilia, tam per legem divinam quam per leges humanas. » (1)

Mutatio *per modum substractionis* habetur cum aliquid desinat esse de lege, quod prius fuit secundum legem. Hoc autem potest adhuc fieri dupliciter : primo *ab intrinseco*, cum lex ex seipsa, mutatis adjunctis, fit inutilis et nociva ; secundo *ab extrinseco*, cum a superiore communitatis mutatur, sive *per abrogationem*, quando lex totaliter aufertur, sive *per derogationem*, quando aliqua pars legis tollitur, sive *per dispensationem*, quando aliqua persona, manente lege, ab ejus obligatione eximitur. Quando dicitur lex naturalis immutabilis, hoc intelligitur de immutabilitate tum intrinseca, tum extrinseca, per modum substractionis.

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 94, a. 5.

Demonstratur immutabilitas legis naturalis.

THESIS.—Lex naturalis est intrinsece et extrinsece immutabilis.

Prima pars.—*Lex naturalis est intrinsece immutabilis.*—1° Lex naturalis, cum sit impressio legis aeternae, est ratio seu voluntas divina ordinem naturalem conservare jubens, et perturbari vetans. Ergo lex naturalis praecipit servare essentiales rerum relationes ex quibus ordo naturalis exurgit, et prohibet quae hisce essentialibus rerum relationibus opponuntur. Atqui illae relationes essentiales sunt immutabiles sicut et ipsae essentiae. Ergo lex naturalis est ab intrinseco immutabilis.

2° Praecepta legis naturalis sese habent in ordine morali, sicut prima principia in ordine logico, et essentiae rerum in ordine metaphysico. Atqui prima principia et essentiae rerum immutabilitatem sibi vindicant. Ergo et legis naturalis praecepta sunt intrinsece immutabilia.

Secunda pars.—*Lex naturalis est extrinsece immutabilis.*—Deus non potest velle vel licentiam dare, ut homo faciat ea quae de se mala sunt, vel non faciat ea quorum omissio est de se mala ; aliter enim Deus non esset sanctus et justus. Atqui si Deus abrogaret, vel derogaret, vel dispensaret in lege naturali, vellet hominem facere id quod est de se malum, vel saltem licentiam daret id faciendi quod est de se malum. Ergo lex naturalis non potest mutari ab extrinseco. Unde recte scripsit Tullius : (1) « Huic legi (naturali) nec abrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest.... sed et omnes gentes, et omni tempore, lex una et sempiterna et immutabilis continebit. »

Nulla igitur mutatio proprie dicta, scilicet ex parte ipsius legis, admitti potest in lege naturali ; tamen potest

(1) *De Republica*, l. III.

admitti mutatio impropria ex parte materiae, non tamen in omnibus praeceptis. Quaedam enim sunt praecepta, quorum materia connexionem habet immediatam cum Dei essentia, ita ut ne indirecte quidem per additas circumstantias mutari possit; quae v. g. prohibent mendacium, perjurium, odium Dei. In his nulla mutatio vel dispensatio directa vel indirecta possibilis est. Alia autem sunt praecepta quorum materia circa creaturas versatur, et ideo saltem a Deo indirecte mutari possunt ; v. g., non occides, i. e., auctoritate privata ; non furtum facies, i. e., quamdiu res aliena fuerit; depositum reddes, i. e., rationabiliter petenti. In his Deus non mutat vel tollit vinculum legis, sed potest mutare materiam quatenus supremum habet dominium creaturarum, ita ut non amplius sub praecepto contineatur. Sic praecepit Abrahamo ut filium suum occideret, spolia Ægyptiorum Hebraeis concessit.

Difficulatum solutio.—

1° Illa lex est mutabilis cui fit additio. Atqui legi naturali multiplex facta est additio per legem positivam. Ergo lex naturalis est mutabilis.

Dist. maj. Illa lex est mutabilis propria mutatione, *nego* ; impropria, *conç.*

Conc. min.

Vide quae dicta sunt in statu quaestionis.

2° Atqui lex naturalis est proprie mutabilis. Ergo

Deus eodem modo sese habet ad legem naturalem ac legislator humanus ad legem positivam. Atqui legislator humanus potest propria mutatione, scilicet, abrogando, derogando, dispensando, legem positivam mutare. Ergo Deus potest propria mutatione legem naturalem mutare.

Dist. maj. Quoad auctoritatem qua gaudet legem ferendi et promulgandi, *transeat* ; quoad legis materiam, *nego.*

Conc. min.

Deus sicut legislator humanus potestatem habet legem ferendi et promulgandi, et maxime quidem, cum sit fons omnis potestatis ; sed maxima differentia habetur inter materiam legis naturalis et materiam legis positivæ humanae. Lex enim positiva potest esse de re indifferenti, vel de mediis ad finem non absolute necessariis, circa quae mutatio facile haberi

potest ; lex vero naturalis est de his quae sunt intrinsece mala, circa quae ideo nulla possibilis est mutatio.

3° Atqui Deus eodem modo sese habet ad legis materiam ac legislator humanus. Ergo.

Si Deus non posset mutare legis naturalis praecepta, aliquid necessario vellet extra se. Atqui Deus omnino liber non potest aliquid necessario velle extra se. Ergo Deus potest mutare legis naturalis praecepta.

Dist. maj. Deus aliquid necessario vellet extra se, necessitate absoluta, *nego*, necessitate hypothetica, *conc.*

Dist. min. Deus non potest aliquid extra se necessario velle, necessitate absoluta, *conc.*, necessitate hypothetica et ex suppositione, *nego.*

Deus libertatem habet res creandi vel non creandi, ideoque libere absolute alia a se vult ; sed supposita voluntate creandi, Deus res condidit necessario conformes ideis exemplaribus quae existunt in mente sua, et sicut necessario rerum essentias servat immutabiles, ita relationes essentiales rerum ex quibus exurgunt legis naturalis praecepta.

4° Atqui nec de necessitate hypothetica Deus tenetur servare praecepta legis naturalis. Ergo.

Contra legem naturalem est occisio innocentis et furtum. Atqui in his Deus dispensavit, praecipiendo Abrahae immolationem Isaac, et Hebraeis ut vasa Ægyptiorum subriperent. Ergo Deus potest mutare legem naturalem.

Conc. maj.

Dist min. Per mutationem formalem ex parte ipsius legis, *nego*, per mutationem, ex parte ipsius materiae, *conc.*

Occisio innocentis a lege naturali prohibita, est illa quae fit ex propria auctoritate, contra jus quod habet Deus in vitam hominum ; sed Deo jubente et utente jure suo in vitam hominum, occisio innocentis non est contra legem naturalem. Ita furtum est ablatio rei alienae, sed res omnes sunt sub dominio Dei, et Deus ipsis Hebraeis transtulit dominium suum in vasa Ægyptiorum, ita ut ablatio ipsorum non fuit ablatio rei alienae.

5° Atqui Deus derogare potest legi naturali. Ergo redit difficultas.

Deus derogare potest legibus physicis. Atqui lex naturalis eodem modo ad Deum refertur ac lex physica. Ergo Deus potest derogare legi naturali.

Conc. maj.

Dist. min. Scilicet, lex naturalis ad Deum refertur tanquam ad auctorem sicut et lex physica, *conc.* ; ea quae sunt legis naturalis eodem modo sese habent ad voluntatem divinam, ac ea quae sunt legis physicae, *nego.*

Deus est auctor tum legis moralis, tum legis physicae, sed utraque lex non eodem modo sese habet ad ipsum. Lex enim moralis determinat debitum ordinem creaturae rationalis ad ipsum Deum, finem ejus ultimum; iste ordo est immutabilis, et ipsi derogare esset contra sanctitatem Dei. Lex vero physica determinat ordinem unius creaturae ad aliam, qui ordo non est immutabilis, ideoque Deus ipsi derogare potest. (1)

---

(1) I. *Les lois physiques* (lois des phénomènes astronomiques, physiques, chimiques, théologiques) ou lois de la nature sont les rapports constants et généraux qui lient entre eux les phénomènes naturels; c'est la façon constante dont s'accomplit un ordre de choses; v. g., lois de l'attraction, de la pesanteur, de la chaleur.

a) Ces lois sont *indicatives* et non impératives; ce sont des *formules* et non des commandements; Elles énoncent non ce qui doit se faire, mais ce qui se fait nécessairement: bref, elles sont fatales, parce qu'elles s'appliquent aux êtres matériels et inintelligents.

b) Leur nécessité n'est pas absolue, mais *relative conditionnelle*; elles n'ont qu'une nécessité de fait. En droit, elles sont *contingentes*, car elles ont une valeur relative à la nature de notre monde: on conçoit comme possible l'existence d'un monde régi par d'autres lois. En outre, leur application est toujours conditionnelle: si les circonstances restent les mêmes telle cause produira telle effet: elles sont donc *hypothétiques*, non catégoriques.

c) Ne s'adressant à des êtres ni intelligents, ni libres, elles n'ont pas besoin d'être connues, ni consenties, pour être observées; elles le sont de fait partout et toujours, quand les circonstances requises sont réalisées.

d) Les lois physiques se découvrent par la raison théorique au moyen de l'observation, de l'expérimentation et de l'induction.

e) De leur observation résulte l'ordre et l'harmonie de l'univers.

II. *La loi morale* s'applique aux êtres intelligents et libres: c'est la règle à laquelle l'être raisonnable doit conformer sa conduite.

a) Elle n'est pas seulement indicative mais *impérative*, c'est une loi pratique, un *commandement*, non une simple formule. Elle oblige absolument, mais l'obligation est une contrainte morale et non physique.

b) Sa nécessité est *absolue*, inconditionnelle. Son commandement est un impératif catégorique. C'est une nécessité de droit indépendante de toute hypothèse, valable pour tous les êtres raisonnables qui doivent l'observer.

c) Mais s'adressant à des êtres intelligents et libres, elle peut être et elle est, en fait transgressée.

d) La loi morale est connue par la conscience ou raison pratique.

e) Elle sert à régler la vie morale de l'humanité.

f) Elle a pour conséquences, le mérite ou le démérite, la vertu ou le vice, la récompense ou le châtiment.

L'ordre et l'harmonie du monde moral résultent de son observation; c'est le bon ou le mauvais usage de la liberté qui contribue à rendre ce monde plus ou moins parfait. G. Sortais, *Traité de phil.*, t. II, pp. 417-418.

V. De obligatione legis naturalis.—Effectus formalis legis est obligatio, quae a *ligando* dicitur, et ideo ideam importat alicujus vinculi, alicujus necessitatis agendi. Praehabito sermone de existentia et proprietatibus legis naturalis, quaeritur nunc de obligatione ejus, scilicet, de *natura* et *fundamento* hujus obligationis.

1° Natura obligationis legis exponitur.—Lex obligat, ideoque necessitatem aliquid faciendi vel omittendi importat. Haec autem necessitas, data libertate humana, non potest esse nisi necessitas moralis. Porro necessitas moralis dupliciter intelligi potest : dicitur enim *moraliter necessarium*, vel id ad quod faciendum vel omittendum voluntas vehementer inclinatur, vel id quod ab intellectu cognoscitur ut necessarium ad finem obtinendum. Obligatio autem quam lex parit non potest esse necessitas moralis primo modo accepta, quia saepe saepius adest obligatio aliquid omittendi, ad quod tamen voluntas vehementer inclinatur. Obligatio igitur importat necessitatem moralem, quae ex praecognita necessaria conjunctione actionis cum fine exurgit.

Illa tamen necessitas moralis non exurgit ex conjunctione necessaria actionis cum quocumque fine, sed cum fine ipsi homini necessario ; aliter enim non haberetur nisi necessitas hypothetica quae non parit obligationem ; v. g., praecognitio conjunctionis necessariae inter navim ad transfretendum et aditum Europae, nullam necessitatem vel obligationem inducit vel ingrediendi navim, vel adeundi Europam. Ergo obligatio moralis dicit necessitatem moralem aliquid faciendi vel omittendi quod requiritur ad consecutionem finis homini necessarii. Jamvero finis homini necessarius est ultimus finis. Obligatio igitur quam lex naturalis parit est : *moralis agendi necessitas, ratione naturaliter cognita, exurgens ex necessaria actionis connexione cum ultimo fine naturali.*

2° **Obligationis legis naturalis fundamentum.**—Determinata natura obligationis legis naturalis, quaestio proponitur de principio radicali a quo procedit talis obligatio.

Kantius, Comte, Littré et Rationalistae, docentes autonomiam absolutam rationis humanae, seu ejus independentiam a Deo, dicunt obligationem legis procedere ab ipsa rationis humanae ordinatione.

Vasquez docuit hanc obligationem fundamentum habere in ipsa natura rationali, prout quaedam actiones ipsi necessario conveniunt vel disconveniunt.

Utraque doctrina sequenti propositione rejicitur.

THESIS.—Vis obligativa legis naturalis ab ordinatione intellectus et voluntatis divinae radicaliter procedit.

a) Obligatio est agendi necessitas exurgens ex necessaria conjunctione actionis cum fine ultimo. Atqui finis ultimi determinatio, necnon actionis necessaria cum fine actualis connexio, ab ordinatione divini intellectus divinaeque voluntatis pendent. Ergo obligatio legis naturalis, ideoque omnis moralis obligatio, ut primum principium habet ordinationem divini intellectus divinaeque voluntatis.

Ad minorem.—Ejusdem est enim dare esse, determinare finem et ad finem dirigere. Atqui Deus per intellectum et voluntatem suam est creator et prima causa hominis et omnium rerum. Ergo finis ultimi determinatio, necnon actionis necessaria cum fine connexio, ab ordinatione divini intellectus et divinae voluntatis pendent.

b) Conceptus obligationis perfectae necessario involvit conceptum superioris obligantis. Atqui obligatio legis naturalis, quae reperitur in omnibus hominibus, ad alium superiorem referri non potest nisi ad Deum : homo enim non est superior suiipsius. Ergo ab ordinatione divinae voluntatis divinique intellectus illa obligatio pendet.

3° **Corollaria.**—1° Admitti non potest autonomia rationis humanae quam profitentur rationalistae. Directio enim creaturae rationalis ad suum finem a Deo subtrahi non potest, et omnis obligatio moralis reduci debet ad superiorem qui Deus est.

2° Natura rationalis prout est fundamentum convenientiae vel disconvenientiae actionum, non potest esse principium obligationis moralis, quia esset simul superior et inferior. Coeterum, natura rationalis ut sic, nihil praecipit vel prohibet, ideoque non habet rationem legis.

3° Rejicitur ergo *moralis* quae dicitur *independens* et *laica*, propterea quod supponit ordinem moralem qui nullo modo a Deo dependet, et ab omni religione abstrahit.

Omnis enim moralitas ordinem importat ad finem ultimum, qui Deus est. Moralitas igitur independens a Deo, implicat contradictionem. Insuper moralitas non est sine lege morali in qua fundatur ; lex moralis non est sine obligatione morali ; nulla autem obligatio moralis esse potest nisi ad Deum tanquam ad principium ejus reducatur.[1]

---

(1) « La moralité dans l'homme .. suppose nécessairement Dieu, et, avec Dieu, la religion, ce lien sacré dont le privilège est d'unir antérieurement à tout autre lien, l'homme à Dieu. En effet, l'idée de moralité importe avant tout un ordre de dépendance à l'égard du vrai, qui est la lumière de l'esprit ; à l'égard du bien, qui est la fin de la volonté : sans le vrai, sans le bien, pas de morale digne de ce nom. Et quelle est donc la vérité principale et essentielle, celle dont toute vérité dérive ? c'est Dieu. Quelle est donc encore la bonté suprême dont tout autre bien procède ? c'est Dieu. Quel est enfin le créateur et le conservateur de notre raison, de notre volonté, de tout notre être, comme il est la fin de notre vie? Toujours Dieu. Donc puisque la religion est l'expression intérieure et extérieure de cette dépendance que nous devons à Dieu à titre de justice, il s'en dégage une grave conséquence qui s'impose : Tous les citoyens sont tenus de s'allier pour maintenir dans la nation, le sentiment religieux, et pour le défendre au besoin, si jamais une école athée s'efforçait de chasser Dieu de la société, sûre par là d'anéantir le sens moral au fond même de la conscience humaine ». Léon XIII, Aux catholiques de France, 16 fév. 1892.

« Sachons voir les choses comme elles sont ; la morale, la vraie, la bonne, l'ancienne, l'impérative, a besoin de l'absolu ; elle aspire à la

VI. De sanctione legis naturalis.— Unum remanet dicendum de legi naturali, scilicet, quaenam est sanctio ejus.

Sanctio legis est *determinatio praemii quo remunerandi sunt qui legem custodiunt, et poenae qua puniendi sunt qu legem transgrediuntur*. Sanctio potest considerari *active*, et est decretum legislatoris quo statuuntur praemia et poenae quae legis observationem aut violationem comitari debent; vel *passive*, et est complexus praemiorum et poenarum quae a legislatore statuuntur.

Sanctio legis alia est *perfecta*, alia *imperfecta*. Sanctio perfecta est illa quae ex se sufficit ad homines in officio continendos, ad legis observationem firmandam. Sanctio imperfecta est illa quae ex se insufficiens est ad homines impellendum ad custodiam legis. Deus legis naturalis auctor, ipsam sancivit sanctione perfecta, prout sequenti propositione affirmatur.

THESIS.—LEX NATURALIS PRAE SE FERT DIVINAM SANCTIONEM, IMPERFECTAM HAC IN TERRA, PERFECTAM IN VITA FUTURA; HAEC AUTEM IN POSSESSIONE VEL AMISSIONE FINIS ULTIMI CONSISTIT.

Prima pars.—*Lex naturalis prae se fert divinam sanctionem.*

1° *Ex divina sapientia.* — Ad sapientiam legislatoris pertinet non tantum legem ferre, sed medium aptum ad

---

transcendance, elle ne trouve son appui qu'en Dieu.» EDMOND SCHÉRER, libre penseur, *Etudes sur la littérature contemporaine*, p. 182.

« La notion du devoir, la forme impérative prise par la morale, n'appartiennent qu'à la morale théologique, et, hors de là, perdent tout sens et toute valeur.» SCHOPENHAUER, cité par DE BAETS : *les Bases de la Morale et du Droit.*

Cf. ELIE MÉRIC, *la Morale et l'Athéisme contemporain*; Dr BROGLIE, *la Morale sans Dieu*; EUG. TAVERNIER, *la Morale et l'Esprit laïque.*

urgendam legis observantiam adhibere. Atqui Deus est sapientissimus legislator. Ergo Deus medium aptum et efficax ad legis naturalis custodiam adhibere debuit. Atqui illud medium non aliud est nisi sanctio perfecta. Ergo lex naturalis prae se fert perfectam sanctionem.

2° *Ex sanctitate et justitia Dei.* Ad sanctitatem et justitiam divinam spectat, Deum non eodem modo sese habere erga eos qui voluntati Ipsius obtemperant, et erga eos qui eam contemnunt, sed unicuique retribuere secundum meritum et demeritum. Atqui retribuere unicuique secundum quod legem divinam custodiunt vel contemnunt, est mercedem offerre et poenas infligere secundum meritum et demeritum, scilicet, est legem sanctione munire. Ergo lex naturalis prae se fert divinam sanctionem.

Secunda pars. — *Lex naturalis prae se fert sanctionem imperfectam in hac vita.*

1° Lex naturalis in hac vita aliquam sibi vindicat sanctionem. Quaedam enim bona virtutem consequuntur, quaedam vero mala cum vitiis sociantur: alia *essentialiter*, alia *connaturaliter*, alia *moraliter*.

Essentialiter: virtus enim affert pacem et gaudium animi; vitium vero amaritudinem et angustiam; « Non est pax impiis ». — *Connaturaliter*: virtus, praesertim temperantia, valetudinem conservat, a morbis liberat, ideoque vitam diuturniorem facit; vitium e contra morbos generat, acceleratque mortem. — *Moraliter:* virtus amicitiam, fiduciam, auctoritatem conciliat apud homines; vitium vero contemptum, diffidentiam et infamiam parit. Haec quidem bona vel mala per accidens deficere possunt, tamen de se virtutem vel vitium concomitantur.

Bonum sociale ex legis naturalis observatione in praesenti vita etiam procuratur, et vitiorum influxu destruitur. Prosperrimae enim gentes illae sunt apud quas virtutes,

religio scilicet, pietas, justitia, temperantia, etc, maxime efflorescunt. (1)

2° Tamen illa sanctio non est perfecta. Ad perfectae sanctionis rationem requiritur ut praemiorum et poenarum repartitio semper respondeat virtutis et vitii gradibus, aliter enim sanctio non potest dici de se sufficiens ad homines continendos in legis observatione. (2) Atqui ex experientia facile constat distributionem bonorum et malorum in praesenti vita, non fieri secundum mensuram moralitatis hominum: saepe saepius homo virtuosus aerumnis cruciatur, dum homo vitiosus omnibus bonis fortunae donari videtur. Ergo lex naturalis prae se fert sanctionem imperfectam hac in terra.

Tertia pars.—*Sanctio perfecta legis naturalis in altera vita habetur.*

Illa pars est corrollarium praecedentium. Etenim sapientia, sanctitas et justitia Dei, sanctionem perfectam legis naturalis requirunt. Haec autem perfecta sanctio hac in terra non habetur. Ergo futura vita invenitur in qua Deus unicuique retribuit secundum meritum et demeritum (3).

---

(1) « L'étude méthodique des sociétés européennes m'a appris que le bonheur et la prospérité publics y sont en proportion de l'énergie et de la pureté des convictions religieuses. » F. Leplay, *Réf. soc. en France.*

« Les cités et les nations les plus pieuses furent toujours les plus sages et celles qui eurent une plus longue durée. Xénophon. *Apologie de Socrate.*

(2) « La croyance en un Dieu rémunérateur des bonnes actions, punisseur des mauvaises, pardonneur des fautes légères, est la croyance la plus utile au genre humain ; c'est le seul frein des hommes puissants qui commettent insolemment les crimes publics ; c'est le seul frein des hommes qui commettent adroitement les crimes secrets. » Voltaire, cité par le Bien Public, 21 janv. 1906.

(3) « Quand je n'aurais d'autre preuve de l'immortalité de l'âme que le triomphe des méchants et l'oppression du juste en ce monde, cela seul m'empêcherait d'en douter. Une contradiction si manifeste me forcerait de dire : tout ne finit pas pour moi avec la vie, tout entre dans l'ordre à la mort. » J. J. Rousseau.

Quarta pars.—*Ista sanctio perfecta consistit in possessione vel amissione finis ultimi.*

1° Deus lege naturali hominem ordinate dirigit ad finem suum ultimum. Atqui ubicumque est aliquis debitus ordo ad finem, oportet quod ordo ille ad finem ducat, recessus autem ab ordine a fine excludat. Ergo qui ordinem a lege naturali praescriptum servant finem suum ultimum consequuntur, recedentes autem ab illo ordine a fine excluduntur. Atqui finem consequi est praemiari, a fine excludi est puniri. Ergo sanctio legis naturalis consistit in consecutione finis ultimi, scilicet, beatitudinis. (1)

Corollaria.—1° *Praemia et poena alterius vitae non erunt pro omnibus aequalia.* Felicitas enim licet in eadem specie contineatur plures gradus admittit. Ut autem sanctio sit praemiorum et poenarum aequa distributio, fieri debet secundum meritum vel demeritum uniuscujusque.

2° *Poenae et praemia erunt aeterna.* Si enim boni et mali aeque tandem beatitudinem consequerentur, homines non libere sed necessitate physica finem suum obtinerent.

b) Coeterum aeternitas poenarum requiritur ex necessitate sanctionis perfectae alterius vitae. Nulla enim videtur alia esse perfecta sanctio nisi exclusio aeterna a beatitudine. Profecto si etiam contemptores legis naturalis aliquando possent pervenire ad beatitudinem, quaevis alia sanctio, poena etiam longissima, spectata hominum cupiditate et vi exigua, qua mala illa remota et invisibilia alterius vitae hominem movent, non videtur esse sufficiens.—Adde quod non potest esse similis finis omnium, scilicet bonorum et malorum. « Finge, ait S. Hieronymus, (2) quodlibet annos, et tempora duplica, et infinitas aetates congere cruciatibus ; si finis omnium similis, praeteritum omne pro nihilo est. Quia

---

(1) S. Thomas, C. G. III. 141.
(2) In cap. 3 Joannis.

non quaerimus, quid aliquando fuerimus, sed quid semper futuri sumus. »

ARTICULUS IV

DE LEGE POSITIVA

I. Legis positivae definitio.—*Lex positiva* est *ordinatio rationis determinans indeterminata a lege naturali et huic consona, ad bonum commune, ab eo qui curam habet communitatis promulgata.*

Dicitur 1° *Ordinatio rationis ab bonum commune, ab eo* etc., quia lex positiva omnia elementa legis sibi vindicat.

Additur 2° *determinans indeterminata a lege naturali*, quia hoc quidem proprium est legis positivae, et constituit elementum speciale quo ab aliis legibus distinguitur. Lex enim naturalis principia continet universalia et indeterminata quae in particulari indigent determinari; v. g., lex naturalis praecipit ut crimina sint punienda, quin determinet poenam infligendam, aut judicii processum. Illa autem determinatio ad legem positivam pertinet.

Dicitur tandem 3°, *huic consona*, quia determinatio legis naturalis non est facienda nisi modo conformi huic legi.

II. Discrimina inter legem positivam et legem naturalem.—Lex positiva multiplici modo differt a lege naturali.

1° *Ratione materiae* : objectum enim legis naturalis a libera legislatoris voluntate non pendet, respicit enim ea quae sunt intrinsece bona vel mala ; objectum vero legis positivae

esse possunt etiam illa quae non sunt intrinsece bona vel mala, et ideo a libera pendent legislatoris voluntate.

2° *Ratione auctoris* : legis naturalis auctor est solus Deus ; legis positivae auctor est etiam homo.

3° *Ratione subjecti* : lex naturalis fertur pro omnibus hominibus cujuscumque temporis et loci ; lex positiva, pro membris tantum communitatis quae sub legislatoris potestate constituitur, et ad cujus bonum lex ordinatur.

4° *Ratione proprietatis* : lex naturatis est immutabilis ; lex positiva, a libera legislatoris voluntate pendens, mutabilis est.

5° *Ratione promulgationis*: lex naturalis promulgatur in quantum imprimitur in corde hominum et lumine naturali rationis manifestatur; lex positiva indiget manifestari aliquo signo exteriori, quo ad notitiam subditorum perveniat.

III. De lege positiva divina.—Lex positiva alia est divina, alia humana, ut jam in divisione legis dictum est. Ad legem divinam quod attinet, demonstrandum est contra Rationalistas autonomiam rationis humanae docentes, et contra Deistas divinam Providentiam in rebus humanis denegantes, legem divinam positivam non tantum a Deo hominibus imponi posse, sed ipsam ad directionem humanae vitae esse necessariam. Rationalistae enim et Deistae, falso innixi principio, nempe libertatem humanam non posse componi cum lege positiva divina, docent Deum non posse tali lege homines ligare. Doctrina ipsorum quae *rationalismus moralis* vocatur, sequentibus propositionibus falsa esse demonstratur.

THESIS I.—Deus sine detrimento nostrae libertatis potest suas leges positivas hominibus indicere.

1° Non est Deo denegandum quod conceditur humanae auctoritati. Atqui omnibus consentientibus, auctoritas

humana sine detrimento, imo cum profectu nostrae libertatis, potest hominibus leges positivas imponere. Ergo a fortiori ipse Deus leges positivas hominibus indicere potest sine detrimento nostrae libertatis.

2° Libertatis objectum est bonum rationi consentaneum; et sicut errare est imperfectio intellectus, ita bonum fallax et fictum arripere, est imperfectio voluntatis et libertatis. Ergo quidquid motus libertatis ad bonum dirigit et a malo retrahit, ut adjumentum libertatis et perfectio habendum est. Atqui in hoc sistit finis necnon et munus legis. Ergo lex libertatem perficit nedum ipsi detrimentum inferat. [1]

THESIS II.—PRAETER LEGEM NATURALEM ET LEGEM HUMANAM, NECESSARIUM FUIT AD DIRECTIONEM HUMANAE VITAE HABERE LEGEM POSITIVAM DIVINAM.

1° Necessarium est, ad directionem humanae vitae, ut homo sine ullo errandi formidine et cum certitudine cognoscat, non tantum in universali sed in particulari, ea quae sunt facienda aut vitanda in ordine ad finem suum ultimum obtinendum. Atqui, teste experientia, judicia hominum de bonitate et malitia actionum in particulari, seu de earum necessitate ad finem obtinendum, incerta sunt et maxime variabilia. Ergo ad cognoscenda cum certitudine et infallibiliter ea quae sunt vitanda aut facienda in ordine ad finem obtinendum, lex divina positiva est necessaria.

2° Lex humana non potest dirigere nisi actus externos hominis, cum de istis tantum cognoscere et judicare potest. Atqui ad perfectionem virtutis requiritur rectus ordo, non tantum in actibus externis sed et internis. Ergo necessaria fuit lex divina ad perfectam humanae vitae directionem.

---

(1) Cf. p. 38: Finis legis.

IV. De lege positiva humana.—Duo de lege positiva humana quaeri possunt, nempe quaenam est habitudo ejus ad legem naturalem, et quaenam sunt ejus proprietates.

De habitudine legis humanae ad legem naturalem. (1)

THESIS.—OMNIS LEX HUMANA A LEGE NATURALI DERIVATUR.

1° Ut dicit Augustinus, « non videtur esse lex quae justa non fuerit ». Ergo ordo superioris in quantum habet de justitia, in tantum habet de virtute legis. Atqui in rebus humanis dicitur aliquid justum ex eo quod est rectum secundum regulam rationis, rationis prima regula est lex naturae. Ergo omnis lex humana in quantum de ratione legis habet, in quantum a lege naturali derivatur.

2° Aliquid derivatur a lege naturae dupliciter : uno modo sicut conclusiones ex principiis, alio modo sicut determinationes quaedam aliquorum communium. Derivantur ergo quaedam a principiis communibus legis naturae per modum conclusionum, ut *non esse occidendum* ab illo principio universali, *nulli esse faciendum malum* ; quaedam vero per modum determinationis : sic lex naturae habet quod ille qui peccat puniatur, sed quod tali poena vel tali puniatur, hoc est determinatio legis naturae. Illa tantum quae hoc secundo modo derivantur vigorem habent ex lege humana ; alia enim quae ex principiis legis naturalis deducuntur, virtutem habent ex ipsa lege naturali, quum virtute in ipsa continentur.

3° Lex humana in lege naturali fundatur etiam quoad vim obligandi. Etenim, proxime quidem obligatio legis humanae in libera superioris voluntate fundatur, sed radicaliter et remote illo nititur principio : obediendum est justis

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, I-II, q. 95. a. 2.—CATHREIN, *Phil. mor.*, pars I. c. V, a. 6.

superiorum legibus. Atqui illud principium est legis naturalis praeceptum. Ergo

De proprietatibus legis humanae. Lex humana debet esse *honesta*, *justa*, *possibilis*, aliter rationem legis non habet ; sit igitur

THESIS.—LEX HUMANA, UT OBLIGET, DEBET ESSE HONESTA, JUSTA, POSSIBILIS.

1° *Lex humana debet esse honesta*, scilicet, non debet legi superiori repugnare, sive haec lex superior sit lex naturalis sive lex positiva. Inferior enim non potest praevalere contra superiorem.

2° *Lex humana debet esse justa.* « Lex esse non videtur quae justa non fuerit » [1] Unde diximus ipsam legem non habere rationem legis, nisi in quantum habet rationem justitiae.

Lex autem potest esse injusta dupliciter : uno modo, per contrarietatem ad bonum divinum, quando legi divinae naturali vel positivae adversatur. Alio modo, per contrarietatem ad bonum humanum, et hoc quidem tripliciter : *ex fine*, sicut cum aliquis leges imponit onerosas subditis, non pertinentes ad bonum commune, sed magis ad propriam suam utilitatem, vel quorumdam privatorum. In hoc enim violatur justitia legalis quae superiorem et membra communitatis inclinat ad quaerendum bonum commune. *Ex auctore*, cum aliquis legem fert ultra potestatem sibi commissam, scilicet, nullam habens potestatem, vel non habens in materia quam praecipit. In hoc enim laeditur justitia commutativa, nam auctor legis non est nisi persona privata violans jus alterius, exigendo ab ipso aliquid quod non debetur. *Ex forma legis*, puta cum inaequaliter onera multitudini dispensantur,

(1) S. AUGUSTINUS, *de Lib. Arb.*, l. I, c. 5.

etiamsi ordinentur ad bonum commune. In hoc enim laeditur justitia distributiva. (1)

3° *Lex debet esse possibilis*, non tantum physice, sed et moraliter, i. e., spectatis viribus eorum quibus imponitur lex, onera non debent esse nimis difficilia.

Convenienter igitur Isidorus (2) qualitates legis humanae descripsit : « Erit lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco, temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo privato commodo, sed pro communi utilitate civium scripta. » (3)

Corollarium.—Lex injusta non obligat. Si sit contra legem divinam, nullo modo licet ipsam observare: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* (4) Si sit injusta quia bono humano adversatur, non obligat in conscientia, « nisi forte propter vitandum scandalum, vel turbationem, propter

---

(1) Cf. S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 96, a. 4.
(2) *Etymolog.*, l. 5, c. 26.
(3) *Sum. theol.*, I-II, q. 95, a. 3.
(4) *Act. Apost.*, V. 29.
« Parfois les exigences de l'Etat envers le citoyen contredisent celles de la religion à l'égard du chrétien, et ces conflits viennent de ce que les chefs politiques tiennent pour nulle la puissance sacrée de l'Eglise ou affectent la prétention de l'assujettir... Deux pouvoirs sont en présence qui donnent des ordres contraires. Impossible d'obéir à tous deux simultanément : nul ne peut servir deux maitres. Plaire à l'un, ce serait mépriser l'autre. Auquel accordera-t-on la préférence ? L'hésitation n'est pas permise. Ce serait un crime, en effet, de vouloir se soustraire à l'obéissance due à Dieu pour plaire aux hommes, d'enfreindre les lois de Jésus-Christ pour obéir aux magistrats, de méconnaître les droits de l'Eglise sous prétexte de respecter les droits de l'ordre civil. *Il vaut mieux obéir à Dieu qu'aux hommes.* Cette réponse que faisaient autrefois Pierre et les apôtres aux magistrats qui leur commandaient des choses illicites, il faut, en pareille circonstance, la redire toujours et sans hésiter. Il n'est pas de meilleur citoyen, soit en paix, soit en guerre, que le chrétien fidèle à son devoir ; mais ce chrétien doit être prêt à tout souffrir, même la mort, plutôt que de déserter la cause de Dieu et de l'Eglise. » Léon XIII, *Sapientiae christianae*, 10 janvier 1890.

quod etiam homo debet cedere juri suo».[1] In his tamen homo potest *passiva resistentia* resistere. Ubi agitur de lege «quae infert gravamen injustum subditis, in talibus homo non obligatur ut obediat legi, si sine scandalo, vel majori detrimento resistere possit.»[2]

---

(1) *S. Thomas*, Ibid., q. 96, a. 4.—Cf. Les Études, 20 août et 5 sept. 1902, *Une loi injuste oblige-t-elle en conscience*; Questions actuelles, id. t. 65, pp. 163 et seq.
(2) S. Thomas, Ibid. q. 96, a. 4, ad 4.

CAPUT TERTIUM

DE CONSCIENTIA MORALI

Prologus.—Lex est regula morum ; sed ad actiones ponendum bonas et honestas, non sufficit habere legem, quia requiritur insuper ut lex ad ipsos actus in particulari, ratione mediante, applicetur. Haec autem applicatio legis ad opus particulare dicitur *conscientia moralis*. Unde duplex datur regula morum, una remota quae est lex, alia proxima, quae conscientia dicitur. In unico articulo dicemus de natura, divisione et regulis practicis conscientiae.

DE CONSCIENTIA MORALI.

Conscientia psychologica, conscientia moralis.
Synderesis, scientia moralis

- Conscientiae attributa
  - Testimonium
  - Dictamen
  - Remorsus
- Conscientiae divisio
  - 1° Antecedens
    - Praecipiens, prohibens, permittens, consulens.
  - Consequens
  - 2° Vera
  - Erronea
    - Invincibiliter
    - Vincibiliter
  - 3° Certa, dubia, probabilis.

Conscientia est proxima morum regula.

ARTICULUS UNICUS

DE NATURA CONSCIENTIAE

I. **Conscientia psychologica, conscientia moralis.**—Conscientia moralis, de qua nunc agitur, non est confundenda cum conscientia psychologica (1) quae definitur *facultas qua anima nostra propriae affectiones percipit.* Duplex autem distinguitur: conscientia *sensitiva* quae affectiones sensibiles percipit, et conscientia *intellectiva* quae affectiones intellectivas renuntiat.

Conscientia moralis, stricte sumpta, est *judicium practicum rationis, quo judicamus quid hic et nunc agendum sit ut bonum, aut vitandum ut malum.* (2)

Dicitur 1° *stricte sumpta,* quia conscientia multiplici sensu *late* accipitur. Ita tandem aliquando conscientia sumitur: *a*) pro ipsa anima, v. g., fit sermo de *conscientia munda*;—*b*) pro ipso intellectu, seu facultate, de bonitate vel malitia actionum judicante, v. g., quaeritur de judicio conscientiae circa hanc determinatam materiam;—*c*) pro habitu quo quis inclinatur ad prompte obediendum dictamini conscientiae, v. g., homo *conscientiosus* dicitur.

Dicitur 2° *judicium rationis,* quia conscientia est actus intellectus cujus est judicare, non autem voluntatis.

---

(1) Cf. *Psychologia*, p. 212.
(2) Marc, *Inst. mor.*, t. I, a. 1.

Dicitur 3° *practicum*, quia est actus intellectus practici, non autem speculativi. Intellectus speculativus sistit in veritatis contemplatione, intellectus practicus veritatem cognitam ordinat ad opus.

Dicitur 4° *quo judicamus hic et nunc quid agendum sit aut vitandum*, quia non omne judicium practicum dicitur conscientia, sed judicium practico practicum, scilicet, quod est practicum non tantum ex *objecto* et *modo* sciendi, sed *ex fine*, (1) cum sit de eo quod est hic et nunc faciendum vel omittendum.

Dicitur 5° *ut bonum vel malum*, quibus determinatur illud judicium practicum esse de bonitate vel malitia actionis. Non enim judicat conscientia de facilitate vel utilitate positionis seu omissionis actus, sed de ejus conformitate vel difformitate cum lege morum. Unde conscientia a quibusdam definitur : *judicium practicum rationis de bonitate vel malitia actionis hic et nunc ponendae vel omittendae.*

II. Synderesis, scientia moralis.—Synderesis et scientia moralis intime cum conscientia connectuntur ; tamen ab ipsa realiter distinguuntur. *Synderesis* est habitus rationis practicae, naturaliter inditus, quo prima agendorum principia cognoscimus. *Scientia moralis* est habitus quo cognoscimus conclusiones deductas ex primis principiis practicis. *Malum est fugiendum* ; illud principium est a synderesi. Ex illo principio, conclusio deducitur quae ad scientiam moralem pertinet : *Atqui furtum est malum. Ergo furtum est vitandum.*

Ratio nostra judicium ferens de bonitate vel malitia actus, utitur synderesi et scientia morali in quantum ex ipsis principia accipiuntur unde judicium practicum deducitur. Conscientia enim sese habet ut conclusio alicujus syllogismi. Major est principium generale quod praebet synderesis

---

(1) Cf. *Theodicea*, pp. 407, 408.

vel scientia moralis ; v. g. : *Legitimo superiori est obediendum.* Minor est factum quoddam particulare cui applicatur principium ; *Atqui haec persona est legitimus meus superior.* Conclusio est conscientia : *Ergo huic personae hic et nunc est obediendum.*

III. Conscientiae attributa.—« Dicitur conscientia testificari, ligare, vel instigare vel etiam accusare, vel etiam remordere sive reprehendere. » (1) Etenim *primo*, conscientia testimonium reddit de bono vel de malo patrato, unde quis gaudet de bono conscientiae testimonio, vel tristatur de malo. *Secundo*, conscientia manifestat legem divinam, et indicat aliquid esse faciendum vel omittendum, secundum hoc autem conscientia dicitur ligare vel instigare ad bonum faciendum et ad malum vitandum. *Tertio*, conscientia judicat id quod factum est, bene factum vel non bene factum, et ideo dicitur conscientia accusare, remordere et reprehendere. Conscientia igitur est *testis*, *praeco Dei*, et *judex*, et tria sunt conscientiae attributa ; *testimonium*, *dictamen*, *remorsus*.

IV. Conscientiae divisio.—1° *Ratione actus*, conscientia dicitur *antecedens* vel *consequens*, prout judicium de bonitate vel malitia actus ipsum actum praecedit vel consequitur.

2° Conscientia antecedens dicitur *praecipiens*, *prohibens*, *permittens*, vel *consulens*, secundum quod judicat aliquid esse faciendum ut bonum cujus omissio est malum, aliquid esse vitandum ut malum, aliquid posse fieri vel non ut liberae electioni relictum, aliquid ut melius alio esse praeferendum.

3° *Ratione objecti*, conscientia dicitur *vera*, vel *erronea* seu *falsa*.

Conscientia vera est illa quae recte dictat aliquid esse licitum vel illicitum, quod revera tale est.

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, p. 1, q. 97, a. 13.

Conscientia *vera* distinguitur a conscientia *recta*, licet una et altera promiscue sumantur. Conscientia enim *recta* est illa quae judicat de bonitate vel malitia actionum secundum prudentiae regulas ; ideo conscientia recta potest esse vera vel falsa, secundum quod judicium prudenter latum, cum rei veritate consentit vel non.

Conscientia erronea est illa quae judicat aliquid esse licitum vel illicitum, quod revera tale non est.

4° Conscientia erronea est *invincibiliter* vel *vincibiliter erronea*.

Conscientia invincibiliter erronea est illa cujus error est inculpabilis cum vinci non potuit ; vel enim de errore nullum dubium in mentem venit, vel si in mentem venerit post diligentem inquisitionem vinci non potuit.

Conscientia vincibiliter erronea est illa cujus error est culpabilis, cum ex incuria seu diligentiae defectu depositus non fuit.

Ad conscientiam vincibiliter erroneam reducuntur conscientia *laxa*, qua quis, levi de causa, aliquid *licitum* judicat quod revera licitum non est, aut *leve* quod est *grave*, et conscientia *scrupulosa*, qua quis, levi de causa, judicat aliquid illicitum quod licitum est, aut *grave* quod est *leve*.

5° *Ratione subjecti*, conscientia est *certa*, *dubia* vel *probabilis*, secundum triplicem subjecti statum, certitudinis nempe, dubii, vel opinionis.

Conscientia certa est, cum quis firmiter et absque formidine errandi aliquid judicat esse licitum vel illicitum.

Conscientia dubia est, cum quis suspendit assensum circa actionis honestatem, propter errandi formidinem.

Conscientia probabilis est, cum aliquis judicat aliquid esse licitum vel illicitum, sed cum formidine veritatis alterius partis contradictionis.

V. Conscientia proxima morum regula.—Voluntas nostra in omnibus suis operationibus a ratione practica indiget

dirigi, ipsa enim bonum prosequitur prout ab intellectu cognitum. Ratio autem practica primo voluntatem dirigit ipsi proponendo legem ; unde lex dicitur prima actionum regula. Tamen cum principia legis sunt generalia et quandoque indeterminata, directio ipsius voluntatis ulterius requirit applicationem legis ad opus particulare. Ratio igitur practica magis determinatam suppeditat directionem applicando legem ad opus. Haec autem directio magis determinata nihil aliud est nisi conscientia moralis. Conscientia moralis est igitur proxima morum regula, cum sit magis voluntatis actioni propinqua quam lex, quae ideo dicitur regula remota.

Conscientia, regula morum proxima, vim obligandi sibi vindicat, ex eo quod applicando legem ad opus particulare, legem servandam nobis intimat, ideoque conscientia dicitur praeco legis et Dei. « Conscientia est sicut praeco Dei et nuntius ; et quod dicit, non mandat ex se, sed mandat quasi ex Deo. »[1] Sed determinandum est quandonam conscientia obligationem parit, ad cujus determinationem proponuntur sequentes regulae, quarum prima esse habet ut principium generale ex quo aliae tanquam corollaria sequuntur.

Prima regula.—*Ad honeste agendum requiritur et sufficit conscientia moraliter certa.*

1° *Requiritur conscientia certa.*—Quicumque enim tenetur vitare malum non potest licite sese exponere periculo malum faciendi. Atqui quicumque incertus de actionis honestate, nihilominus operatur, sese exponit periculo malum faciendi. Ergo ad honeste agendum requiritur conscientia certa.

2° *Sufficit conscientia moraliter certa*, quae scilicet prudens dubium excludit. Non est enim in omnibus scientiis eadem certitudo quaerenda, sed illa quam natura ipsius

(1) S. Bonaventura, *Sent.* II, dist. 33, a. 1, q. 3.

materiae admittit. Atqui in re morali, materia ut plurimum non patitur nisi certitudinem moralem.[1] Ergo sufficit conscientia moraliter certa ad honeste agendum. « In actibus humanis non potest haberi certitudo demonstrativa, eo quod sint circa contingentia et variabilia, et ideo sufficit probabilis certitudo quae ut in pluribus veritatem attingat, etsi in paucioribus a veritate deficiat. »[2]

Secunda regula.—*Homo sequi tenetur conscientiam veram certo aliquid praecipientem vel prohibentem.*

Conscientia enim vera, certo aliquid praecipiens vel prohibens, nihil aliud est quam lex certo nobis cognita et ad actionem particularem applicata. Atqui unusquisque tenetur obedire legi certo cognitae et applicatae. Ergo homo sequi tenetur conscientiam veram certo aliquid praecipiens.

Tertia regula.—*Conscientiam invincibiliter erroneam permittentem sequi licet, praecipientem aut prohibentem sequi oportet.*

Voluntas enim fertur in objectum non secundum quod in se est, sed secundum quod ab intellectu proponitur ; unde ex quo aliquid proponitur a ratione ut bonum vel malum, voluntas dum in illud fertur, accipit rationem boni vel mali. « Quando ratio errans proponit aliquid ut praeceptum Dei, tunc idem est contemnere dictamen rationis et Dei praeceptum. »[3]

Quarta regula.—*Conscientiam vincibiliter erroneam permittentem sequi, praecipientem aut prohibentem contemnere non licet.*

Non licet sequi permittentem, quia cum error sit vincibilis, agens cum tali conscientia errat voluntarie. Operatur quod malum est, et error non excusat, quia voluntarius saltem in causa.

---

(1) Cf. *Logica*, p. 176.
(2) S. Thomas, *Sum. theol.* II-II, q. 70, a. 2.
(3) S. Thomas, *Sum. theol.*, p. I, q. 19, a. 5, ad. 2.

Nec licet ipsam contemnere praecipientem, vel prohibentem, quia agendo contra talem conscientiam operatur homo quod malum esse judicat. Ergo tenetur unusquisque diligentiam adhibere et talem conscientiam deponere.

Quinta regula.—*Cum dubio practico nunquam licet operari, sed pars tutior est sequenda.* Aliter enim periculo malum faciendi homo sese exponit ; unde diximus in prima regula ; ad honeste agendum requiritur conscientia certa.

Sexta regula.—*Non licet sequi opinionem probabilem relicta tutiori, ubi agitur de fine absolute obtinendo, vel de aliquo damni periculo absolute vitando.*

Qui tenetur obligatione absoluta finem obtinere, non potest sese exponere periculo finem non consequendi. Atqui illud periculum non vitaretur si quis opinionem sequeretur probabilem relicta tutiori. Ergo non licet sequi opinionem probabilem relicta tutiori, ubi agitur de fine absolute obtinendo, vel de aliquo damni periculo absolute vitando. Sic, medicus tenetur adhibere medicamenta tutiora ; venator non potest explodere, ubi dubitat an res sibi objecta sit fera vel homo.

Septima regula.—*Ubi agitur tantum de liceitate actus, licet sequi opinionem vere et solide probabilem, relicta tutiori et probabiliori.*

Lex dubia non obligat. Etenim obligatio est necessitas moralis agendi exurgens ex necessaria connexione actionis cum fine. Ubi autem lex est dubia, non innotescit talis connexio nec ideo, habetur obligatio. « Nemo ligatur per praeceptum aliquod, ait Aquinas, [1] nisi mediante *scientia* illius praecepti. » Atqui stante opinione solide et vere probabili contra legem, lex est dubia. Ergo ubi agitur de liceitate actus, licet sequi opinionem vere et solide probabilem, relicta tutiori et probabiliori.

---

(1) *QQ. DD. De Veritate*, q. 17, a. 3.

LIBER SECUNDUS

DE PRINCIPIIS INTRINSECIS ACTUUM HUMANORUM

Prologus.—Hucusque consideravimus principia extrinseca actuum humanorum, causam nempe finalem quae est beatitudo, et causam exemplarem, legem et conscientiam. De causa autem efficiente quae est voluntas libera, satis dictum est in psychologia. Remanet ergo ut sermo instituatur de principiis intrinsecis illorum actuum. Duplex autem datur principium intrinsecum actuum humanorum : causa materialis, et causa formalis. Actus enim humanus dupliciter intrinsece consideratur, materialiter et secundum esse suum physicum, prout scilicet ad voluntatem comparatur a qua procedit ; formaliter et secundum esse morale, scilicet, per comparationem ad finem ad quem ducere debet. Hujus secundi libri, duo erunt igitur capita quorum *primum* erit de causa materiali, *secundum*, de causa formali actuum humanorum.

CAPUT PRIMUM

DE CAUSA MATERIALI ACTUUM HUMANORUM

Prologus.—Principium materiale actus humani, ut diximus, est ipse actus voluntatis secundum quod a voluntate libera procedit. Actus autem voluntatis considerari potest dupliciter ; scilicet, vel in se, vel in his quae in ipsum aliquomodo influunt, voluntarium minuendo vel augendo. Quae autem in actum voluntatis influunt sunt *vel* intellectus, *vel* voluntas, *vel* appetitus sensitivus, *vel* agens extrinsecum. Igitur quinque erunt articuli hujus capitis : *primus* erit de voluntario in se ; *secundus*, de his quae influunt in voluntarium ex parte intellectus, scilicet, de ignorantia et inadvertentia ; *tertius*, de his quae influunt in voluntarium ex parte voluntatis, nempe de habitibus, de virtutibus et vitiis ; *quartus*, de his quae influunt in voluntarium ex parte appetitus sensitivi, scilicet, de passionibus, praesertim de concupiscentia et metu ; *quintus*, de his quae influunt in voluntarium ex parte agentis extrinseci, scilicet, de violentia.

DE CAUSA MATERIALI ACTUUM HUMANORUM

- **De voluntario**
  - Notio voluntarii
  - Spontaneum, volitum, liberum.
  - Divisio
    - 1° Elicitum
      - Volitio, seu amor
      - Intentio
      - Fruitio
      - Consensus
      - Electio
      - Usus
    - Imperatum
    - 2° Liberum, necessarium
    - 3° Perfectum, imperfectum
    - 4° Directum, indirectum
    - Positivum, negativum
    - 6° Voluntarium *in se*, voluntarium *in causa*
    - 5° Actuale virtuale, habituale, interpretativum
    - 7° Simpliciter, secundum quid
    - 8° Expressum, tacitum
  - Involuntarium
    - Positivum: nolitum
    - Privativum: non voluntarium

- **De causis quae influunt in voluntarium— Ex parte intellectus (De ignorantia)**
  - Ignorantia
    - Negativa: nescientia
    - Privativa: ignorantia
    - Positiva: error
  - Inadvertentia
  - Ignorantiae species
    - *Ratione objecti*, juris et facti
    - *Ratione subjecti*
      - invincibilis
        - physice
        - moraliter
      - vincibilis
        - simpliciter
        - crassa
        - affectata
    - *Ratione actionis* voluntatis
      - antecedens
      - concomitans
      - consequens
  - De influxu ignorantiae in voluntarium:
    - Thesis I. Ignorantia antecedens voluntarium destruit.
    - Thesis II. Ignorantia concomitans non facit voluntarium, nec nolitum, sed non voluntarium.
    - Thesis III. Ignorantia consequens voluntarium non destruit.
  - Corollaria.

- **Ex parte voluntatis (De habitibus)**
  - Habitus natura
  - « species
    - Naturalis, supernaturalis
    - Entitativus, operativus
    - Virtus, vitium
  - « subjectum
  - « origo
  - « effectus
    - Facilitas et promptitudo
    - Uniformitas
    - Delectatio
  - Influxus habituum in voluntarium:
  - Thesis.—Habitus operativi non destruunt voluntarium, sed ipsum per se augent, nisi sint efficaciter retractati.

- **Ex parte appetitus sensitivi (De passionibus)**
  - Passionum notio
  - Thesis.—Passiones in seipsis consideratae, neque bonae, neque malae sunt; prouti subjacent rationi, sunt alterutrum
  - Concupiscentia
    - Notio
    - Species
      - Antecedens
        - Motus primo-primi
        - « secundo-primi
        - « secundi
      - Consequens
    - Thesis I.—Concupiscentia antecedens auget voluntarium, sed minuit et quandoque destruit liberum.
    - Thesis II.—Concupiscentia consequens non minuit voluntarium, sed est signum magnitudinis ejus.
  - Metus
    - Notio
    - Species
      - *Ratione actus*, antecedens, concomitans
      - *Ratione mali imminentis*
        - gravis
          - absolute
          - relative
        - levis
      - *Ratione causae*, intrinsecus, extrinsecus
      - *Ratione modi*, juste vel injuste incussus
    - Influxus in voluntarium:
    - Thesis. — Actio ex metu gravi posita per se loquendo est voluntaria simpliciter, licet dici possit involuntaria secundum quid.

- **Ex parte agentis extrinseci (De violentia)**
  - Violentiae notio
  - « species
    - absoluta
    - secundum quid
  - Influxus in voluntarium:
  - Thesis. I.—Violentia absoluta destruit voluntarium et actum involuntarium reddit.
  - Thesis. II.—Violentia secundum quid non destruit, sed minuit voluntarium.

ARTICULUS I

DE VOLUNTARIO

I. Definitio. — Actus humanus est ille qui ab ipsa voluntate deliberata, vel ab aliis facultatibus sub imperio voluntatis, procedit. Unde materialiter consideratus, seu secundum esse suum physicum, actus humanus est actus voluntarius.

Voluntarium *definitur* : [1] *Id quod est a principio intrinseco cum cognitione finis.*

Definitur 1° *id quod est a principio intrinseco,* cujus scilicet principium est in ipso agente.

Dicitur 2° *cum cognitione finis,* quia non omnis motus ab intrinseco dicitur actus voluntarius, sed ille tantum qui est a principio quod habet notitiam finis. Cognoscere finem, seu bonum sub ratione finis, est proprium intellectus, movere ad finem, seu prosequi bonum ab intellectu cognitum, est proprium voluntatis. Igitur ad rationem voluntarii duo requiruntur : *cognitio* ex parte intellectus, *consensus,* ex parte voluntatis.

II. Spontaneum, volitum, liberum.—Ex definitione voluntarii apparet voluntarium differre a spontaneo, a volito et a libero.

(1) S. Thomas, *Sum. theol.* I-II, q. 6, a. 1.

Spontaneum dicitur *id quod procedit a principio intrinseco, sive cum cognitione finis, sive non* ; unde omne voluntarium est spontaneum, sed non vice versa.

Volitum est *ipsum objectum voluntatis :* voluntarius vero est actus voluntatis ; unde volitum comparatur ad voluntatem sicut objectum ad facultatem, voluntarium sicut effectus ad causam. Pluvia potest esse volita, non autem voluntaria.

Liberum est *id quod procedit a voluntate absque intrinseca voluntatis determinatione ad unum* ; unde voluntarium latius patet quam liberum, nam voluntarium dicitur de omnibus voluntatis motibus sive sint de fine, sive de mediis ad finem, liberum vero dicitur tantum de his quae sunt ad finem : volitio finis ultimi est necessaria, volitio mediorum libera, utraque voluntaria. In scholis tamen, voluntarium generaliter accipitur pro voluntario libero.

III. Divisio voluntarii. — Multiplex habetur voluntarii divisio.

1° Voluntarium est *elicitum* vel *imperatum*.

Voluntarium elicitum est illud quod ab ipsa voluntate procedit, et in ipsa perficitur ; idem est enim ac *actus elicitus* voluntatis, qui quidem ab ipsa voluntate immediate procedit et in ipsa perficitur, ut velle, eligere, amare.

Actus eliciti voluntatis ut in psychologia jam diximus, vel versantur circa finem, vel circa media. Priores sunt : volitio, intentio, fruitio ; posteriores : electio, consensus, usus. *Volitio* quae dicitur et *amor*, est simplex conplacentia voluntatis in bono sibi proposito et propter se appetibili.

Intentio est actus voluntatis respicientis finem ut bonum consequendum.

Fruitio est quies voluntatis in bono possesso.

Consensus est adhaesio voluntatis eis quae ab intellectu judicantur utilia ad finem consequendum.

Electio est efficax volitio alicujus medii ad finem utilis prae aliis.

Usus est actus voluntatis applicantis alias facultates ad exsecutionem mediorum.

Illi actus sic ad invicem cum intellectus operatione ordinantur. **Intellectus** apprehendit finem ; voluntas complacet in bono sibi proposito, (volitio) et intendit finem consequi (intentio). **Intellectus** inquirit et perpendit media ad finem utilia (consilium) ; voluntas in ista media ab intellectu proposita consentit (consensus) ; quaedam autem aliis praefert (electio). Voluntas applicat alias potentias ad exsecutionem mediorum (usus) ; ad finem pervenit et in ipso quiescit (fruitio).

Voluntarium imperatum est illud quod a voluntate procedit, sed quod perficitur ab alia facultate mota a voluntate, ut ambulare et scribere. Est *actus imperatus* voluntatis, jam in psychologia definitus, ille nempe qui a voluntate procedit, sed ab alia potentia a voluntate mota perficitur.

Actus imperati sub imperio voluntatis exercentur. **Imperium** est efficax volitio qua voluntas movet seu applicat alias potentias ad actus earum proprios. Imperium est duplex : **despoticum**, cui nullo modo resisti potest ; **politicum**, cui aliquo modo resisti potest. « Voluntas, ait S. Thomas (1), per modum agentis movet omnes animae potentias ad suos actus, praeter vires naturales vegetativae partis, quae nostro arbitrio non subduntur. » Voluntas igitur imperium habet in potentias tum intellectivas, tum sensitivas, cognoscitivas scilicet et appetitivas, et in ipsam vim motricem. Tamen non exercet imperium absolutum seu despoticum, nisi in vim motricem, reliquae facultates ipsi voluntati resistere aliquo modo possunt.

2° Voluntarium est *liberum* vel *necessarium*.

Voluntarium liberum est illud quod procedit a voluntate absque determinatione ad unum.

Voluntarium necessarium est illud quod procedit a voluntate determinata ad unum ; v. g., volitio finis ultimi.

3° Voluntarium est *perfectum* vel *imperfectum*.

Voluntarium perfectum est illud quod procedit cum plena cognitione intellectus et pleno consensu voluntatis ; v. g., qui sciens et volens occidit inimicum.

---

(1) *Sum. theol.*, I-II, q. 82, a. 4.

Voluntarium imperfectum est illud quod procedit cum imperfecta cognitione seu consideratione, ideoque cum imperfecto voluntatis consensu, ut contingit in semisopitis, vel in ira, in distractione.

4° Voluntarium est *directum* vel *indirectum*, seu ut dicunt alii, *positivum* vel *negativum*.

Voluntarium directum est illud quod procedit a voluntate positive agenti ; v. g., sciens et volens scribo, scriptio est directe voluntaria.

Voluntarium indirectum est illud quod procedit a voluntate quatenus agere omittit, quando tamen agere et potest et debet ; v. g., mors alicujus hominis mergentis ex defectu auxilii quod ferre omitto, cum possum, et debeo ex lege naturali caritatis.

« Voluntarium dicitur quod est a voluntate. Ab aliquo autem aliquid dicitur esse *dupliciter*. *Uno modo* directe, quod scilicet, procedit ab aliquo in quantum est agens ; sicut calefactio a calore. *Alio modo* indirecte ex hoc ipso quod non agit ; sicut submersio navis dicitur esse a gubernatore, in quantum desistit a gubernando. Sed sciendum, quod non semper id quod sequitur ad defectum actionis, reducitur sicut in causam in agens, ex eo quod non agit, sed solum tunc, cum potest et debet agere. » (1)

5° Voluntarium dicitur *actuale, virtuale, habituale, interpretativum*.

Voluntarium actuale est illud quod a voluntate actualiter influente procedit.

Voluntarium virtuale est illud quod a voluntate procedit, vi actus prius positi, et in actionem moraliter influere pergentis.

Voluntarium habituale est illud quod procedit a voluntate, vi actus prius voliti non autem revocati, sed qui nunc in actum non influit.

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 6, a. 3.

Voluntarium interpretativum est illud quod non procedit a voluntate, sed quod praesumitur a voluntate procedere, si de eo cogitaretur vel cogitari posset.

6° Voluntarium dicitur *in se* vel *in causa*.

Voluntarium in se est illud quod a voluntate, actu expresso, intenditur; v. g., occisio ab homicida intenta.

Voluntarium in causa est illud quod non est volitum in se, sed sequitur ex alio quod est in se volitum; v. g., quis intendit venationem die dominica, ex qua sequitur omissio missae; venatio est voluntaria in se, omissio missae, si non directe intenta, est voluntaria in causa.

Ut effectus qui sequitur ex causa volita sit voluntarius, requiritur ut agens effectum saltem in confuso praeviderit: *nihil enim volitum quin praecognitum.* (1)

7° Voluntarium dicitur *simpliciter* vel *secundum quid*.

Haec distinctio in duplici sensu accipitur. Communiori acceptione *voluntarium simpliciter* dicitur illud quod omnibus perpensis a voluntate procedit, licet non sine aliqua inclinatione ad oppositum; *voluntarium secundum quid* est illud quod attentis quibusdam circumstantiis a voluntate procederet, sed omnibus perpensis, ab ipsa non procedit. Cum mercator ex metu naufragii merces projicit in mare, projectio mercium est voluntaria *simpliciter*, conservatio autem ipsarum, voluntaria *secundum* quid.

A quibusdam aliis, voluntarium *simpliciter* dicitur id quod procedit a voluntate sine ulla repugnantia; voluntarium *secundum quid*, id quod a voluntate procedit cum repugnantia.

8° Voluntarium est *expressum* vel *tacitum*, secundum quod externe verbis, vel sufficienter ex aliquo facto, aut facti alicujus omissione, adesse colligitur.

---

(1) Cf. quae dicenda sunt infra *de imputabilitate*.

IV. De involuntario.—Voluntario opponitur *involuntarium* quod definitur : *id quod fit sine cognitione intellectus, vel a principio extrinseco contra voluntatis inclinationem.*

Involuntarium est duplex : *positivum* et *privativum.*

Involuntarium positivum est id quod fit, voluntate ipsa positive repugnante ; *involuntarium negativum* est id quod fit, deficiente actu voluntatis, in subjecto capaci talis actus. Primum est positive nolitum, secundum est simpliciter non volitum, unde dicitur etiam *non voluntarium.*

ARTICULUS II


DE CAUSIS QUAE VOLUNTARIUM MODIFICANT EX PARTE INTELLECTUS

(DE IGNORANTIA)

I. Ignorantiae et inadvertentiae notio.—Ignorantia est carentia cognitionis. Alia est *negativa*, alia *privativa*, alia *positiva.*

Ignorantia negativa, quae dicitur etiam *nescientia*, est carentia cognitionis non debitae, v. g., ignorantia medicinae in pictore.

Ignorantia privativa est carentia cognitionis debitae in subjecto capaci, v. g., ignorantia juris in judice; dicitur ignorantia proprie dicta.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

ANSI and ISO TEST CHART No. 2

1.0 2.8 2.5 3.2 2.2 3.6 2.0 4.0 1.1 1.8 1.25 1.4 1.6

APPLIED IMAGE Inc

Ignorantia positiva, seu *error*, est approbatio falsi pro vero.

Inadvertentia est carentia cognitionis actualis ejus quod jam habitualiter cognoscitur, de quo tamen hic et nunc non cogitatur. Ignorantia igitur importat carentiam cognitionis debitae tum actualem, tum habitualem ; inadvertentia vero, carentiam actualem tantum non habitualem.

II. Ignorantiae species.—1° *Ratione objecti*, ignorantia est *juris* vel *facti*, prout versatur circa vel legis vel facti particularis existentiam ; v. g., quis ignorat ad mutationem proprietatis taxam legalem esse solvendam, habetur ignorantia juris ; si vero legem cognoscens, ignorat hanc taxam debitam solutam non fuisse, habetur ignorantia facti.

2° *Ratione subjecti*, ignorantia dicitur *invincibilis*, vel *vincibilis*.

Ignorantia invincibilis est illa quae vinci vel deponi non potest, vel quia dubium de opposito non occurrit, et dicitur *physice* invincibilis, vel quia habito dubio, deligentia morali deponi non potuit, et dicitur *moraliter* invincibilis. Diligentia moralis ea dicitur quam prudentes, pro rei gravitate, in hisce circumstantiis adhibere solent.

Ignorantia vincibilis est illa quae morali diligentia vinci seu deponi potest et debet. Si ad eam depellendam aliqua sed insufficiens deligentia adhibeatur, ignorantia dicitur *simpliciter vincibilis* ; si vero nulla adhibeatur diligentia, nec ullum studium, ignorantia dicitur *crassa* ; si tandem ex industria quis refugit voluntarie media ignorantiam deponendi, ignorantia dicitur *affectata*.

3° *Ratione actionis voluntatis*, ignorantia dicitur *antecedens, concomitans, consequens*.

Ignorantia antecedens est illa quae praecedit actum voluntatis et est efficax ratio cur actio ponatur ; v. g. : quis volens occidere feram, occidit amicum; sis civisset non autem fecisset.

Ignorantia concomitans est illa quae comitatur actum voluntatis, sed nullo modo in ipsum influit, quia, ignorantia deposita, eodem modo ageret voluntas ; v. g., quis volens occidere feram, occidit inimicum quem quaerit occidendum, si scivisset idem fecisset.

Ignorantia consequens est illa quae sequitur actum voluntatis, scilicet, quae est a voluntate volita. Ignorantia consequens est directe vel indirecte volita, ideoque est ignorantia vincibilis.

III. De influxu ignorantiae in voluntarium.—Voluntarium supponit cognitionem ex parte intellectus, unde ignorantia contrariatur voluntario ; non tamen quaelibet ignorantia eodem modo in voluntarium influit, sed diverso modo, secundum quod actum voluntatis antecedit, comitatur vel consequitur. (1) Unde triplex thesis proponitur.

THESIS I.—IGNORANTIA ANTECEDENS VOLUNTARIUM DESTRUIT.

Ad voluntarii rationem requiritur cognitio ex parte intellectus, et consensus ex parte voluntatis. Atqui ignorantia antecedens utrumque excludit. Ergo ignorantia antecedens destruit voluntarium.

Ad minorem.— Ignorantia antecedens enim est carentia cognitionis nullo modo a voluntate volita, et deposita hac ignorantia, voluntas aliter omnino ageret nedum in actum consentiret. Unde ubi datur ignorantia antecedens, deest cognitio ex parte intellectus, et consensus ex parte voluntatis.

---

(1) Cf. S. THOMAS, *Sum. theol.*, I-II, q. 6, a. 8.

THESIS II.—Ignorantia concomitans non facit voluntarium nec involuntarium positive, sed involuntarium privative, seu non voluntarium.

Prima pars.—*Non facit voluntarium.*—Illud non potest dici voluntarium quod actu ignoratur. Atqui id quod fit cum ignorantia concomitante actu non cognoscitur. Ergo ignorantia concomitans non facit voluntarium.

Secunda pars.—*Nec involuntarium positive.*—Illud non potest dici positive involuntarium quod est voluntati consentaneum. Atqui effectus qui producitur a voluntate cum ignorantia concomitante est ipsi voluntati consentaneus, ut ex definitione hujus ignorantiæ et ex exemplo allato constat. Ergo ignorantia concomitans non facit involuntarium positive.

Tertia pars.—*Sed involuntarium privative, seu non voluntarium.*—Non voluntarium dicitur id quod non procedit a voluntate, sed cui tamen voluntas non adversatur; vel, ut diximus de involuntario privativo, id quod fit deficiente actu voluntatis in subjecto capaci talis actus. Atqui sic se habet effectus ignorantiæ concomitantis. Etenim neque procedit a voluntate, cum ignoratur, neque voluntas ipsi adversatur, cum sit voluntati consentaneus. Ergo fit deficiente actu voluntatis, et dicitur non voluntarius seu involuntarius privative.

THESIS III.—Ignorantia consequens voluntarium non destruit.

Qui vult causam vult effectus qui ab ipsa naturaliter procedunt. Atqui ignorantia consequens est a voluntate volita. Ergo quae ex ipsa sequuntur sunt voluntaria.

Tamen minus voluntarium est id quod indirecte tantum volitur, quam id quod voluntate directe intenditur. Ergo ignorantia consequens, licet non destruat voluntarium, illud

aliquo modo minuit, nisi ipsa sit *affectata*. Etenim si sit affectata, nedum minuat voluntarium, ipsum adauget propter majorem voluntatis affectum ad rem volitam.

IV. Corollaria.—1° Ignoratia invincibilis, cum sit antecedens, penitus tollit voluntarium.

2° Ubi nulla est advertentia, nullum est voluntarium ; nihil enim potest esse voluntarium ubi nulla est cognitio. Idem igitur dicendum est de inadvertentia perfecta ac de ignorantia invincibili et antecedente. Ubi datur semi-advertentia, semi-voluntarium habetur.

3° Ignorantia vincibilis facit voluntarium in causa, non tollit voluntarium, sed minuit, nisi sit effectata.

4° « Cum voluntas eo liberior sit quo perfectior est cognitio, maxime interest veram scientiam acquirere, praesertim earum rerum quae ad honeste et religiose vivendum prosunt. Quia scientia eo magis influit in voluntatem quo vividius agenti occurrit, ad recte vivendum haud parum inservit nobilium rerum frequens recogitatio seu meditatio ; quum enim voluntas sit caeca, nonnisi ab intellectu illuminetur, qui recte cogitat, recte agit, et frequenti rerum honestarum meditatione consuetudo honeste vivendi paulatim efformatur. » [1]

---

(1) Tanquerey, *Synopsis theol. mor.*, t. II, c. 1, a. 3, n. 98.

ARTICULUS III

DE CAUSIS QUAE VOLUNTARIUM MODIFICANT EX PARTE VOLUNTATIS.

(DE HABITIBUS)

I. Habitus natura et species.—Actus voluntarius a voluntate procedit tanquam a suo principio efficiente ; sed voluntas disponitur ad agendum mediantibus habitibus, unde ea quae ex parte voluntatis in voluntarium influunt praecipue sunt habitus.

Habitus[1] autem est *qualitas difficile mobilis qua bene vel male disponitur subiectum vel in seipso, vel in ordine ad operationem.* Unde habitus est duplex, alius *entitativus,* quo bene vel male disponitur subjectum in seipso, ut sanitas et aegritudo: alius *operativus,* quo bene vel male disponitur subjectum in ordine ad operationem, ut virtus et vitium.

Habitus entitativi subjectum est ipsa substantia ; subjectum vero ipsius habitus operativi est potentia seu facultas.

(1) Cf. *Ontologia,* pp. 395-396.—S. THOMAM, *Sum. theol.,* I-II, qq. 49 et seq.

Habitus sunt alii *supernaturales*, qui a Deo in anima infunduntur praeter exigentiam naturae; alii *naturales*, qui acquiruntur ex repetitione actuum, secundum axioma: ex repetitis actibus fit habitus.

Effectus habituum. — Effectus habituum est triplex. Primus effectus est major *facilitas* et *promptitudo* ad agendum. Etenim ex repetitione actuum habilitas quaedam acquiritur, et minor exigitur conatus ad agendum, et eo minor quidem quo magis crescit vis ipsius habitus, ita ut tandem actus ponatur veluti automatíce, quin saepe saepius intellectus ad ipsum advertat, et voluntas ipsum imperare egeat. Facilitas et promptitudo ad agendum primus est igitur habituum effectus.

Secundus effectus est *uniformitas operationis*. Etenim cum natura legi minoris conatus (*loi du moindre effort*) obediat, ex facilitate ad agendum oritur inclinatio ad eosdem actus eliciendos, ex quo uniformitas in operando nascitur, et habitus fit quasi nova natura.

Tertius effectus est *delectatio*. Placet enim operatio quae sine contentione elicitur et secundum naturae inclinationem procedit. Habitus igitur disponit facultatem ad facilius, uniformius et delectabilius agendum.

III. De influxu habituum in voluntarium. — Habitus est voluntarius quando scienter et libere acquisitus non fuit efficaciter retractatus, vel quando, sine advertentia causatus, dein vero cognitus, non fuit tamen impugnatus. Econtra habitus advertenter vel sine advertentia causatus est involuntarius, quando impugnatur, et apta media ad extirpationem ejus serio adhibentur.

Insuper actus procedens ex habitu fieri potest vel ex inadvertentia, vel cum advertentia intellectus.

THESIS.—HABITUS OPERATIVI NON TOLLUNT VOLUNTARIUM, SED IPSUM PER SE AUGENT, NISI SINT EFFICACITER RETRACTATI.

Prima pars.—*Habitus operativi non tollunt voluntarium.* Qui enim conscius est alicujus habitus et eum non retractat, vult illum habitum retinere, ideoque vult elicere frequenter illos actus qui naturaliter ex ipso sequentur. Igitur si actus ex habitu sequatur cum mentis attentione, iste actus est voluntarius in se ; si autem actus fiat sine advertentia, iste actus est voluntarius in causa. Ergo habitus nondum retractati non destruunt voluntarium.

Secunda pars.— *Habitus operativi ipsum voluntarium per se augent.*—Habitus, praesertim habitus morales, disponunt voluntatem ad promptius, uniformius et delectabilius agendum. Atqui id quo fertur voluntas majori promptitudine et propensione ad agendum auget voluntarium. Ergo habitus operativi, virtutes et vitia, ipsum voluntarium per se augent.

Tertia pars.—*Nisi sint efficaciter retractati.*—Quando enim habitus displicet, et aliquis ipsum eradicare conetur quantum potest, si quidam actus indeliberate procedunt ex habitu qui quodammodo in naturam vertitur, isti actus non sunt voluntarii, sed involuntarii, quia causa facta est involuntaria propter mutatam voluntatem.

ARTICULUS IV

DE CAUSIS QUAE VOLUNTARIUM MODIFICANT EX PARTE APPETITUS SENSITIVI.

(DE PASSIONIBUS)

I. Passionum notio. — *Passiones* sunt *motus appetitus sensitivi, in imaginatione boni vel mali.* (1) Undecim numerantur quarum sex ad appetitum concupiscibilem pertinent: amor, odium, desiderium (seu concupiscentia), fuga, gaudium et tristitia : quinque vero ad appetitum irascicibilem : spes, desperatio, audacia, timor seu metus, et ira. Passionum motus alii sunt *primo-primi,* qui oriuntur in nobis sine ullo voluntatis consensu ; alii, *secundo-primi,* qui producuntur cum semiplena advertentia, et semipleno consensu ; alii tandem *secundi* seu deliberati, qui fiunt cum plena advertentia et pleno consensu.

Passiones de se sunt indifferentes, et bonitatem seu malitiam sibi non vindicant, nisi secundum quod voluntatis imperio subjiciuntur. Unde sit

(1) Cf. *Psychologia,* p. 237.

THESIS.—Passiones in seipsis consideratae, neque bonae, neque malae sunt ; prouti subjacent rationi sunt alterutrum.

Prima pars.—*Passiones in seipsis consideratae neque bonae neque malae sunt.* Etenim actus nostri non possunt dici boni vel mali, nisi secundum quod a voluntate deliberata procedant. Atqui motus appetitus sensitivi quae dicuntur passiones, in seipsis considerati, non procedunt a voluntate deliberata, sed ab appetitu sensitivo qui caret libertate et dominio suorum actuum. Ergo passiones, in se ipsis consideratae, neque bonae, neque malae sunt.

Secunda pars.—*Prouti subjacent rationi sunt alterutrum.* — Etenim, passiones consideratae ut sunt sub imperio voluntatis et dictamine rationis, a libera voluntate aliquomodo procedunt, et bonitatem vel malitiam actus imperati voluntatis induunt. Ergo prouti passiones rationi et voluntati subjacent sunt bonae vel malae.

II. De influxu passionum in voluntarium.— Passiones influnt in voluntatem, ipsam inclinando, alliciendo ad bonum, vel retrahendo a malo. Etenim sub influxu passionis bonum sensibile vividius apprehenditur, ideoque voluntas vehementius ad ipsum fertur. Inter passiones quae vehementius voluntatem ad bonum alliciunt eminet *concupiscentia* ; inter eas vero quae a malo retrahunt speciatim recensetur *metus.* Influxus passionum in voluntarium melius igitur apparebit, sermonem instituendo de concupiscentia et de metu.

III. De concupiscentia.—Concupiscentia est motus appetitus sensitivi in bonum delectabile absens ; sed hic accipitur sensu latiori pro omni motu appetitus sensitivi in bonum delectabile. Alia est *antecedens*, alia *consequens.*

Concupiscentia antecedens est illa quae praecedit determinationem et consensum voluntatis, et ipsam ad consentiendum inclinat.

Concupiscentia consequens est illa quae sequitur actum voluntatis, sive quia voluntas ex industria inferiorem appetitum directe excitat vel saltem fovet, sive quia vehemens voluntatis motus redundat in eumdem appetitum.

THESIS I.—Concupiscentia antecedens auget voluntarium, sed minuit et quandoque destruit liberum.

Prima pars.—*Concupiscentia antecedens auget voluntarium.*—Illud auget voluntarium quo vehementius et propensius voluntas fertur ad actum. Atqui concupiscentia antecedens voluntatem inclinat et fert ad propensius et vehementius agendum. Ergo quo vehementior est concupiscentia eo magis movetur voluntas ad agendum, et eo magis voluntarius est actus ex parte voluntatis.

Secunda pars.—*Sed minuit et quandoque destruit liberum.* Omme id quod aliquomodo impedit rationis usum vel tollit, liberum minuit vel destruit. Etenim actus liber debet procedere cum perfecta advertentia intellectus et perfecto voluntatis consensu. Atqui concupiscentia antecedens perturbat rationem, ipsam applicando ad intensiorem considerationem boni sensibilis passioni convenientis, et avertendo a consideratione eorum quae possent voluntatem a tali objecto retrahere, ideoque usum rationis minuit necnon quandoque, si passio fuerit vehementior, tollit. Ergo concupiscentia antecedens minuit liberum et quandoque destruit. Quo major igitur est concupiscentia seu passio antecedens, eo intensius est voluntarium et eo minus liberum.

THESIS II.—Concupiscentia consequens non minuit voluntarium liberum, sed est signum magnitudinis ejus.

Prima pars.—*Concupiscentia consequens non minuit voluntarium liberum.*—Etenim concupiscentia consequens est

libere volita; cum ipsam voluntatem deliberatam consequatur. Ergo id quod fit ex tali concupiscentia est voluntarium et liberum. Qui enim injuriam sibi illatam recogitat, ut iram exinde concipiat, libere vult irasci.

Secunda pars. — *Sed est signum magnitudinis ejus.* — Qui enim passionem in se excitat, vehementius objectum intentum vult consequi; ideoque passio consequens est signum intensioris volitionis. « Passio autem consequens non diminuit peccatum, sed magis auget, vel potius est signum magnitudinis ejus; inquantum scilicet demonstrat intensionem voluntatis ad actum peccati; et sic verum est, quod quanto aliquis majori libidine vel concupiscentia peccat, tanto magis peccat. »[1]

IV. De metu. — **1° Metus notio et species.** — *Metus*, seu *timor*, est *mentis trepidatio causa mali seu periculi instantis aut futuri.* Metus ex apprehensione mali oritur, et vires voluntatis deprimendo, illam movet ad malum fugiendum.

Metus est multiplex :

a) Ratione influxus in actum, metus est *antecedens* vel *concomitans.*

Metus antecedens est ille qui movet ad agendum et est causa cur actio ponatur ; unde actio illa dicitur procedere **ex metu**, v. g., mercator metu naufragii merces projicit in mare.

Metus concomitans est ille qui actionem comitatur tantum, quin sit ipsius causa, ita ut actio dicitur fieri **cum metu** ; v. g., latro cum metu concomitante furatur, ne scilicet deprehendatur.

b) Ratione mali imminentis, metus est *gravis* vel *levis* et modo speciali *reverentialis.*

---

(1) S. THOMAS, Sum. theol., I-II, q. 77, a. 6.

Metus gravis est ille qui oritur ex malo gravi valde probabili : v. g., metus mortis, infamiae, etc. Dicitur *absolute gravis*, si malum grave immineat quod commovere possit etiam virum constantem : v. g., mors, mutilatio, etc.

Dicitur *relative gravis* si malum sit grave habita tantum ratione aetatis, sexus, vel complexionis personarum.

Metus levis est ille qui oritur ex malo levi, vel ex malo gravi, sed improbabiliter imminente.

Metus reverentialis, qui ad metum gravem reduci potest, est ille quo quis timet offensam gravem et diuturnam alicujus personae in auctoritate constitutae : v. g., metus quo filius parentum, uxor mariti, subditus superioris offensam timet.

c) Ratione causae, metus est intrinsecus, vel extrinsecus.

Metus intrinsecus est ille qui provenit ex causa intrinseca, v. g., ex morbo.

Metus extrinsecus est ille cujus causa est extrinseca : illa autem vel est *naturalis*, ut incendium, naufragium, vel est *libera*, ut latro, inimicus.

d) Ratione modi quo infertur, metus est *juste* vel *injuste incussus*, prout causa ejus sit justa vel injusta.

2° **De influxu metus in voluntarium.**—Metus concomitans, cum non sit causa actionis, non influit in voluntarium, nec quidem metus levis qui deliberationem rationis minime impedit. Agitur ergo de metu antecedente gravi, sive sit intrinsecus vel extrinsecus, sive juste, sive injuste incussus.

THESIS.— ACTIO EX METU GRAVI POSITA, PER SE LOQUENDO EST VOLUNTARIA SIMPLICITER, LICET DICI POSSIT INVOLUNTARIA SECUNDUM QUID.

Illud quod omnibus perpensis a voluntate deliberata procedit, licet non sine aliqua propensione ad oppositum,

dicitur voluntarium simpliciter. Atqui actio ex metu posita est hujusmodi. Etenim metus etiam gravis non tollit cognitionem ex parte intellectus, nec electionem ex parte voluntatis quae semper sese determinare potest in oppositum. Ergo actio ex metu gravi posita est simpliciter voluntaria ; quod quidem facile verificatur in exemplo allato ipsius mercatoris merces in mare projicientis, ex metu naufragii.

Tamen cum actio ex metu posita adjunctam habet repugnantiam voluntatis, quae aliter sese determinaret si metus abesset, illa actio dici potest involuntaria secundum quid.

Dicitur *per se loquendo*, quia per accidens fieri potest ut metus usum rationis tollat, et in hoc casu, actio non potest dici voluntaria.

ARTICULUS V

DE CAUSIS QUAE INFLUUNT IN VOLUNTARIUM EX PARTE AGENTIS EXTRINSECI.

(DE VIOLENTIA)

I. **Violentiae notio.**—*Violentia* (vis, coactio) est motio a principio extrinseco proveniens, renitente ipsa voluntate. Duo igitur requiruntur ad hoc ut actus sit violentus vel coactus: 1° ut fiat ab agente extrinseco ; 2° ut fiat passo renitente.

Violentia est *absoluta* quando ille cui vis infertur, resistit quantum potest; est *secundum quid*, quando non resistit quantum potest.

II. De influxu violentiae in voluntarium.—Jam in psychologia [1] explicavimus, actus elicitos voluntatis nullo modo coactionem seu violentiam pati posse [2]; violentia igitur inferri non potest nisi circa actus imperatos voluntatis. Unde, cum in praesenti quaestione quaeritur de influxu violentiae in voluntarium, non fit sermo de actibus elicitis voluntatis, sed de actibus imperatis.

THESIS I.—VIOLENTIA ABSOLUTA DESTRUIT VOLUNTARIUM ET ACTUM INVOLUNTARIUM REDDIT.

Voluntarium est id quod a voluntate procedit secundum inclinationem ipsius. Atqui violentia absoluta est a principio extrinseco, contra inclinationem voluntatis renitentis in quantum potest. Ergo violentia absoluta destruit voluntarium, ideoque actum involuntarium reddit.

THESIS II.—VIOLENTIA SECUNDUM QUID NON DESTRUIT, SED MINUIT VOLUNTARIUM.

Ubi voluntas non resistit in quantum potest, ibi habetur aliquo modo voluntatis consensus, et ex hac parte actus habet rationem voluntarii. Ergo, secundum proportionem resistentiae voluntatis, actus dicitur magis vel minus voluntarius.

(1) p. 311.

(2) « Nulle puissance ne peut franchir le retranchement impénétrable de la liberté d'un cœur. » FÉNÉLON.

CAPUT SECUNDUM

DE CAUSA FORMALI ACTUUM HUMANORUM

Prologus.—Duplex esse in quocumque actu humano distinguere est: *esse physicum*, secundum quod a libera voluntate procedit; *esse morale*, secundum quod procedit modo conformi regulae morum. Jam diximus de actibus humanis secundum esse physicum in praecedenti capite; nunc igitur sermo instituitur de actibus humanis secundum esse morale. Moralitas autem considerari potest vel in se, vel in suis proprietatibus et consectariis; in se quidem vel *in genere*, vel *in specie*, secundum quod moralitas in *objectivam* et *subjectivam* dividitur. Proprietates autem sunt *imputabilitas* et *meritum*, et consectaria dicuntur virtutes et vitia; nam cum acquiruntur repetitione actuum, ex bonis actibus producuntur virtutes, ex malis, vitia. Caput secundum igitur in sex articulos dividitur quorum materia, secundum ordinem disposita, in sequenti schemate proponitur.

DE CAUSA FORMALI ACTUUM HUMANORUM

- **De moralitate in genere**
  - Moralitatis definitio
  - Moralitatis divisio
    - Moralitas bona, mala
    - « objectiva, subjectiva
    - « intrinseca, extrinseca

- **De moralitate objectiva**
  - Existentia moralitatis :
    - Status quaestionis
    - Thesis.—Sunt quaedam objecta intrinsece et natura sua bona vel mala, (independenter a quacumque voluntate, necnon a lege humana et consuetudine.
  - Essentia moralitatis objectivae :
    - Philosophorum sententiae.
    - Sensualismus moralis exponitur et refutatur
    - Utilitarismus exponitur et rejicitur.
    - Rationalismus moralis declaratur et refutatur
    - Sententia scholastica exponitur et demonstratur :
    - Thesis.—Moralitas, quae objectis inest intrinsece, sita est in convenientia vel disconvenientia rei, proxime cum ordine naturali, seu natura rationali, remote cum ratione divina a qua talis ordo concipitur, et adjuncta voluntate lege aeterna praescribitur.
  - Corollaria

- **De moralitate subjectiva**
  - Status quaestionis
  - Essentia moralitatis subjectivae :
    - Thesis.—Moralitas subjectiva seu formalis constituitur per relationem convenientiae vel disconvenientiae actus cum recta conscientia.
  - Corollaria
  - Integritas actus moralis :
    - Thesis.—Actio humana dicitur bona ex plenitudine essendi quae ipsi debetur, dicitur mala ex deficientia talis plenitudinis
  - De principiis moralitatis :
    - Actus humani prima bonitas vel malitia est ex *objecto*.
    - Actio humana est bona vel mala ex *circumstantiis*.
    - Circumstantia *finis* influit in actionis moralitatem causaliter.
    - Corollaria
    - De extensione moralitatis :
    - Dantur actus humani moraliter indifferentes secundum speciem, at non in individuo considerati.

- **De imputabilitate**
  - Notiones
    - Imputabilitas, imputatio
    - Approbatio, reprobatio
    - Laus, vituperatio
    - Honor, contemptus
    - Gloria, infamia
    - Responsabilitas
  - Thesis.—Actiones humanae jure homini cujus illae sunt imputantur.
  - Corollaria
    - 1° Imputabilitas augetur vel minuitur, sicut voluntarium liberum.
    - 2° Imputabilitas eorum quae sunt voluntaria in causa.
    - 3° Imputabilitas vi ipsius solidaritatis.

- **De merito et demerito**
  - Notio meriti et demeriti
  - Divisio
    - Meritum de condigno
    - Meritum de congruo
  - Conditiones meriti
    - Ex parte merentis
    - Ex parte praemiantis.
  - Thesis I.—Actus humani habent rationem meriti vel demeriti apud alios homines, et apud societatem.
  - Thesis II. Homo mereri potest apud Deum.
  - Difficultatum solutio.

- **De virtutibus et vitiis**
  - Virtutis et vitii notio
  - « « origo
  - « « subjectum
  - « « effectus
  - Virtutis species
  - Virtutum proprietates
    - Mediocritas
    - Connexio
  - Vitiorum species
    - *Ratione subjecti*, intellectualia, moralia
    - *Ratione oppositionis* ad virtutes
      - Imprudentia
      - Injustitia
      - Ignavia
      - Intemperantia
    - *Ratione medii virtutum*
      - per excessum
      - per defectum
    - Ratione objecti
      - capitalia
        - Superbia
        - Avaritia
        - Luxuria
        - Gula
        - Invidia
        - Ira
        - Acedia seu pigritia
      - non capitalia
  - Virtutum et vitiorum schematica expositio.

ARTICULUS I

DE MORALITATE IN GENERE

I. **Moralitatis definitio.**—Moralitas est in genere, illa proprietas actuum humanorum vi cujus, quidam dicuntur boni et honesti, quidam vero mali et inhonesti.

Unumquodque autem dicitur bonum quando fini ad quem destinatur respondet, scilicet, quando suae naturali ordinationi congruit; v. g., equus dicitur bonus qui velociter currit, horologium bonum quod recte indicat horas, calamus bonus quo quis regulariter scribit, etc. Igitur actus humanus dicitur bonus qui respondet fini ad quem destinatur. Jamvero actus humanus ordinatur ad ducendum hominem ad finem suum ultimum. Ergo omnis actus qui ad finem ultimum hominis ducit dicitur bonus, et omnis actus qui a fine avertit, dicitur malus.

Homo autem ordinatur ad finem suum ultimum a Deo, qui ipsum dirigit secundum divinam rationem, quae lex aeterna dicitur et imprimitur in mente humana, ipsum hominem docens de his quae ad finem ducunt, et de his quae a fine avertunt. Illa impressio legis aeternae dicitur lex naturalis, et nobis manifestatur mediante conscientia. Consequitur ergo actum humanum ducere ad finem, ideoque esse bonum, secundum quod dicit convenientiam cum lege aeterna, seu cum lege naturali et conscientia.

Igitur moralitas est *actuum humanorum convenientia vel disconvenientia cum dictamine rationis, sive increatae quae est lex aeterna, sive creatae, quae est conscientia.*

Dicitur 1° *convenientia vel disconvenientia cum lege aeterna*, quia lex aeterna est *prima morum regula*, cui omnes leges subordinantur, et a qua omnes leges vim obligandi mutuantur.

Dicitur 2° *convenientia vel disconvenientia cum dictamine conscientiae*, quia conscientia est *regula morum proxima*; lex enim aeterna homini innotescit, et ad particulares actiones applicatur, mediante conscientia.

II. **Moralitatis divisio.**—1° Moralitas alia est *bona*, alia *mala*.

Moralitas bona est convenientia actus humani cum regula morum ; *moralitas mala* vero est disconvenientia actus humani cum morum regula.

2° Moralitas dividitur in *objectivam* seu materialem, et *subjectivam* seu formalem.

Moralitas objectiva, seu materialis, est illa quae inest objectis in quae fertur voluntas, secundum quod convenientiam vel disconvenientiam dicunt cum lege, seu cum regula objectiva morum.

Moralitas subjectiva, seu formalis, est illa quae ipsis actionibus subjectivis competit ex earum convenientia vel disconvenientia cum conscientia, seu cum regula subjectiva morum.

3° Moralitas dividitur in *intrinsecam* et *extrinsecam*.

Moralitas intrinseca est illa quae rei inest de se, sua natura, etiam nulla lege positiva praecipiente vel prohibente : v. g., diligere Deum, parentes, patriam, est quid intrinsece bonum.

Moralitas extrinseca est illa quae ex sola lege positiva actioni inest ; v. g., comedere carnes feria sexta est extrinsece malum.

ARTICULUS II

DE MORALITATE OBJECTIVA

I. De existentia moralitatis.—**1° Status quaestionis.**—In actu morali considerare possumus vel objectum, vel ipsum actum qui circa objectum versatur. Unde distinguitur duplex moralitas, scilicet *objectiva* quae objecto convenit, *subjectiva* quae ipsi actui inest. Hic quaeritur de existentia moralitatis objectivae.

Omnes admittunt moralitatem saltem extrinsecam ipsis objectis actuum humanorum competere, sed quaestio proponitur non de moralitate extrinseca, sed de moralitate intrinseca, scilicet, de bonitate vel malitia quae ipsis objectis conveniunt de se, ex natura sua.

Concedimus multa esse objecta de se indifferentia, quae quidem fiunt bona vel mala tantum ex aliqua lege praecipiente vel prohibente. Sed contra eos qui non admittunt nisi moralitem quemdam extrinsecam, et ipsam repetunt vel ab humana legislatione, ut Hobbes, vel a populorum consuetudine, ut Saint-Lambert, vel a divina voluntate, ut Cartesius, Puffendorf, etc., contendimus *quaedam esse objecta intrinsece et natura sua bona vel mala, independenter a quacumque voluntate et consuetudine.*

2° Demonstratur existentia moralitis

✱ **THESIS** : SUNT QUAEDAM OBJECTA INTRINSECE ET NATURA SUA BONA VEL MALA, INDEPENDENTER A QUACUMQUE VOLUNTATE, NECNON LEGE HUMANA ET CONSUETUDINE.

1° *Ex conceptu boni.*—Bonum morale, sicut omne bonum, involvit aliquem respectum convenientiae vel appetibilitatis pro homine. Atqui multa sunt objecta quae de se et natura sua, abstrahendo ab omni lege et consuetudine, naturae rationali immutabiliter conveniunt vel disconveniunt, v. g., amor Dei, odium ipsius, blasphemia, etc. Ergo sunt quaedam objecta intrinsece et natura sua bona vel mala.

2° *Ex conscientia.*—Unusquisque ex conscientia sua experitur se, naturaliter et absque respectu ad leges positivas vel ad consuetudines populorum, discrimen instituere inter quaedam bona et quaedam mala, gaudere de bono patrato, angustias pati de malo, et odium invincibile circa quaedam crimina concipere. Atqui omnia ista manifeste demonstrant naturale et intrinsecum discrimen aliquorum bonorum et malorum. Ergo.

3° *Ex universali consensu hominum.*—« Sunt quaedam, ait Aristoteles (1), quorum nominibus statim vitium est implicatum, ut malevolentia laetans alieno malo, impudentia.... furtum, adulterium, caedes.... Nunquam igitur fieri potest, ut ex his aliquid recte fiat, sed semper peccatur ea agendo.» —Unde sic arguere possumus : Apud omnes gentes sunt quaedam nomina quae aliquid implicant de se bonum vel de se malum, independenter a quacumque voluntate legislatoris vel populi consuetudine. Atqui verba sunt signa idearum. Ergo universalis est persuasio omnium hominum

(1) *Ethic.* II, 6.

quaedam natura sua esse bona, quaedam esse mala. Atqui haec constans et universalis persuasio quae invincibilis manet, non obstantibus concupiscentiae et passionum suasionibus, necnon temporum et regionum influxibus, non potest esse errori obnoxia. (1) Ergo.

4° *Ex absurdo.*—Admissa enim adversariorum sententia, furtum, adulterium, blasphemia possent fieri bona, lege divina vel humana praecipiente, vel ex consuetudine; omnis lex esset justa, et omnis consuetudo legitima, quae absurda sunt.

II. De essentia moralitatis objectivae. — Demonstrata existentia moralitatis objectivae, ulterius quaeritur de principio constitutivo hujus moralitatis.

1°) Philosophorum sententiae.—Innumera sunt philosophorum placita de ratione moralitatis objectivae constitutiva.

Quidam non admittunt nisi moralitatem extrinsecam, quam repetunt :

a) Vel ab humana legislatione seu a pacto civili, ut Hobbes et Rousseau ;

b) Vel a populorum consuetudine, ut Saint-Lambert ;

c) Vel a divina voluntate, ut Cartesius, Puffendorf, Ockam, etc.

Illa prima positio jam refutata habetur, ex his quae dicta sunt de existentia moralitatis objectivae. Demonstravimus enim inesse objectis actuum humanorum moralitatem intrinsecam, naturalem, immutabilem, quae est igitur independens, tum a legislatione humana seu a pacto quodam civili, tum a populorum consuetudine, tum a voluntate divina.

---

(1) «Argumentum veritatis est aliquid omnibus videri.» *Seneca*, ep. 117.

Alii admittunt moralitatem intrinsecam quorum doctrina, de principio moralitatis constitutivo, reducitur ad quatuor systemata quae sunt : sensualismus, utilitarismus, rationalismus moralis et sententia scholastica.

2° **De sensualismo morali.** – Ad sensualismum moralem reducitur doctrina eorum qui rationem constitutivam moralitatis reponunt :

a) vel in voluptate et dolore, ita ut bona sint quae voluptatem, mala vero quae dolorem producunt, ut docent Epicurus et Aristippus, ex antiquis, St-Simon et Fourrier, ex modernis ; (Epicureismus, Haedonismus)

b) vel *in sensu quodam morali* boni et mali distinctivo, ut docent Hutcheson, Reid, Hume ; (sensismus moralis).

c) vel in affectibus, scilicet in *sympathia* et *antipathia*, ut posuit Smith, seu in remorsu et gaudiis conscientiae, ut affirmat Jacob ; (sentimentalismus moralis).

THESIS. – SENSUALISMUS MORALIS, QUICUMQUE SIT, EST FALSUS.

a) Illa doctrina quidem destruit moralitatem. Moralitas enim objectis inest intrinsece, essentialiter et immutabiliter. Atqui admissa doctrina sensualismi, moralitas esset accidentalis, relativa et mutabilis, ut patet. (1) Ergo sensualismus moralis est falsus.

b) Ut homo bene agat et modo humano, agere debet modo rationi humanae consentaneo. Atqui admisso sensualismo homo agere deberet modo conformi sensibus et sensibilitati. Ergo illa doctrina dignitati humanae adversatur, ideoque est absurda.

---

(1) Que la morale soit toute dans le sentiment, rien n'est bien, rien n'est mal en soi ; le bien et le mal sont relatifs. Changez le sentiment, vous changez tout : la même action est à la fois bonne, indifférente et mauvaise, selon l'affection du spectateur.» ROYER COLLARD.

3. **De utilitarismo.**—Utilitarismus est systema eorum qui normam seu rationem constitutivam bonitatis et malitiae moralis reponunt in utilitate. *Utilitaristae* in duplicem classem dividuntur, secundum quod, cum Bentham et Helvetio, *utilitatem privatam*, vel cum Stuart-Mill, Comte, Littré et positivistis, *utilitatem publicam*, statuunt esse normam bonitatis et malitiae actionum humanarum.

THESIS.—UTILITARISMUS, QUI UTILITATEM SIVE PUBLICAM SIVE PRIVATAM STATUIT ESSE NORMAM BONITATIS VEL MALITIAE ACTIONUM HUMANARUM, EST REJICIENDUS.

a) Quaedam sunt immutabiliter bona in se vel mala, independenter ab omnibus circumstantiis vel adjunctis, ut apparet ex demonstratione existentiae moralitatis intrinsecae quae objectis convenit. Atqui utilitas sive privata sive publica est mutabilis secundum adjuncta. Ergo utilitas privata seu publica non potest esse norma bonitatis vel malitiae actionum humanarum, et utilitarismus est rejiciendus.

b) Utilitarismus ad absurdum ducit. Etenim si admittatur utilitas privata ut norma moralitatis, jam 1° egoïsmus est optima virtus ;—2° perjurium, homicidium fiunt licita et quandoque necessaria ;—3° mortem pro patria subire fit peccatum, etc.

Si autem utilitas publica, 1° nulla esset bona actio utilitati privatae non autem publicae ordinata ;—2° justae fierent leges ad bonum publicum ordinatae, etiam cum maxima privatorum injuria ;—3° nullum daretur crimen damnandum dummodo societati esset utile. Atqui ista omnia absurda sunt. Ergo.

4° **De rationalismo morali.**—Rationalismus moralis est systema eorum qui constituunt rationem humanam independentem et autonomam, ut principium a quo pendet moralitas actionum humanarum. Sic docent rationalistae et praesertim Kant, qui in suo opere, *Critica rationis practicae,* officium seu obligationem moralem, scilicet, *imperativum categoricum,* posuit ut expressionem ipsius rationis practicae, independentis et autonomae.

THESIS. - Rationalismus moralis est rejiciendus.

a) Illa doctrina nititur falso fundamento, scilicet, independentia ipsius hominis respectu Dei. Atqui illa independentia nullo modo existit, ut ex existentia legis aeternae et naturalis constat. Ergo.

b) Illa sententia vim obligativam legis moralis destruit. —Etenim conceptus obligationis necessario involvit conceptum superioris obligantis. Atqui homo non est sibiipsi superior. Ergo nulla datur obligatio sequendi, ordinationem rationis si ratio sit independens a Deo.

c) Ratio humana est facultas passiva non autem activa, scilicet, pendet ab objecto suo quod praesupponit et non producit. Ergo, cum bonitas et malitia ipsi objecto inest intrinsece, nullo modo pendere potest a ratione humana, et quemadmodum veritas rerum est ab intellectu nostro independens, ita et moralitas.

5° **Sententia scholastica exponitur et demonstratur.**— Scholastici communiter docent moralitatem intrinsecam quae immutabiliter objectis inest, esse independentem ab homine, et repeti a principio objectivo. Illud autem principium est ipsa ratio increata, seu divina, quae ordinem naturalem concepit et lege aeterna constituit. Moralitas igitur objectiva consistit in convenientia vel disconvenientia rei, *proxime* cum ordine naturali seu natura rationali, *remote* et *radicaliter* cum ratione divina.

THESIS.—MORALITAS, QUAE OBJECTIS INEST INTRINSECE, SITA EST IN CONVENIENTIA VEL DISCONVENIENTIA REI, PROXIME CUM ORDINE NATURALI SEU NATURA RATIONALI, REMOTE CUM RATIONE DIVINA, A QUA TALIS ORDO CONCIPITUR ET ADJUNCTA VOLUNTATE LEGE AETERNA PRAESCRIBITUR.

Ordo naturalis in ista propositione significat complexum omnium relationem quae naturam humanam consequuntur. Homo secundum naturam suam relationes naturales dicit ad Deum, ut creatorem, ad entia materialia, ut partes universi, ad alios homines, ut concives, et ratione facultatum quibus donatur, natura humana subordinationem illarum facultatum ad invicem importat. Istae relationes immediate procedunt a naturis rerum, ideoque essentiales et immutabiles sunt. Quod sub nomine ordinis naturalis hic significatur, ab alii tandem aliquando *natura rationalis* dicitur.

Prima pars.—Unumquodque dicitur bonum secundum quod est appetibile. Atqui omnia appetunt suam perfectionem. Ergo unumquodque dicitur bonum secundum quod est perfectivum alicujus naturae. Atqui aliquid est perfectivum alicujus naturae, in quantum est ipsi connaturale et proportionatum, scilicet, in quantum convenientiam importat cum naturalibus rei relationibus. Ergo « unicuique bonum est quod sibi connaturale et proportionatum », [1] scilicet quod est sibi conveniens. Atqui, ut dicit S. Thomas [2] « de bono et malo in actionibus oportet loqui sicut de bono et malo in rebus ». Ergo actio humana est objective bona quae ordini naturali seu naturae rationali convenit. Atqui « sicut unumquodque habet naturalem consonantiam vel

1 S. THOMAS, *Sum. Theol.* I-II, q. 27, a. 1.
(2) *Sum. theol.* I-II, 18, a. 1.

aptitudinem ad id quod sibi convenit, ita ad id quod est repugnans et nocivum habet dissonantiam naturalem. Ergo sicut omne conveniens, in quantum hujusmodi, habet rationem boni, ita omne repugnans, in quantum hujusmodi, habet rationem mali. » (1) Ergo moralitas objectiva proxime sita est in convenientia vel disconvenientia rei cum ordine naturali, seu cum natura rationali.

Secunda pars. — Essentiae rerum formaliter pendet ab intellectu divino, in quo est idea exemplaris omnium rerum, et fundamentaliter ab essentia divina. Atqui ordo naturalis dicit complexum omnium relationum quae ab essentiis rerum necessario et immutabiliter procedunt. Ergo quod aliquid sit isti ordini conveniens vel dissonans ab eodem intellectu divino pendet, qui in se continet rationem ordinis omnium rerum. Atqui illa ratio ordinis, quae, adjuncta voluntate, est directiva omnium motionum et actionum, dicitur lex aeterna. Ergo moralitas objectiva remote sita est in convenientia vel disconvenientia rei cum ratione divina, a qua ordo naturalis concipitur et, adjuncta voluntate, lege aeterna praescribitur.

III. Corollaria 1° *Intrinsece bonum* est id quod natura sua ordini naturali seu naturae rationali convenit. — *Intrinsece malum* est illud quod, natura sua, ordini naturali seu naturae rationali repugnat.

2° Quaedam sunt quae natura sua et secundum se naturali ordini seu naturae rationali, neque conveniunt, neque repugnant ; illa autem intrinsece non habent moralitatem, sed extrinsece, scilicet, vi alicujus legis positivae. Si vero nulla lex positiva sit, quae ipsa praecipiat vel prohibeat, haec sunt objective indifferentia.

3° Moralitas objectiva potest dici convenientia vel disconvenientia rei cum lege. Quae enim sunt intrinsece bona

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 29, a. 1. passim.

vel mala a lege aeterna praecipiuntur vel prohibentur; unde, licet lex aeterna non sit secundum se constitutiva moralitatis, est tamen praescriptiva et manifestativa. Quae autem sunt extrinsece bona vel mala, a lege positiva divina vel humana pendent.

4° Facile intelligitur axioma : «alia sunt *prohibita quia mala ;* alia vero *mala quia prohibita.* Etenim intrinsece mala, ideo prohibentur, quia mala ; extrinsece mala, quia prohibentur, mala sunt.

ARTICULUS III

DE MORALITATE SUBJECTIVA

I. Status quaestionis.—Inest objectis, independenter ab homine, moralitas quae dicitur objectiva; sed praeter hanc moralitatem, alia habetur moralitas quae ab objecto in actum derivatur, et a qua homo formaliter dicitur bonus vel malus, secundum illa verba S. Thomae : « bonitas voluntatis dependet a bonitate voliti.» [1] Haec est moralitas subjectiva, *illa* nempe *quae actionibus subjectivis competit ex earum convenientia vel disconvenientia cum regula subjectiva morum, scilicet, cum conscientia.* Hoc in articulo suscipitur explicanda ratio constitutiva hujus moralitatis.

(1) *Sum. theol.*, I-II, q. 19, a. 7.

II. De essentia moralitatis subjectivae.—Ut ex definitione moralitatis subjectivae apparet, ratio constitutiva ipsius sistit in convenientia vel disconvenientia actionis cum conscientia. Sit igitur

THESIS.—MORALITAS SUBJECTIVA, SEU FORMALIS, CONSTITUITUR PER RELATIONEM CONVENIENTIAE VEL DISCONVENIENTIAE ACTUS CUM RECTA CONSCIENTIA.

1° Actio humana dicitur moralis quia procedit a libero agente, i. e., a voluntate deliberata. Sed in actu libero voluntatis, nempe in actu morali, possumus duplex elementum distinguere : electionem voluntatis et judicium practicum intellectus; primum quasi materia, secundum quasi forma illius actus, nam intellectus voluntati bonum praesentans, voluntatem movet specificative et formaliter. Atqui esse in quocumque est a forma. Ergo esse morale, seu moralitas formalis actionis humanae, est ipsius actionis ordo ad rectam rationem, seu ad rectam conscientiam.

2° Omnis actus specificatur a suo objecto. Ergo actus voluntatis est bonus, cujus objectum est bonum, malus, cujus objectum est malum.

Voluntas autem non fertur in objectum prout in se est, sed prout ab intellectu percipitur. « Bonum per rationem repraesentatur voluntati ut objectum..... . et causat bonitatem actus.» [1] Ergo objectum non specificat actum voluntatis prout bonum vel malum est in se, sed prout tale est secundum apprehensionem intellectus seu rationis. Unde moralitas subjectiva constituitur per *relationem actus ad objectum prout rationis judicio subest*, seu brevius, moralitas subjectiva est ordo actionum ad ipsam rationem. Jamvero judicium rationis de bonitate vel malitia actus objective

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, I-II, q. 19, a. 1, ad. 3.

considerati, est ipsa conscientia. Moralitas igitur subjectiva vel formalis consistit in convenientia vel disconvenientia actus cum conscientia.

Conscientia tamen est multiplex, sed non est regula morum nisi sit recta; unde moralitas subjectiva est ordo actionis ad rectum rationis judicium, ad rectam conscientiam. Rectum rationis judicium est illud quod fertur ab intellectu cum omnimoda sinceritate secundum elementa actualiter cognita, ita ut rectitudo abstrahit a veritate vel falsitate judicii. Moralitas igitur subjectiva consistit in convenientia vel disconvenientia actionis cum recta ratione, seu cum recta conscientia.

III. Corollaria.—1° Moralitas dicitur formaliter de actibus voluntatis subjective consideratis, et omnia alia dicuntur moralia per ordinem ad illos actus. « Voluntas enim dicitur moralis quia producit actum moralem; lex, quia ipsum dirigit; objectum, quia ipsum terminat; finis, quia ad ipsum movet; circumstantiae, quia ipsum afficiunt. » [1]

2° Conscientia recta potest esse vera vel invincibiliter erronea. Unde aliqua actio potest esse bona objective, propter convenientiam cum lege, et mala subjective, propter disconvenientiam cum recta conscientia invincibiliter erronea, et vice-versa. Si autem recta conscientia sit vera, actio ipsi conveniens est bona, bonitate tum objectiva, tum subjectiva.

IV. Integritas actus moralis.—Moralitas ex objecto in actum derivatur; sed objectum actus moralis considerari potest dupliciter: uno modo secundo se, et abstractione facta ab omnibus circumstantiis in quibus invenitur; alio modo, nulla praecisione facta, nempe cum omnibus suis

(1) Billuart, *De actibus humanis*, Diss. IV. a. 1.

circumstantiis, praesertim cum fine qui quidem est circumstantiarum praecipua. Jamvero objectum afficit actum non prout abstrahit a circumstantiis, sed secundum quod cum ipsis aliquod totum constituit. Bonitas moralis igitur exurgit ex collectione eorum omnium quae ad actus integritatem requiruntur, secundum quod ordinem convenientiae dicunt ad rectam rationem. Unde

THESIS.—ACTIO HUMANA DICITUR BONA EX PLENITUDINE ESSENDI QUAE IPSI DEBETUR, MALA EX DEFICIENTIA TALIS PLENITUDINIS.

« De bono et malo in actionibus oportet loqui sicut de bono et malo in rebus ». [1] Atqui in rebus unumquodque dicitur bonum ex plenitudine essendi quae ipsi debetur, malum ex defectu talis plenitudinis. Ergo actio humana dicitur bona ex plenitudine essendi quae ipsi debetur, mala ex deficientia talis plenitudinis.

Ad minorem.—Etenim malum est privatio boni, i. e., absentia perfectionis debitae. Atqui unumquodque secundum quod est perfectum est bonum, et bonum et ens convertuntur. Ergo malum est absentia plenitudinis essendi rei debitae, ideoque bonum dicitur in rebus ex plenitudine essendi rei debitae, malum ex deficientia talis plenitudinis. Unde axioma : *bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu.*

V. De principiis moralitatis.—Coalescit integritas actus humani ex objecto et ex circumstantiis, inter quas eminet finis. Unde triadicuntur esse principia ex quibus moralitas accus desumitur : *objectum, circumstantiae* et *finis.* Desingulis est dicendum.

---

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, I-II, q. 18, a. 1.

V. Moralitas ex objecto desumpta.—*Objectum*, prout hic stricto sensu accipitur, est id (res seu persona moraliter considerata) circa quod actus versatur et in quod prius et per se tendit ; v. g., ablatio rei alienae est objectum furti. Objectum igitur distinguitur a *circumstantiis*, quae secundario tantum attinguntur, et a *fine* qui est id propter quod agens agit; v. g., quis furatur divitem ad sublevandum alicui amico ; ablatio rei alienae est objectum furti, quantitas rei ablatae, est circumstantia, sublevamen amici est finis.

Objectum ratione moralitatis potest esse in se bonum, malum, vel indifferens, prout ordinem convenientiae vel disconvenientiae, vel nullum ordinem, cum regula morum importat.

Objectum influit in moralitatem actus, non prout *materialiter* seu *objective* bonus est vel malus, sed prout *formaliter* et *subjective* ut talis a conscientia percipitur.

Quaestio proponitur non de ipso influxu objecti in moralitatem actionis, sed de specie moralitatis quae ex objecto in actum derivatur.

THESIS.—ACTUS HUMANI PRIMA BONITAS VEL MALITIA EST EX OBJECTO.

Dicitur *prima* bonitas vel malitia, scilicet, *essentialis* seu *specifica*. Etenim essentia est id quod primo in re concipitur, id quo res est id quod est.

Demonstratio : 1° Omnis motus speciem habet a suo termino. Atqui actus moralis est motus voluntatis ad objectum tanquam ad suum terminum. Ergo prima bonitas actus moralis attenditur ex objecto convenienti ». [1]

2° Essentia est id quod primo in re concipitur et sine quo res esse non potest. Atqui id quod primo concipitur

---

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.* I-II, q. 18, a. 2.

in actione morali, et sine quo actio esse non potest, est objectum circa quod versatur. Ergo actio moralitatem specificam et essentialem habet ab objecto.

« Hinc, in actionibus humanis, ante omnia attendendum est ad objectum, circa quod sunt, sicut circa proprium terminum. » Si objectum sit bonum, actio erit specifice bona, si objectum sit malum, actio erit specifice mala. Sed si objectum sit indifferens, actio ab ipso moralitatem habere non potest.

VI. Moralitas ex circumstantiis derivata.

Circumstantia est *accidens actum humanum in suo esse jam constitutum moraliter afficiens.*

Dicitur *accidens*, quia est aliquid praeter substantiam actus ;—*moraliter afficiens*, quia actum modificat in ordine ad regulas morum.

Circumstantiae sunt septem numero et sequenti versiculo exprimuntur :

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Quis fecit (persona), *quid* fecit (objecti quantitas et qualitas), *ubi* fecit, (locus), *quibus auxiliis* fecit (instrumenta), *cur* fecerit, (finis), *quomodo* fecit (modus agendi), *quando* (tempus).

Circumstantiae in ordine ad moralitatem, dividuntur in *mutantes speciem*, in *aggravantes speciem*, et in *minuentes speciem* moralitatis.

Circumstantia mutans est illa quae objecto, in ordine morali, novam moralitatis speciem tribuit ; v. g., ablatio rei sacrae habet malitiam furti, ex objecto, et sacrilegii, ex circumstantia qualitatis objecti. In hoc casu circumstantia habet de se specialem moralitatem et dicitur in objectum transire. In exemplo allato res, ut aliena, est objectum furti ut sacra est objectum sacrilegii.

Circumstantia aggravans est illa quae adauget bonitatem vel malitiam actus in eadem specie, v. g., ablatio rei majoris pretii; circumstantia quantitatis, seu valoris objecti, adauget malitiam furti in eadem specie injustitiae.

Circumstantia minuens est illa quae bonitatem vel malitiam actus in eadem specie minuit; v. g. ablatio rei minoris pretii.

THESIS.—ACTIO HUMANA EST BONA VEL MALA EX CIRCUMSTANTIIS.

1° Idem proportionaliter dicendum est de accidentibus in ordine morali, ac in ordine physico. Atqui in ordine physico, accidentia perfectionem vel detrimentum realiter important in subjectis quibus inhaerent. Ergo in ordine morali, accidentia quae actus circumstant aliquam perfectionem seu bónitatem, aliquod detrimentum seu malitiam, ipsis actibus moralibus inferunt.

2° Omnia elementa actuum humanorum quae aliquam relationem dicunt ad regulas morum, ipsis actibus humanis aliquam moralitatem tribuunt. Atqui circumstantiae sunt hujusmodi, cum possunt esse his regulis conformes vel difformes. Ergo actio humana est bona vel mala ex circumstantiis.

VII. Moralitas ex fine desumpta.—*Finis*, in genere, est id cujus gratia aliquid fit.

Finis autem est duplex: *finis operis* qui dicitur intrinsecus, et *finis operantis* qui dicitur extrinsecus.

Finis operis est illud ad quod opus ex natura sua ordinatur, v. g., eleemosyna ad sublevamen pauperis. Ille finis intrinsecus coincidit cum objecto, et actionibus moralibus moralitatem specificam confert. Hinc de fine operis in praesenti non fit sermo.

Finis operantis est id quod agens pro lubitu agendo intendit, v. g., dare eleemosynam ad vanam gloriam. De illo fine hic proprie agitur. Finis operantis est bonus vel malus; non datur indifferens. Finis enim habet rationem alicujus boni, quod agens necessario prosequitur secundum rectam rationem, vel non.

Finis operantis dupliciter sumitur: uno modo respectu actus eliciti voluntatis, et sub hac consideratione non est circumstantia, sed objectum actus interioris voluntatis, bonum nempe ad quod iste actus directe tendit, ideoque principium specificans talem actum. « Finis proprie est objectum interioris actus voluntarii : id autem circa quod est actus exterior, est objectum ejus: sicut igitur actus exterior accipit speciem ab objecto, circa quod est, ita actus interior voluntatis accipit speciem a fine, sicut a proprio objecto. »(1) Alio modo respectu actus imperati voluntatis, scilicet, procedentis ab alia facultate sub imperio voluntatis, v. g., vana gloria respectu elargitionis eleemosynae; hoc modo acceptus finis operantis est cicumstantia, et ut talis sumitur in praesenti quaestione.

THESIS.—Circumstantia finis influit in actionis moralitatem causaliter.

1° Circumstantiam finis in moralitatem actionis influere, probatum habetur ex his quae dicta sunt in praecedenti conclusione. Ex eo enim quod finis rationem convenientiae vel disconvenientiae dicit cum regula morum, jam actioni aliquam moralitatem tribuit.

2° Finem operantis *causaliter* influere in actionis moralitatem sic demonstratur.—Illud quod movet voluntatem ad

(1) S. Thomas. *Sum. theol.*, I-II, q. 18, a. 6.

agendum, et quo sublato actio humana non poneretur, causaliter influit in actionis moralitatem. Atqui finis operantis movet voluntatem ad agendum, et ipso sublato actio voluntatis non poneretur, nam subtracto fine, subtrahuntur media. Ergo finis operantis rationem causalitatis habet, et ideo causaliter in actionis moralitatem influit.

VII. Corollaria.— 1° In actione humana quadruplex invenitur moralitas : moralitas objectiva, moralitas subjectiva « secundum speciem quae accepitur secundum objectum conveniens ; secundum circumstantias, quasi secundum accidentia quaedam ; secundum finem, quasi secundum habitudinem ad causam bonitatis ». [1]

2° Ut actio humana sit simpliciter bona, requiritur bonitas tum objecti, tum circumstantiarum, tum finis operantis. Unde axioma : Bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu.

3° Actio objective mala non potest fieri bona ex bonitate finis. Prima enim bonitas actionis humanae, scilicet, essentialis et immutabilis, est ab objecto circa quod versatur et in quod per se tendit. Bonitate igitur finis numquam poterit fieri licitum mendacium. Hinc non est absolute accipiendum axioma : Finis justificat media.

4° Finis graviter malus totam substantiam actus corrumpit, quaecumque sit bonitas objecti vel circumstantiarum. Idem dicitur de fine leviter malo, si sit causa totalis actionis. Ratio est quia voluntas fit mala ex malitia finis. « Id autem, quod est ex parte voluntatis, se habet ut formale ad id quod est ex parte exterioris actus :—et ideo actus humani species formaliter consideretur secundum finem, materialiter autem secundum objectum exterioris actus ». [2] Ut habet

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 18, a. 1.
(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 18, a. 6.

S. Thomas, [1] in actu voluntario invenitur duplex actus : actus interior voluntatis, et actus exterior. Primus specificatur a fine operantis, secundus ab objecto circa quod versatur, ut posuimus. Si autem illi duo actus per modum unius considerantur per ordinem ad ipsum agens, actus internus sese habet ad secundum, scilicet externum, ut forma ad materiam. Unde actus humani species, ut dicit S. Thomas, formaliter consideratur secundum finem.

5° Si finis sit leviter malus, et ad actum sese habeat ut concomitans ipsum, non corrumpit bonitatem actus, sed leviter tantum ipsam minuit.

VIII. De extensione moralitatis, seu de actuum indifferentia.—Quaestio movetur inter moralistas, utrum omnes actus sint boni seu mali, vel utrum quidam sint moraliter indifferentes. Ad hujus quaestionis solutionem praenotare est :

1° Agitur de indifferentia in ordine ad moralitatem, utrum scilicet habeantur actus humani qui sint neque boni neque mali.

2° Quaestio proponitur de actibus humanis, scilicet, de actibus qui a deliberata voluntate procedunt, non autem de actibus indeliberatis.

3° Actus humanus potest considerari *in specie*, seu in *abstracto*, scilicet, spectato objecto, ejus abstractione facta a circumstantiis et a fine operantis, ut comedere, ambulare, legere ; vel *in individuo*, seu *in concreto*, scilicet, spectato objecto cum circumstantiis et fine operantis, ut comedere moderate ad melius laborandum. Actus humani in specie possunt esse indifferentes, non autem in individuo.

---

(1) *Sum. theol.*, I-II, q. 18, a. 6.

THESIS.—DANTUR ACTUS HUMANI MORALITER INDIFFERENTES SECUNDUM SPECIEM, AT NON IN INDIVIDUO CONSIDERATI.

Prima pars.—Actus humani moralitatem suam specificam habent ab objecto. Atqui quaedam sunt objecta quae de se nullam habent moralitatem. Ergo sunt actus humani moraliter objective indifferentes.

Ad minorem.—Moralitas objectis inest secundum convenientiam vel disconvenientiam ipsorum cum ordine naturali, seu natura rationali. Atqui quaedam sunt quae ex se ordini naturali seu naturae rationali neque conveniunt, neque repugnant. Ergo quaedam sunt objecta quae de se nullam habent moralitatem. « Contingit autem quod objectum actus non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis, sicut levare festucam de terra, ire ad campum, et hujusmodi, et tales actus secundum speciem suam sunt indifferentes.»[1]

Secunda pars.—Moralitas actibus humanis subjective et in individuo consideratis inest triplici ex fonte, scilicet ex objecto, ex circumstantiis et ex fine. Atqui licet indifferentia moralis inveniri possit in objecto et quibusdam circumstantiis, nunquam tamen in fine operantis habetur. Ergo omnis actus humanus, in individuo seu subjective consideratus, necessario aliquam bonitatem vel malitiam saltem ex fine habet.

Ad minorem.—Etenim, ut diximus loquendo de fine, finis operantis est bonus vel malus, non potest esse indifferens. Ratio est quia omnis finis habet rationem boni quod agens prosequitur secundum rectam rationem vel non : si primum, habet bonitatem moralem, si secundum, habet malitiam. Ergo.

---

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, I-II, q. 18. a. 8.

ARTICULUS IV

DE IMPUTABILITATE

I. **Imputabilitatis notio.** — Imputabilitas in genere, est actionis qualitas, vi cujus ipsa tribuitur tanquam causae subjecto a quo producitur.

Imputabilitas autem *moralis* est *actionis proprietas, vi cujus bonitas vel malitia ipsius agenti libero tanquam causae tribuitur.*

Imputabilitas igitur differt a moralitate : nam moralitas dicit relationem actionis ad regulas morum, imputabilitas vero importat relationem actionis ad ipsum agens a quo producitur. Imputabilitas tamen moralitatem consequitur. Etenim quod aliqua actio agenti imputetur *in laudem* vel *vituperium*, ratio habetur ex moralitate ipsius : quia scilicet actio est moralis, libere bona vel mala, moraliter imputatur in laudem vel vituperium.

Ab imputabilitate distinguitur *imputatio,* quae definitur judicium actuale, quo bonitas vel malitia actionis agenti tribuitur tanquam causae. Illud judicium si sit de actione bona, dicitur *approbatio,* si sit de mala, *reprobatio* ; si verbis manifestetur, dicitur *laus* vel *vituperatio* ; si actibus exterioribus, habetur *honor* vel *contemptus* ; si autem fiat publicum et aliquomodo commune, habetur *gloria* vel *infamia.*

Imputabilitas dicitur de actionibus, et habet ut correlativum, ex parte agentis, *responsabilitatem* quae est *relatio ligans agens liberum actibus qui ab ipso producuntur.*

II. Imputabilitas actus humani demonstratur.

THESIS.—Actiones humanae jure homini, cujus illae sunt, imputantur.

Imputabilitas moralis fundatur in dominio quod agenti libero in suos actus competit. Atqui homo verum dominium habet in actiones humanas quae ab ipso producuntur. Ergo actiones humanae jure homini cujus illae sunt imputantur.

Major ex ipsa notione imputabilitatis moralis deducitur. Etenim attribuimus quidem illis quae ex necessitate naturae agunt actus tanquam effectus suae causae, minime tamen eisdem *moraliter imputamus* illos actus in laudem vel vituperium, quia propter defectum libertatis non habent dominium in propriam operationem. Hinc ad rationem imputabilitatis requiritur et sufficit causa voluntaria et libera, quae dominium habeat propriarum actionum.

Ad minorem.—Illud agens proprium dominium habet in suos actus, quod ipsos producit propria virtute, cum potestate reali ab ipsis abstinendi. Atqui ita se habet homo in ordine ad actus humanos, qui a deliberata voluntate procedunt. Ergo homo dominium habet in suos actus, et jure merito, illi actus ipsi imputantur.

III. Corollaria.—1° Cum actio non sit imputabilis nisi sit voluntaria et libera, omne id quod minuit, tollit aut auget voluntarium et liberum, tollit, minuit vel auget imputabilitatem. Igitur ignorantia, habitus, concupiscentia, metus, violentia, eodem modo in imputabilitatem influunt, ac in voluntarium et liberum.

2° Imputabilia sunt non tantum ea quae sunt voluntaria *in se*, sed etiam quae sunt voluntaria *in causa*. Tria requiruntur ut effectus voluntarius in causa agenti imputari possit.

a) Requiritur ut effectus aliquo modo, saltem confuso, praevisus fuerit, sive ex actione in se volita natura sua sequatur, sive ex experientia secuturus cognoscatur. Etenim ad rationem voluntarii requiritur cognitio. Sic, non est imputabilis ebrietas ex moderato usu vini, cujus vis inebrians ignorabatur.

b) Requiritur ut effectus potuerit impediri, scilicet, ut sit in potestate agentis causam non ponere, vel positam tollere. Ubi adest necessitas, deest libertas et imputabilitas.

c) Requiritur ut effectus debuerit impediri. Qui enim utitur jure suo non videtur male agere. Nemo autem tenetur impedire pravum effectum qui actionem suam consequitur, si sequentes conditiones verificantur : 1° si causa sit in se honesta vel indifferens ; 2° si ex actione aeque immediate sequatur bonus effectus, aliter enim fieret malum ut eveniret bonum ; 3° si effectus malus non intenditur ; 4° si adsit causa proportionate gravis ipsum permittendi, accedente enim causa proportionate gravi, cessat lex.

3° Non tantum proprii actus, sed etiam alieni quandoque homini imputari possunt. Potest quidem homo cooperari actioni alterius physice, vel moraliter, positive vel negative et esse causa voluntaria actionis hujus. Ratione *solidaritatis* qua conjungitur homo aliis quibuscum unicam moralem personam constituit, potest etiam actio aliena homini imputari ; sed in hoc casu, nisi sit cooperatio voluntaria, ista actio non moraliter, sed ex jure civili, tantum imputatur.

ARTICULUS V

DE MERITO ET DEMERITO

I. Definitio meriti.—*Meritum* in genere est ordo ad retributionem secundum justitiam. Retributio autem secundum justitiam fit alicui ex eo quod agit in profectum vel nocumentum alterius. (1) Unde strictius :

Meritum est jus ad mercedem exurgens ex actione quae fit in commodum alterius acceptantis.

Demeritum est obligatio poenae subeundae, ratione actionis quae fit in detrimentum alterius.

II. Meriti divisio.—Meritum est duplex : meritum *de condigno* et meritum *de congruo.*

Meritum de condigno est jus ad mercedem fundatum in justitia, v. g., operarius dignus est mercede sua. Condignitas dicit aequam dignitatem inter duo ; unde meritum de condigno dicit aequam dignitatem operis et proemii.

Meritum de congruo est jus ad mercedem fundatum in decentia et aequitate.

III. Conditiones meriti.—Conditiones meriti sese tenent vel ex parte merentis, vel ex parte praemiantis.

---

(1) Cf. S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 21, a. 3.

Ex parte merentis, requiritur: 1° ut opus ejus sit moraliter *bonum*, actio mala enim non meretur, sed demeretur; 2° ut opus sit *liberum*, meritum enim est proprietas actus humani qui a libera voluntate procedit; 3° ut sit in commodum praemiantis, aliter non esset proemium ab ipso expectandum; 4° ut non sit jam ex aliquo titulo particulari justitiae debitum, v. g. qui aes alienum solvit, non ex hoc retributionem a creditore sibi vindicat.

Ex parte praemiantis, requiritur ut opus factum in commodum ipsius sit ab eo explicite, vel saltem implicite, acceptatum ad mercedem; operarius qui sine consensu domini in favorem ejus adlaboraret, non posset pretium laboris sibi vindicare.

Ex parte Dei praemiantis alia requiritur conditio ad rationem meriti, scilicet, promissio retributionis. Meritum enim importat in praemiante obligationem mercedis reddendae. Opera autem nostra non possunt gignere hanc obligationem in Deo, quia sunt Ipsi debita, titulo creationis et supremi dominii. Unde requiritur specialis ordinatio seu promissio Dei. Haec autem ordinatio seu promissio existit. Etenim Deus per ipsam naturae vocem beatitudinem homini promisit, sub conditione onerosa custodiendi ordinem naturalem.

VI. Actus humanus est meritorius.

THESIS I.—Actus humani habent rationem meriti vel demeriti apud alios homines, et apud societatem.

Prima pars.—Meritum et demeritum dicuntur in ordine ad retributionem secundum justitiam. Atqui retributio secundum justitiam fit alicui ex eo quod agit in profectum vel nocumentum alterius. Ergo actio habet rationem meriti vel demeriti secundum quod fit in commodum vel detrimentum alterius. Atqui actus humani fieri possunt in profectum

vel nocumentum aliorum hominum, ut facile constat. Ergo actus humani habent rationem meriti vel demeriti apud alios homines.

Secunda pars.—Meritum est exigentia retributionis quae actioni inest ob emolumentum vel detrimentum quod alteri confert. Atqui actus humani emolumentum vel detrimentum societati conferre possunt. Ergo actus humani habent rationem meriti vel demeriti apud societatem.

Ad minorem.—Etenim cum homo agit in bonum singularis personae, illud bonum redundat in bonum societatis cujus illa singularis persona est pars ; unde actio ipsius habet rationem meriti primario apud illam singularem personam, secundario apud societatem. Homo etiam agere potest directe in bonum societatis, et actio sua habet rationem meriti primario apud societatem, et secundario apud singula membra societatis, cum bonum totius in bonum partium eodem modo redundat.

THESIS II.—Homo mereri potest apud Deum.

1° Augere vel subtrahere alicui debitum honorem habet rationem meriti vel demeriti. Atqui homo actibus suis potest augere vel minuere honorem Deo debitum ; nam sunt actiones quae Deo afferunt dedecus vel gloriam extrinsecam : qui violat legem offendit Regem, qui autem observat legem, Regem honorat. Ergo homo potest mereri apud Deum.

2° Ad supremum gubernatorem communitatis pertinet retribuere unicuique, prout bene vel male se gerit erga communitatem. Atqui Deus est sapiens et supremus gubernator totius communitatis humanae. Ergo ad Deum pertinet retribuere hominibus secundum meritum et demeritum, in quantum scilicet homines actionibus suis honestis in bonum universi, actionibus inhonestis in detrimentum ipsius operantur. Ergo homo potest mereri apud Deum.

3° Sapientia et sanctitas Dei requirunt ut lex moralis sanctionem habeat. Atqui sanctio legis moralis supponit retributionem secundum meritum et demeritum, scilicet, constitutionem praemiorum et poenarum pro legem observantibus aut violantibus. Ergo homo mereri potest apud Deum.

« Meritum, ait Aquinas,[1] et merces ad idem referuntur. Id enim merces dicitur quod alicui recompensatur pro retributione operis vel laboris, quasi quoddam pretium ejus. Unde sicut reddere justum pretium pro re accepta ab aliquo est actus justitiae, ita etiam recompensare mercedem operis vel laboris est actus justitiae. »

V. **Difficultatum solutio.** — Homo mereri non potest apud Deum. Probo.

1° Meritum est jus ad mercedem fundatum in justitia. Atqui inter Deum et hominem non potest intercedere ratio justitiae. Ergo homo non potest mereri apud Deum.

Concedo majorem.

Dist. minorem : ratio justitiae commutativae, *concedo*, ratio justitiae distributivae, *nego.*

Deus enim, supremus dominus et princeps hominum, retribuere debet unicuique secundum merita et demerita ; in quo quidem ratio justitiae distributivae invenitur

2° Atqui nec ratio justitiae distributivae haberi potest inter Deum et hominem. Ergo.

Obligatio justitiae exurgit ex praestatione operis indebiti in obsequium praemiantis. Atqui homo nihil potest praestare Deo quod non sit ipsi debitum. Ergo nulla obligatio justitiae haberi potest in Deo respectu hominum.

Dist. maj., nisi intercesserit promissio praemiantis, *conc.* ; aliter *nego.*

Contrad. min., Deus non promisit proemium retribuendum secundum merita, *nego* ; haec promissio intercedit, *conc.*

---

(1) *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 1.

3° Atqui posita tali promissione, nulla vera ratio meriti exurgit. Ergo.

Meritum importat obligationem retributionis ex justitia. Atqui promissio parit obligationem ex fidelitate tantum. Ergo posita promissione divina non habetur vera ratio meriti.

Transeat major.

Dist. min. Simplex promissio, *conc.* ; promissio cum onere alicujus operis praestandi, *nego.*

Simplex promissio obligationem parit ex fidelitate ; sed quando retributio promittitur sub conditione alicujus operis praestandi, opere posito, retributio ex justitia debetur. Jamvero, Deus beatitudinem promisit sub onere custodiendi ordinem naturalem. Ergo onere impleto, praemium beatitudinis ex justitia debetur.

4° Atqui repugnat Deum habere obligationem justitiae erga creaturas. Ergo.

Deus non potest habere obligationem justitiae erga creaturas quin sit ipsarum debitor. Atqui Deus nemini [illegible] debitor. Ergo Deus non potest habere obligationem justitiae erga creat

Dist. maj. absolute, *nego* ; consequenter, ex praeordinatione ipsius, *conc.*

Contrad. min. : absolute, *conc.*, consequenter, *nego.*

Actio humana non habet rationem meriti apud Deum, nisi praesupposita ordinatione divina, ideo Deus non nobis, sed *sibi ipsi debitor* invenitur, in quantum debitum est ut adimpleatur ordinatio divina.

ARTICULUS II

DE VIRTUTIBUS ET VITIIS

I. Virtutis et vitii notio. — *Virtus* definitur a S. Augustino,[1] « *bona qualitas mentis, qua recte vivitur, et nullus male utitur* ».

Dicitur 1° *bona qualitas*, scilicet, habitus operativus bonus, inclinans facultatem in bonum.

Dicitur 2° *bona qualitas mentis*, quia virtutes ut subjectum habent potentias rationales in se, vel quae natae sunt ipsi rationi subjici.

Dicitur 3° *qua recte vivitur*, quibus verbis virtus distinguitur a vitio quod sese habet ad malum.

Dicitur 4° *et nullus male utitur*, quia virtus est ad bonum tantum, nec potest de se inclinare potentiam ad malum. Proprium est enim virtutis facere operationem bonam ; si operatio sit bona simpliciter in ordine morali, nempe ducens hominem ad finem suum ultimum, virtus dicitur virtus simpliciter ; si operatio sit bona secundum quid tantum, scilicet, respectu potentiae quae est virtutis subjectum, virtus dicitur virtus secundum quid.

Vitium est *habitus operativus malus quo male vivitur, et quo nemo bene utitur.*

---

(1) *De lib. Arb.*, l. 2, c. 19, n. 50.

II. Virtutis et vitii origo, subjectum et effectus.—Virtus et vitium sunt habitus operativi; ideo producuntur ex repetitione actuum sicut habitus, et in potentiis rationalibus subjiciuntur. Effectus virtutis et vitii sunt facilitas et promptitudo, uniformitas et delectatio, sicut dictum est de habitibus.[1]

Cum homo tenetur agere secundum legem, et bona operari quibus mediantibus ad finem suum ultimum attingit, facile apparet quanti momenti sunt virtutes quae omnes facultates inclinant ad bonum, ita ut operatio honesta promptius, uniformius et delectabilius habeatur.

III. Virtutis species.—Virtus est *naturalis* vel *supernaturalis* prout repetitione actum naturaliter acquiritur, vel a Deo praeter exigentias naturae nostrae in anima infunditur. Theologi de virtutibus supernaturalibus occupantur, philosophi agunt de virtutibus naturalibus tantum.

1° Virtutes naturales dividuntur in *intellectuales* et *morales.*

Virtus intellectualis est illa quae perficit intellectum, in apprehensione veri, v. g. sapientia.

Virtus moralis illa est quae perficit appetitum in prosecutione boni ; v. g. *justitia.*

2° Virtutes intellectuales aliae dicuntur *speculativae,* quae intellectum speculativum perficiunt ad cognoscendum *quid sit verum,* ut *intellectus, sapientia* et *scientia* ; aliae *practicae,* quae perficiunt intellectum practicum ad cognoscendum *quid sit faciendum,* ut *ars* et *prudentia.*

Intellectus est habitus perficiens intellectum *in primis principiis* percipiendis ; dicitur *habitus principiorum.*

Sapientia est habitus perficiens intellectum per ordinem ad considerationem veri in suis *altissimis causis.*

---

(1) Cf. p. 91.

Scientia est habitus perficiens intellectum ad logice deducendas conclusiones ex suis principiis, dicitur *habitus conclusionum.*

Ars est « *recta ratio factibilium* », est igitur habitus per ficiens intellectum per ordinem ad operationes transeuntes in materiam exteriorem, scilicet, in operibus manualibus exequendis. (1)

Prudentia, ratione subjecti est virtus *intellectualis,* sed ratione objecti est virtus *moralis,* cum versatur circa mores quos omnes dirigit.

3° Virtutes morales aliae sunt *principales* seu *cardinales.* aliae *secundariae* seu *adjunctae.*

Virtutes cardinales, quae a *cardine* dicuntur, sunt illae quibus totus ordo moralis regitur; sunt veluti *cardines* in quibus firmantur aliae virtutes quae propterea dicuntur *adjunctae.*

Virtutes cardinales sunt quatuor numero: *p.udentia, justitia, fortitudo et temperantia.*

Facultates rationales tantum natae sunt virtutibus perfici, quia istae facultates tantum possunt bene vel male sese habere secundum bonum .virtutis: operationes enim ipsarum non diriguntur legibus physicis, sed lege morali quae libertatem agendi vel non agendi praesupponit. Facultas autem dicitur rationalis vel *per essentiam* et ex natura sua, ut intellectus et voluntas, vel *per participationem,* quia directioni rationis et voluntatis imperio subduntur, ut sunt appetitus irascibilis et appetitus concupiscibilis. Quatuor igitur sunt subjecta virtutum, et quatuor virtutes principales: *prudentia* quae perficit intellectum, *justitia* quae perficit voluntatem, *fortitudo* quae perficit appetitum irascibilem, et *temperantia* quae perficit appetitum concupiscibilem. (2)

---

(1) Cf. *Ontologia,* pp. 339, 340.
(2) Cf. S. Thomas, *Sum theol.,* I-II, q. 61, a. 2.

a) **Prudentia et partes ejus.**—*Prudentia* definitur *recta ratio agibilium*[1], seu explicitius, *habitus operativus bonus perficiens intellectum practicum ad dijudicandum quid sit hic et nunc faciendum ut bonum, vel omittendum ut malum.* Prudentia dirigit omnes operationes morales, ideoque dicitur *oculus vitae* et *auriga virtutum.* Prudentiae autem tres sunt actus : *consiliari*, scilicet, quaerere et invenire media apta ad finem intentum : *judicare de inventis*, eligando ea quae sunt aptiora ad finem ; *praecipere*, praecipuus prudentiae actus, seu executioni mandare media ad finem electa.

« Prudentia est *recta ratio agibilium* ; unde oportet, quod ille sit praecipuus actus prudentiae, qui est praecipuus actus rationis agibilium, cujus quidem sunt tres actus : quorum primus est *consiliari*, quod pertinet ad inventionem : nam consiliari est quaerere ; secundus actus est *judicare de inventis*, et hoc facit speculativa ratio ; sed practica ratio, quae ordinatur ad opus, procedit ulterius. Et est tertius actus ejus *praecipere* ; qui quidem actus consistit in applicatione consiliatorum et judicatorum ad operandum ». [2]

In virtutibus cardinalibus distinguuntur partes *integrales*, *subjectivae* et *potentiales*.

Partes *integrales* sunt quaedam conditiones seu dispositiones quae, etsi virtutem essentialiter non constituant, ad ejus tamen perfectionem requiruntur.

Partes *subjectivae* sunt illae virtutes, quae virtuti subjiciuntur cardinali, tanquam totidem species in quas dividitur.

Partes *potentiales* sunt « virtutes adjunctae quae ordinantur ad aliquos secundarios actus, vel materias, quasi non habentes totam potentiam principalis virtutis ». [3]

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 47, a. 2.
(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 47, a 8.
(3) S. Thomas, *ibid.*, q. 48, a. unicus.

Partes integrales prudentiae octo numerantur a Sancto Thoma [1] : *memoria*, *intellectus*, *ratio*, *docilitas*, *solertia*, *providentia*, *circumspectio* et *cautio*. [2]

Ad prudentiam enim requiruntur: *memoria* praeteritorum, *intellectus* praesentium, *providentia* futurorum, *docilitas* ad consilia recipienda, *ratio* ad judicia practica ex

---

(1) *Ibidem*.

(2) « La prudence a pour parties intégrantes, la mémoire, l'intelligence, la docilité, la subtilité (le tact), la raison, la prévoyance, la circonspection et la précaution.

« La *mémoire* est requise pour être prudent, parce que, pour être parfaitement prudent, il faut avoir de l'expérience, et l'expérience qu'est-elle, sinon le souvenir du passé ? *L'intelligence* est la connaissance des choses présentes, soit des maximes universelles, soit des affaires particulières, dont s'occupe la prudence. Pour être prudent en effet, il est nécessaire de bien connaître où en est actuellement l'affaire dont il s'agit, et aussi de ne pas ignorer certains principes ou maximes qui servent de règles dans beaucoup de cas pratiques. A la prudence est encore nécessaire la *docilité*, car nul homme n'est capable de connaître tout par lui-même ; il a besoin de l'enseignement d'autrui sur beaucoup de points. Voilà pourquoi il ne doit pas manquer de docilité, qui n'est autre chose qu'une certaine capacité de recevoir les conseils et les instructions des autres,

La subtilité (le tact) n'est pas moins utile à la prudence. La subtilité est en effet la facilité à découvrir promptement un certain nombre de moyens et d'expédients, que la prudence doit examiner et dont elle doit choisir le meilleur. Or, comme il arrive souvent qu'on est obligé de se déterminer sur le champ, et qu'on ne peut pas remettre à plus tard de prendre une décision, il est bien difficile d'être prudent à un homme qui manque de cette promptitude à découvrir un certain nombre de moyens.

La *raison* nous fait conclure une chose d'une autre. Pour agir avec prudence, il est nécessaire de conjecturer d'une chose d'après une autre, car on n'a pas toujours des preuves évidentes des faits qui peuvent servir dans la décision d'une affaire. Quant à la *prévoyance*, c'est un acte de l'intelligence disposant certains moyens en vue d'une fin. La *circonspection* est une vue exacte de toutes les circonstances d'une affaire, telles que les personnes qui interviennent, leur tempérament, leur qualité, leur condition, telles que les effets qui peuvent en résulter et enfin, le temps et le lieu où elle s'accomplit ; car si on ne prend pas garde à tout cela, on est sujet à commettre quelque faute. En dernier lieu, comme les entreprises sont souvent traversées et que mille difficultés viennent souvent en arrêter le cours, la vraie prudence doit être accompagnée de *précaution*, i. e, d'une certaine habileté de l'esprit pour parer aux inconvénients qui surviennent, et détourner les obstacles qui peuvent empêcher d'obtenir la fin qu'on s'est proposée ». Louis Bail, *Théologie affective*. Nouv. Edit. t. V, pp. 359, 360.

cognitis deducenda, *solertia* ad media prompte invenienda et determinanda, *circumspectio* ad negotii circumstantias attendendas, et *cautio* ad impedimenta vitanda.

Prudentiae species, (partes subjectivae), sunt prudentia *personalis* qua homo seipsum dirigit, et prudentia *socialis* qua homo aliquam communitatem regit. Prudentia socialis dicitur *politica*, *militaris* vel *economica* prout est regitiva civitatis, exercitus, vel familiae.

Virtutes adnexae (partes potentiales) sunt *eubulia*, habitus recte consultandi; *synesis* (*le bon sens*) habitus bene judicandi de agendis secundum legem communem; *gnome*, habitus bene judicandi de agendis secundum altiora principia, in casibus ubi lex communis deficit.

b) **Justitia et partes ejus.**—*Justitia* est *habitus secundum quem aliquis constanti et perpetua voluntate jus suum unicuique tribuit.*[1] Vox *perpetua* non ad actum voluntatis refertur quasi perpetuus esse deberet, sed ad objectum ejus, hoc sensu scilicet quod voluntas non vult ad tempus, sed perpetuo, unicuique reddere quod suum est.

Partes integrales justitiae duo complectuntur: reddere unicuique quod suum est, et vitare malum quod nocet alteri.

Partes *subjectivae*, seu justitiae species, sunt justitia *generalis* seu *legalis*, et justitia *particularis*, quae subdividitur in *commutativam* et *distributivam*.

Justitia generalis, seu *legalis*, est virtus quae inclinat privatum et principem ad praestanda ea omnia quae communitati debentur, in ordine ad bonum commune.

Justitia commutativa est virtus inclinans hominem privatum ad reddendum alteri privato jus suum strictum, servata absoluta aequalitate rei reddendae ad rem acceptam. Haec

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 58, a. 1.

est justitia stricte sumpta, aequalitatem arithmeticam, rei ad rem, importans.

Justitia distributiva est virtus inclinans principem ad ditribuendum onera et praemia, honores et obligationes, secundum proportionem meritorum et facultatum. Justitia distributiva non importat aequalitatem arithmeticam, sed proportionem geometricam.

Virtutes annexae (partes potentiales) sunt : *religio* erga Deum ; *pietas* erga parentes et patriam ; *observantia* erga superiores et personas in dignitate constitutas, ad quam refertur *obedientia* ; *veritas* seu *veracitas* inclinans ad verum dicendum, ad quam revocatur *fidelitas* seu fides in promissis ; *gratitudo* erga benefactores ; *vindicatio*, quae *justitia vindicativa* etiam dicitur, nempe virtus inclinans ad reum juxta leges puniendum, vel ad restitutionem ordinis laesi seu violati vindicandum ; *amicitia* qua amor pro amore redditur ; *liberalitas*, inclinans ad dispensandas divitias in usus bonos prout decet ; ad hanc virtutem reduci potest *misericordia* inclinans ad sublevandum miseriam aliorum ; tandem *aequitas* inclinans ad agendum secundum justitiam naturalem, juxta mentem quidem, sed contra verba legis positivae, quando altior ratio, i e., vel bonum commune, vel ratio virtutis id postulat. Nostris autem temporibus accipitur *aequitas* potius ut virtus inclinans ad quoddam temperamentum in usu juris adhibendum, juxta hanc S. Cypriani definitionem : *aequitas* est *justitia dulcore misericordiae temperata.* (1)

c) **Fortitudo et partes ejus.**— *Fortitudo* est *virtus inclinans ad graviora etiam mortis pericula aggredienda vel sustinenda ob legis custodiam.* Duplex est igitur actus fortitudinis, *aggredi*

(1) A. Vermeersch, *Questiones de Justitia*, Brugis 1901 pp. 610 et seq.

et *sustinere*, cum animi firmitate, medium scilicet servans inter audaciam et timorem.

Partes *integrales* fortitudinis sunt *magnanimitas* et *magnificientia*, quae ad *aggrediendu* ardua ordinentur; *patientia* et *perseverantia*, quae ad *sustinere* pertinent.

Magnanimitas (magna anima) est habitus inclinans ad magnos virtutum actus peragendos. Ad magnanimitatem refertur *fiducia* quae quoddam robur spei importat.

Magnificentia est virtus inclinans ad magna opera magnis sumptibus perficienda juxta rectae rationis praescriptum.

Patientia est virtus quae tristitiam ex malis praesentibus moderatur.

Perseverantia, cui affinis *constantia*, est virtus inclinans ad superandas difficultates quae ex diuturnitate ipsius operis exurgunt.

Fortitudo non habet partes subjectivas cum sit de materia speciali ; partes autem potentiales, seu virtutes adnexae sunt magnanimitas, magnificentia, patientia et perseverantia prout versantur circa materias secundarias et minus difficiles.

d) **Temperantia et partes ejus.**—*Temperantia est virtus quae moderatur appetitum concupiscibilem, maxime in delectationibus gustus et tactus, juxta rationis regulam.*

Partes *integrales* temperantiae sunt *verecundia* qua quis turpitudinem refugit, et *honestas* qua ad omnem decorem turpitudini oppositum quis inclinatur.

Partes *subjectivae*, seu species temperantiae, sunt *abstinentia* moderationem importans in usu cibi ; *sobrietas*, in usu potus ; *castitas*, in voluptate carnis ; *pudicitia*, in osculis, tactibus et amplexibus.

Virtutes *adnexae* (partes potentiales) sunt : *continentia*, quae firmat voluntatem contra passionum motus ne ipsis consensum praebeat ; *humilitas*, quae moderatur propriae

excellentiae appetitum ; *mansuetudo*, quae motus irae refraenat ; *clementia*, quae est poenarum mitigatrix intra limites rationis ; *modestia*, quae motus et gestus et vestitus corporis juxta praescriptum rationis moderatur ; *studiositas*, quae appetitum sciendi et studium secundum rectam rationem moderatur ; *eutrapelia*, quae moderationem servat in jocis et ludis.

IV. De proprietatibus virtutum.—Duplex datur virtutum proprietas : *mediocritas* et *connexio*.

Virtus dicitur in mediocritate, seu in *medio*, consistere, secundum quod inter excessum et defectum collocatur, sic liberalitas inter prodigalitatem et avaritiam. Unde axioma : *In medio stat virtus*. Duplex datur medium quod servant virtutes : *medium rei*, quod nempe ex natura rei determinatur, et *medium rationis*, quod a ratione determinatur secundum prudentem aestimationem, attentis circumstantiis loci, temporis et personarum. Justitia servat medium rei, aliae virtutes morales, medium rationis.

Virtutes non sunt inter se connexae, nisi sint perfectae. Virtutes dicuntur perfectae quando non sunt mere dispositiones transitoriae, sed firmitatem sibi vindicant et omnia habent quae ad suam integritatem pertinent. In statu imperfectionis. una virtus potest esse sine altera, sed in statu perfectionis, una virtus non est sine aliis. Ad perfectam virtutem enim requiritur perfecta prudentia. Jamvero perfecta prudentia supponit consortium omnium aliarum virtutum, quae requiruntur ad hoc ut homo secundum dictamen prudentiae operetur.

IV. Vitii species.—Vitia dividuntur :

1° *Ratione subjecti*, in *intellectualia* et *moralia*, prout sunt in intellectu vel in appetitu, tanquam in subjecto. Tamen sola vitia moralia simpliciter vitia dicuntur.

2° *Ratione oppositionis* ad virtutes, quatuor vitia quatuor virtutibus cardinalibus habentur opposita : *imprudentia, injustitia, ignavia, intemperantia.*

3° *Ratione* medii *virtutum*, quaedum vitia sese habent *per excessum*, quaedam *per defectum.*

4° *Ratione materiae*, seu objecti, vitia dividuntur in *capitalia* et *non capitalia.* Septem numerantur vitia capitalia : *superbia*, inordinatus appetitus propriae excellentiae ; *avaritia*, inordinatus appetitus divitiarum ; *luxuria*, inordinatus appetitus voluptatis carnalis ; *gula*, inordinatus appetitus cibi vel potus ; *invidia*, tristitia de bono aliorum ; *ira*, inordinatus appetitus vindictae ; *acedia* seu *pigritia*, tristitia de bono opere propter laborem adjunctum.

V. Virtutum et vitiorum schematica expositio.

VIRTUTES INTELLECTUALES

Speculativae	Intellectus
	Sapientia
	Scientia
Practicae	Ars
	Prudentia

VIRTUTES MORALES ET VITIA OPPOSITA

		Virtutes	Vitia opposita per defectum	Vitia opposita per excessum
		a) Prudentia	Imprudentia	Nimia sollicitudo,
Partes integrales		Memoria	Praecipitatio	Astutia, dolus, fraus
		Ratio	« «	Prudentia carnis
		Docilitas	Indocilitas	
		Intellectus	Inconsideratio	
		Solertia	Negligentia	
		Providentia	Improvidentia	
		Circumspectio	Incircumspectio	
		Cautio	Incautela	
Partes subjectivae	Personalis		Imprudentia personalis	
	Socialis	Politica	« « politica	
		Militaris	« « militaris	
		Economica	« « economica	

Partes potentiales	Eubulia	Praecipitatio	
	Synesis	Inconsideratio	
	Gnome	« «	
b) Justitia		Injustitia	
Partes integrales	Reddere cuique quod suum est		
	Vitare quod nocet alteri		
Partes subjectivae	Justitia legalis	Injustitia illegalis	
	« commutativa	Injustitia	
	« distributiva	Acceptio personarum	
Partes potentiales	Religio	Irreligiositas	Superstitio
	Pietas erga parentes	Impietas	Nepotismus
	« erga patriam	Incivismus	Chauvinismus
	Observantia	Irreverentia	Obsequiositas
	Obedientia	Inobedientia	Servilismus
	Veritas	Mendacium	Indiscretio
	Fidelitas	Infidelitas	Obstinatio
	Gratitudo	Ingratitudo	Indiscreta gratitudo
	Vindicatio	Inepta lenitas	Crudelitas
	Amicitia	Inimicitia	Adulatio
	Liberalitas	Avaritia	Prodigalitas
	Misericordia	Duritia	Mollities
	Æquitas	Severitas	
c) Fortitudo		Ignavia, timiditas	Temeritas, intimiditas
Partes integrales et potentiales	Magnanimitas	Pusillanimitas	Praesumptio
	Magnificentia	Parvificentia	Nimia sumptuositas
	Potentia	Impatientia	Insensibilitas
	Perseverantia seu Constantia	Inconstantia	Pertinacia
d) Temperantia		Intemperantia	Insensibilitas
Partes integrales	Verecundia		
	Honestas		
Partes subjectivae	Abstinentia	Crapula, gula	
	Sobrietas	Ebrietas	
	Castitas	Luxuria	
	Pudicitia	Impudicitia	
Partes potentiales	Continentia	Incontinentia	
	Mansuetudo	Iracundia	Mollitia
	Clementia	Nimia lenitas	Crudelitas
	Humilitas	Superbia	Nimia sui abjectio
	Studiositas	Negligentia, pigritia	Curiositas
	Modestia motus	Rusticitas	Affectatio
	« vestitus	Negligentia	Luxus
	« in ludis seu eutrapelia	Scurrilitas	Morositas

FINIS ETHICAE GENERALIS

PARS SECUNDA

ETHICA SPECIALIS

Prologus.—*Ethica specialis* principia generalia actuum humanorum ad varios hominis status in particulari applicat. Homo autem dupliciter considerari potest : ut singularis persona, et ut membrum alicujus societatis. Duplex ergo habetur pars ethicae specialis : moralis individualis, et moralis socialis.

I. Moralis individualis.
II. Moralis socialis.

LIBER PRIMUS

MORALIS INDIVIDUALIS

Prologus.—Moralis individualis in determinandis juribus et officiis hominis individui consistit. Porro homo individuus officiis adstringitur erga Deum, erga seipsum, erga alios homines. Ergo tria erunt capita hujus libri primi, quibus praemittitur aliud de jure et officio in genere.

I. De jure et officio in genere.
II. De officiis hominis erga Deum.
III. De officiis hominis erga seipsum.
IV. De officiis hominis erga alios homines.

CAPUT PRIMUM

DE JURE ET OFFICIIS IN GENERE

Prologus.—De jure et officio in genere tria sunt dicenda: 1° De jure,—2° De officio,—3° De jure et officio ad invicem comparatis.

DE JURE ET OFFICIO IN GENERE

- De jure
  - Juris definitio
    - Nominalis
    - Realis
  - Juris origo
  - Juris divisio
    - Ratione originis
      - naturale
      - positivum
        - divinum, ecclesiasticum, civile
    - Ratione materiae
      - jus jurisdictionis
      - jus proprietatis
        - jus ad rem
        - jus in re
    - Ratione virtutis ad quam refertur
      - jus perfectum
      - jus imperfectum
  - Juris proprietates
    - Coactio
    - Limitatio
    - Collisio
  - Juris subjectum. Solum ens rationale potest esse subjectum juris

- De officio
  - Officii definitio
  - Officii divisio
    - Ratione originis
      - Naturale
      - Positivum
    - Ratione materiae
      - Affirmativum
      - Negativum
    - Ratione virtutis ad quam refertur
      - Perfectum seu juridicum
      - Imperfectum seu morale
    - Ratione termini
      - Erga Deum
      - Erga seipsum
      - Erga alios
  - Officii gravitas
  - Exemptio ab officio
    - Nulla necessitas eximit ab officio negativo.
    - Necessitas extrema et gravis eximit ab officio naturali affirmativo, dummodo illa exemptio non involvat transgressionem praecepti negativi.
    - Necessitas extrema et gravis ab officio positivo eximit.
- De jure et officio ad invicem comparatis
  - Juris et officii correlatio
  - Juris et officii prioritas.

ARTICULUS PRIMUS

DE JURE

I **Juris definitio nominalis.**—*Jus* a *jubendo*, vel a *justo* dicitur, et significat vel *legem*, vel *justum*, seu id quod alteri debetur, vel *potestatem* ad rem habendam. Etenim jus dicitur pro lege seu codice legum, sic loquimur de jure civili, de jure ecclesiastico, etc. ; aliquando accipitur pro eo quod alteri debetur, sic reddere debemus unicuique *jus* suum ; tandem significat facultatem aliquid faciendi vel exigendi, ut quando dicitur de aliquo, quod jus habet loquendi, possidendi, etc.

II. **Juris definitio realis.**—Jus, *objective* consideratum, est *id quod est alteri debitum*. *Subjective* autem sumptum, est *facultas moralis ad aliquid faciendum, habendum, vel exigendum inviolabilis.*

a) Facultas moralis, scilicet, jus non est potestas physica in vi fundata, sed potestas moralis in ipsa justitia secundum regulas morum innixa. Unde jus haberi potest sine vi, et vis sine jure.—Cum jus dicitur *facultas moralis*, jam apparet subjectum ejus esse personam moralem, intellectu scilicet et voluntate praeditam, ideoque animalia bruta jura non habere.

b) Ad aliquid faciendum, habendum vel exigendum, quibus verbis apparet quodnam sit objectum juris, scilicet, operatio exercenda circa rem suam vel ab altero exigendam.

c) Inviolabilis, quia, jus ut correlativum habet officium, scilicet, obligationem in altero juris non violandi. Non est igitur accipienda theoria *factorum consummatorum*, vi cujus omnia facta vim juris habent. Vis enim non praestat juri.(1)

III. De origine juris.—Jus originem ducit a lege. Etenim jus est facultas aliquid faciendi vel exigendi, quae supponit in aliis obligationem non impediendi exercitium hujus facultatis. Atqui sola lex parere potest facultatem in uno et obligationem in aliis. Ergo jus oritur a lege sive positiva, sive naturali proindeque in lege aeterna fundatur. (2)

IV. Juris divisio.—1° *Ratione originis*, jus est *naturale* vel *positivum*. *Jus naturale* est *illud quod confertur a lege naturali*;—*jus positivum* est *illud quod confertur a lege positiva.*

Lex autem positiva est divina vel humana, haec quidem ecclesiastica vel civilis: hinc jus positivum est *divinum* vel *humanum*, humanum autem *ecclesiasticum* vel *civile*, prout confertur a lege divina vel humana, ecclesiastica vel civili. Jus conservandi propriam vitam est naturale; jus Ecclesiae docendi, ministrandi sacramenta, est divinum; jus cardinalium eligendi summum pontificem, est ecclesiasticum; jus suffragii civibus concessum, est civile.

Illa divisio juris in *naturale* et *positivum* eadem manet sive jus sumatur pro *lege*, pro *justo* vel pro *potestate*.

2° *Ratione materiae* circa quam versatur, jus dividitur in *jus jurisdictionis* et in *jus proprietatis*.

Jus jurisdictionis est *potestas legitima Superioris ferendi leges, gubernandi subditos.*

---

(1) «La justice sans force, et la force sans justice, mal affreux» (Joubert)

(2) «Les droits du peuple ne viennent pas de lui, mais de la justice. La justice vient de l'ordre, et l'ordre vient de Dieu.» (JOUBERT).

Jus proprietatis est *facultas disponendi de re aliqua in proprium commodum.*

Jus proprietatis est duplex : *jus in re* et *jus ad rem*.—*Jus in re* est illud quod exercetur circa rem suam, jam possessam. *Jus ad rem* est illud quod exercetur circa rem, ut fiat sua. Circa librum meum, jam possessum, habeo *jus in re*, circa librum emptum, non autem traditum, habeo *jus ad rem*.

3° *Ratione virtutis* ad quam refertur, jus dicitur *perfectum* seu *juridicum*, vel *imperfectum* seu *morale*.

Jus perfectum est illud quod ex justitia exigitur; v. g. jus conservandi bonam famam ;—*jus imperfectum* est illud quod ex debito alterius virtutis, praesertim ex caritate, exigitur : v. g. jus pauperis ad eleemosynam.

V. Juris proprietates.—Juris proprietates sunt *coactio*, *limitatio* et *collisio*.

Coactio est *potestas* qua pollet jus, *vi impediendi ne laedatur, et, si laesum injuste fuerit, exigendi ut reparetur.* Frustra enim jus habetur, si inviolabilitate non gaudet, si servari non possit.

Limitatio est *terminus extra quem exercitium juris progredi nequit, quin jus alterius laedatur.* Jus a lege oritur, a lege proinde determinatur et limitatur. Lex autem sicuti juris, ita et officii radix est et fundamentum. Jus igitur limitatur officio : jus habetur faciendi id ad quod omittendum lex seu officium non obligat. Officium autem datur: *neminem laedere.* Jus igitur uniuscujusque cessat ubi laeditur jus alterius.(1)

(1) « La loi impose le devoir et, par le devoir, le respect du droit d'autrui. Nous avons le devoir de respecter la légitime expansion de la liberté des autres, comme les autres ont le devoir de respecter la libre expansion de notre liberté. Dieu qui a tous les droits sur nous, nous trace les devoirs par l'observation desquels la liberté de chacun est renfermée dans la limite où elle ne nuit point à la liberté d'autrui, de telle façon que tous les intérêts trouvent satisfaction, et que l'harmonie règne dans la société. » Ch. Périn, *l'Ordre international.*

Collisio jurium est *apparens pugna duorum jurium, ita ut unum servari non possit quin alterum laedatur.* Dicitur *apparens,* quia realis pugna non datur, nam *ubi jus majus, minus cessat.* Jus autem illud praestantius est : 1° Quod ad ordinem universaliorem spectat; v. g., jus sociale praestat juribus individualibus : miles anteponit jus patriae, juri suo vitam conservandi. — 2° Quod circa graviorem materiam versatur. Gravior autem materia est illa quae bonum majus importat, vel cum majori bono connectitur, v. g., jus vitam servandi juri proprietatis praestat.—3° Quod titulo validiori nititur. Major enim tituli evidentia validius quoque jus efficit : v. g. duo homines periculo naufragii exponuntur, unum tantum succurrere possumus ; sed unus est pater meus, jus ipsius validius est.

VI. Subjectum juris.—Subjectum juris est ens rationale, scilicet persona, et solum ens rationale. Jus enim est facultas moralis quae libertatem ideo supponit. Ubi igitur non datur libertas, non possunt haberi jura. Facile demonstratur animalia bruta jura habere non posse.

THESIS.—CREATURAE IRRATIONALES NON POSSUNT ESSE JURIUM SUBJECTA.

1° Jus est facultas moralis. Atqui facultas moralis in creaturis irrationalibus, libertate minime ornatis, esse non potest. Ergo creaturae irrationales non possunt esse jurium subjecta.

2° Non potest habere jus qui non est capax injuriae patiendae. Atqui creatura rationalis non potest pati injuriam. Injuria enim est violatio juris alieni ipso invito. Jamvero creatura irrationalis, cum non possit cognoscere jus, non potest esse invita. Ergo.

3° Qui habet jus, habet etiam officia, jura enim dantur ut quis officiis suis satisfacere possit. Atqui creaturae

irrationales non possunt habere officia. Ergo neque jura. (1)

IV. Corollarium.—*Vivisectio* non est per se illicita. Animalia bruta enim sunt media quibus homo utitur, modo rationali, ad finem suum obtinendum. Quemadmodum autem ipsis utitur ad nutrimentum, ita ipsis uti potest ad scientiam acquirendam. Vivisectio autem utilis est ad scientiam biologicam comparandam. (2) Igitur vivisectio est licita in his adjunctis. Dicitur in *his adjunctis,* quia sine utilitate vel necessitate dolores infligere ipsis animalibus, non est agere modo rationali, et actio hujusmodi esset de crudelitate arguenda.

---

(1) Cf. Cathrein, *Phil mor.* q. 1, c. 8, a. 6.

(2) « La science de la vie ne peut se constituer que par des expériences. L'on ne peut sauver de la mort des êtres vivants qu'après en avoir sacrifié d'autres ; il faut faire des expériences sur des humains ou sur des animaux.... Donc s'il est immoral de faire sur un homme une expérience, dès qu'elle est dangereuse pour lui, quoique le résultat puisse être utile aux autres, il est essentiellement moral de faire sur un animal des expériences, quoique douloureuses pour lui, dès qu'elles peuvent être utiles pour l'homme. » Claude Bernard.

ARTICULUS SECUNDUS

DE OFFICIO.

I. Officii definitio.—*Officium est obligatio moralis, qua adstringitur voluntas ad aliquid faciendum vel omittendum.*

a) Obligatio moralis, vinculum scilicet morale, non autem physicum. Subjectum igitur officii est persona libertate praedita.

b) Qua adstringitur voluntas, illud enim vinculum voluntatem ligat, ita ut voluntas nequeat secundum ordinem rationalem agere, nisi ista obligatio adimpleatur. Cum autem voluntatem ligare ad superiorem pertinet, lege praecipiente vel prohibente, officium a lege oritur sicuti et jus.

c) Ad aliquid faciendum vel omittendum, objectum enim officii est positio actus vel omissio, prout a lege fertur. Id quod est faciendum vel omittendum dicitur *officium objectivum* seu *in concreto* consideratum; ipsa moralis obligatio aliquid faciendi vel omittendi, *officium subjectivum* seu *in abstracto* spectatum,

II. Officii divisio. — 1° *Ratione originis,* officium est *naturale* vel *positivum.*

Officium naturale est *illud quod a lege naturali imponitur,* v. g. officium colendi Deum, honorandi parentes ;—*officium positivum* est *illud quod a lege positiva procedit,* v. g. officium jejunandi.

2° *Ratione materiae*, officium est *affirmativum* vel *negativum*.

Officium affirmativum est obligatio moralis aliquid faciendi ; *negativum*, obligatio moralis aliquid omittendi. Officium affirmativum est benefaciendi alteri, negativum, neminem laedendi.

3° *Ratione virtutis* ad quam refertur, officium est *perfectum* seu juridicum, vel *imperfectum* seu pure morale.

Officium perfectum est illud quod importat debitum ex justitia, seu *juri perfecto correspondet*, v. g. obligatio restituendi depositum.—*Officium imperfectum est illud quod importat debitum non ex justitia, sed ex charitate vel alia virtute*, seu *juri imperfecto correspondet*, v. g. officium eleemosynam largiendi.

4° *Ratione termini*, officium datur erga Deum, erga seipsum vel erga alios homines.

III. Officiorum gravitas.—Sicut jus juri praestat, ita officium potest esse officio gravius. Illud officium gravius est *quod ab altiori potestate oritur* ; v. g., officia a Deo imposita praestant officiis ab hominibus impositis ; vel *quod circa graviorem materiam versatur* ; v. g. officia erga animam graviora sunt officiis circa corpus ; vel *quod ex validiori titulo exurgit* ; v. g. officia erga parentes officiis erga alios praestant. Eo gravius scilicet est officium, quo praestantius est jus cui correspondet.

IV. Exemptio ab officio.—Officium a lege oritur ; sed, ut dicit effatum, *necessitas non habet legem*. Quaeritur ergo utrum necessitas ab officio eximat.—*Necessitas* habetur, cum independenter a voluntate, imminet malum quod quis effugere non potest, nisi officii violatione. Hoc autem malum potest esse *extremum*, ut mors, vel aliud malum morte non inferius reputatum ; *grave*, ut notabilis sanitatis, famae, vel rei familiaris jactura ; *commune*, ut sunt alia mala minoris

momenti. Secundum quod imminet malum extremum, grave vel commune, habetur *necessitas extrema, gravis, communis.*

Necessitas communis nunquam ab officio hominem eximit; aliter enim nulla esset officii obligatio.

Quoad *necessitatem extremam* et *gravem*, haec sunt proponenda :

1º *Nulla necessitas eximit ab officio negativo naturali.*— Officia negativa naturalia a praeceptis negativis legis naturalis imponuntur. Atqui *praecepta negativa legis naturalis obligant semper* et *pro semper*. Ergo nulla necessitas etiam extrema ab officio naturali negativo eximit.

Ad minorem.—Praecepta negativa, legis naturalis prohibent quae sunt intrinsece mala, scilicet, quae mala sunt ex objecto et ex essentiali ordine ad finem, ut furtum, blasphemia. Atqui quae sunt essentialiter mala nunquam possunt fieri bona nec licita. Ergo praecepta negativa legis naturalis *semper* obligant et *pro semper*, scilicet, in omni loco, tempore, et circumstantia, ideoque officium ex ipsis procedens, etiam, vitae jactura cum est implendum.

2º *Necessitas extrema vel gravis eximit ab officio naturali affirmativo, dummodo illa exemptio non involvat transgressionem praecepti negativi.—a)* Officia naturalia affirmativa a praeceptis positivis legis naturalis oriuntur. Atqui *praecepta positiva legis naturalis licet semper obligent, non tamen pro semper obligant.* Ergo.

~~*Ad minorem.*~~—~~Etenim~~ praecepta positiva legis naturalis sunt de actibus virtutum quae sunt media ad finem. Atqui ratio finis non exigit essentialiter, ut praecise in hac vel illa circumstantia ponatur actus virtutis praescriptus a praecepto positivo, et ad aliud tempus non differatur. Ergo quoties malum extremum vel grave imminet, ratio dictat posse hominem desistere ab actu virtutis, et ad aliud tempus illum differre.

b) Additur *dummodo illa exemptio transgressionem praecepti negativi non involvat.* Praeceptum enim negativum semper et pro semper obligat. Ubi igitur omissio officii redundaret in injuriam Dei, in ruinam spiritualem proximi, in contemptum religionis, nullomodo potest fieri licita.

3° *Necessitas extrema et gravis a fortiori eximit ab officio positivo*, scilicet, a lege positiva imposito, dummodo etiam talis exemptio transgressionem praecepti negativi legis naturalis non importet. Lex enim positiva tanto incommodo non obligat.

ARTICULUS TERTIUS

DE JURE ET OFFICIO AD INVICEM COMPARATIS

I. **Juris et officii correlatio.**—Jus et officium sunt correlativa. Non datur jus sine officio : ubi enim datur in uno facultas moralis aliquid faciendi vel exigendi, datur in altero obligatio moralis non impediendi actionem ejus, vel praestandi id quod exigitur. Nec datur officium sine jure, quia alicui obligatio non imponitur, nisi sit aliquis qui habeat jus ipsum imponendi. Juri igitur officium correspondet et vice-versa: juri perfecto, officium perfectum, juri imperfecto, officium imperfectum.

II. Juris et officii prioritas.—Prout diversimode considerantur, jus prius est officio, et officium prius jure ; unde:

1° *Ontologice et absolute loquendo, jus prius est quam officium.* Etenim officium est obligatio moralis omittendi vel ponendi aliquam actionem. Atqui nulla obligatio moralis existere potest, nisi sit aliqua voluntas superior quae jus habeat aliam voluntatem ligandi ; sic quodlibet officium in homine a lege aeterna dimanat, scilicet, a Deo qui jus supremum in omnes creaturas possidet, et nullis officiis adstringitur. Ergo absolute loquendo et ontologice, jus prius est quam officium.

2° *In persona creata officium prius est quam jus.*—Homo, ut creatura, omnino a Deo dependet tum in suo esse, tum in suo agere, tum in suo fine. Ergo id quod prius concipitur in homine est illa dependentia a Deo, vi cujus, multis erga Deum adstringitur officiis. Positis autem officiis erga Deum, jam exurgit in homine jus ad ea omnia quae requiruntur ad adimpletionem illorum officiorum, scilicet, ad conservationem sui esse, ad exercitium propriae activitatis et ad consecutionem proprii finis. Ergo in persona creata prius est officium quam jus.

CAPUT SECUNDUM

DE OFFICIIS HOMINIS ERGA DEUM

Prologus.—Nulla sunt, nec dari possunt, jura hominis erga Deum; unde, quaestio proponitur tantum de officiis. Lato sensu omnia hominis officia, cum a Deo imponuntur, et ad Deum finem ultimum ducunt, possunt dici aliquo modo officia erga Deum; sed hic agitur de officiis quibus homo directe ad Deum ordinatur, et quorum objectum Deus est, ideoque stricto sensu ad exclusionem aliorum, officia erga Deum dicuntur. Illa officia sub nomine religionis comprehenduntur. Porro religio in se considerari potest, vel in cultu interno et externo quo manifestatur. Hujus capitis secundi duo igitur erunt articuli: 1° De religione in se; 2° De cultu interno et externo.

DE OFFICIIS HOMINIS ERGA DEUM

- De religione in se
  - Religionis definitio
  - Religionis divisio
    - Religio naturalis
    - Religio supernaturalis seu revelata
  - Religionis obligatio:
    - Thesis.—Homo tenetur officio religionis erga Deum.
  - Religionis officia sunt principalissima.
  - Corollaria.

De cultu interno et externo

- Cultus notio
- Cultus species
  - Internus
  - Externus
    - Privatus
    - Socialis
- De obligatione cultus :
  - Thesis.—Cultus Dei externus est necessarius
- Actus cultus
  - Interni
    - Devotio
    - Oratio
  - Externi
    - Adoratio
    - Sacrificium
- De officio cognoscendi Deum :
  - Thesis.—Ut homo recte sentiat de Deo necessaria est, necessitate morali, revelatio divina.
- De officio amandi Deum.
- Vitia religioni opposita
  - Superstitio
  - Irreligiositas
- De religione revelata :
  - Thesis I. Revelatio supernaturalis est possibilis.
  - Thesis II. Data suspicione de existentia religionis revelatae, homo eam inquirere tenetur, repertamque ex animo amplecti et profiteri.

ARTICULUS PRIMUS

DE RELIGIONE IN SE

I. **Religionis definitio nominalis.**—Secundum Tullium, *religio* est a *relegendo*, quia quae ad religionem pertinent sunt diligenter et frequenter revocanda et relegenda. *Religio* potest etiam esse a *religere*, quia religione Deum reeligimus, quem negligentes amiseramus. Tandem, secundum Lactantium, *religio* est a *religando*, quia, ut dicit Augustinus : «Religat nos religio uni omnipotenti Deo.» Sive autem religio dicatur a frequenti relectione, sive ex iterata electione ejus quod negligenter amissum est, sive dicatur a religatione, religio proprie importat ordinem hominis ad Deum, cui principaliter alligari debet, tanquam indeficienti principio et ultimo fini. [1]

II. **Religionis definitio realis.**—Religio accipitur, vel pro ipso cultu Deo exhibendo; vel pro *virtute morali*, quae definitur: *habitus animae quo inclinatur voluntas ad reddendum Deo cultum debitum* ; vel pro collectione veritatum quae relationes

---

(1) S. Thomas *Sum. theol.* II-II, q. 81, a. I.

hominis ad Deum enuntiant, et officiorum quae ex ipsis dimanant. Hoc sensu in praesentibus religio accipitur, ideoque definitur : *complexus veritatum et officiorum quibus ordo hominis ad Deum cognoscitur et servatur.*

III. Religionis divisio.—Religio est *naturalis* vel positiva seu *revelata.*

Religio naturalis est *collectio officiorum quibus homo, a lege naturali, erga Deum adstringitur.—Religio revelata* seu supernaturalis, seu positiva, est *collectio officiorum quibus homo, a lege positiva Dei, nempe a revelatione, erga Deum adstringitur.*

IV. Religionis obligatio.—Plures sunt homines, praesertim hodiernis temporibus, qui officium religionis rejiciunt et nullum esse cultum Deo reddendum docent. Contra ipsos demonstratur sequens conclusio :

THESIS.—Homo tenetur officio religionis erga Deum.

1° Excellentiae debetur honor, superiori et domino obedientia, bono supremo amor, benefactori gratitudo. Atqui Deus excellentia superans omnes creaturas, principium primum et ultimus finis hominis jure merito omnes illos titulos sibi vindicat. Ergo homo tenetur exhibere Deo honorem, obedientiam, amorem necnon et gratos animi sensus. Atqui his omnibus religionis officium constituitur. Ergo homo tenetur officio religionis erga Deum.

2° Illud officium haberi debet ut a natura inditum quod ubique, omni tempore, apud omnes populos adimpletur. Atqui testante historia, religio ubique, omni tempore, apud omnes populos erga divinitatem profitetur ; ut dicit Plutarchus, « urbem diis, templis carentem, nemo umquam vidit » et ipse Tullius : « ipsa natura docet Deum venerari ; nullus

est homo qui caret lege quae hoc praecipiat. » Ergo homo tenetur officio religionis erga Deum. [1]

V. **Officia religionis principalissima sunt.**—Officiorum dignitas et momentum determinatur secundum ordinem terminorum quos respiciunt. Atqui Deus, terminus officiorum religionis, superat excellentia et necessitate omnes alios officiorum terminos. Etenim Deus est primum et supremum ens infinite perfectum, et finis ultimus hominis. Ergo officia religionis sunt principalissima, et omnibus aliis officiis praestant dignitate et momento.

VI. **Corollaria.**—1° Religionis officia sunt Deo reddenda, non ad piae cuidam animi sensibilitati satisfaciendum, nec propter utilitatem quam homo ex ipsis reportare potest, sed propter debitum officii naturalis, in essentialibus hominis relationibus ad Deum absolute fundatum.

2° Religio naturalis est *una* et *eadem* quoad officia essentialia pro omnibus et singulis hominibus ; quia ejus fundamentum est idem apud omnes.

3° Rejiciendus est ergo *indifferentismus*, sive *practicus* qui tenet religionem esse rem indifferentem, sive *dogmaticus* qui docet cuilibet religionem quam voluerit profiteri posse.

4° Religio est fundamentum totius ordinis moralis. Deus enim est finis ultimus ejus ; « essentia divina *norma* ultima a qua habet suam cognoscibilitatem et necessitatem ; Dei voluntas est causa *obligationis* et *sanctionis* pro toto

---

(1) « L'incrédulité est un accident, la foi seule est l'état permanent de l'humanité. » (Alexis de Tocqueville).

« La religion c'est le cri de l'humanité en tout temps et en tout lieu. » (GUIZOT).

« Le fait de l'universalité de la religion est si constant, si manifeste, que les anthropologistes les plus éminents n'hésitent pas à donner ce qu'ils appellent la religiosité comme un des attributs du règne humain. » DE QUATREFARGES : *Introduction à l'étude des races humaines.*

ordine morali et fons omnium jurium, quo deficiente nulla obligatio vel sanctio sufficiens et nullum jus existeret.[1]

5° Absurda est igitur *moralis* quae dicitur *independens* et *laïca*, quae scilicet officium constituere satagat, abstractione facta a religione, et independenter ab ipsa.

ARTICULUS II

DE CULTU INTERNO ET EXTERNO

I. **Cultus notio et species.**—Nomine *cultus* intelligitur honor et obsequium alicui personae exhibitum. *Cultus divinus* est igitur : *collectio actuum quibus creatura rationalis obsequium et honorem debitum Deo exhibet.*

Actus illi sunt interni, ut oratio mentalis, meditatio, amor, alii externi ut adoratio et sacrificium ; unde duplex cultus species : *cultus internus*, collectio actuum intellectus et voluntatis quibus Deo exhibetur honor debitus ; *cultus externus*, collectio actuum externorum quibus cultus internus signis sensibilibus manifestatur.

Cultus externus alius est *privatus*, si ab individuo exhibetur ; alius *publicus* seu *socialis*, si nomine societatis Deo redditur cultus.

(1) Cathrein *Phil. mor. Ethica specialis*, l. 1, c. 1.

II. De obligatione cultus tum interni, tum externi.—Demonstrata existentia officii religionis erga Deum, jam sequitur cultum Dei internum esse necessarium, aliter enim homo nullo officio religionis adstringeretur erga Deum. Quidam tamen cultum Dei internum admittunt, denegando necessitatem cultus externi. (1) Sit igitur.

THESIS.—CULTUS DEI EXTERNUS EST NECESSARIUS.

1°. Homo tenetur exhibere Deo obsequium et honorem, quia Deus est auctor, conservator et dominus ejus. Atqui Deus est auctor, conservator et dominus non animae solius, sed et corporis hominis. Ergo homo debet exhibere Deo non tantum obsequium animae, sed ipsius corporis, scilicet, debet Deum colere actibus animae et corporis, ipsique reddere cultum tum internum, tum externum.

2° Eadem obligatione tenetur homo ad cultum internum et ad ea sine quibus ille cultus haberi non potest. Qui enim tenetur ad finem, tenetur etiam ad media sine quibus finis esse nequit. Atqui ad cultum internum necessarii sunt actus cultus externi. Ergo cultus Dei externus est necessarius.

(1) « Beaucoup d'esprits ne veulent pas admettre la nécessité d'un culte formel. Dieu n'en a pas besoin, dit-on. Il est vrai, mais la perfection de Dieu ne nous dispense pas de nos devoirs. Quand notre bienfaiteur est tellement au-dessus de nous que nous ne pouvons rien pour sa gloire ni pour son bonheur, nous n'en sommes pas moins tenus à exprimer notre reconnaissance. Dieu aime le monde, puisqu'il a voulu le faire ; et il aime les hommes d'un amour de prédilection, puisqu'ils les a créés intelligents et libres.... Affirmer qu'il est indifférent à notre culte et à notre amour, n'est-ce pas une témérité, quand nous savons qu'il se réjouit de nos vertus, et qu'il nous aime à proportion de nos mérites ? Dieu n'avait pas besoin non plus de créer le monde. C'est mal raisonner et mal faire que de chercher, dans la perfection de sa nature, un prétexte pour nos vices. Nous ne pouvons parler qu'en tremblant de la nature de Dieu, mais nous devons parler avec certitude des obligations de l'homme. » J, SIMON, *Religion naturelle.*

Ad minorem. Etenim non tantum connaturale est homini actus internos signis sensibilibus manifestare, cum omnis nostra cognitio intellectiva a sensu initium habeat, sed dicendum est materialia et sensibilia esse nobis media ad spiritualia. Unde recte scripsit Aquinas (1) : «Mens autem humana indiget ad hoc quod conjungatur Deo, sensibilium manuductione, quia invisibilia Dei, per ea qua facta sunt, intellecta conspiciuntur, ut apostolus dicit ad Romanos. Et ideo in divino cultu necesse est aliquibus uti, ut eis quasi signis quibusdam mens hominis excitetur ad spirituales actus, quibus conjungitur Deo. »

3° Confirmatur thesis, constanti et universali consuetudine omnium populorum, qui semper et ubique terrarum divinitati cultum externum exhibuerunt. Illud factum universale non explicatur nisi admittatur naturale officium, in lege naturali fundatum, cultus externi erga Deum.

III. Actus cultus interni et externi.—Praecipui actus cultus interni sunt *devotio* et *oratio* : cultus externi, *adoratio* et *sacrificium.*

Devotio, a *devovendo,* significat promptitudinem voluntatis in his quae spectant ad Dei cultum ; unde *devoti* dicuntur, qui se promptos habent in exhibendo omnes religionis actus erga Deum. Devotio vera et sincera dimanat ex cognitione et amore Dei, de quibus speciali modo dicemus in sequentibus paragraphis.

Oratio est mentis elevatio ad Deum, fine laudandi eum, ipsi gratias agendi, necnon et beneficia ab ipso obtinendi. Tria igitur in oratione inveniuntur : *accessio,* seu mentis elevatio ad Deum ; *petitio* beneficiorum Dei ; *gratiarum actio,* pro beneficiis acceptis. Oratio est *mentalis,* vel *vocalis,* prout in ipsa mente sine signis externis perficitur, vel verbis et

(1) *Sum. theol.*, II-II, q. 81, a. 7.

vocibus exprimitur. Prima est actus cultus interni, secunda actus cultus externi.

Increduli orationis necessitatem vel utilitatem denegant, dicendo ipsam esse inefficacem ad aliquid obtinendum, (1) quia Dei decreta sunt immutabilia. Contra quos autem notatur, cum S. Thoma, orationem non mutare decreta divinae providentiae, sed tantum implere quod Deus disposuit per orationes esse implendum. (2)

(1) « Lorsque dans un pays catholique la sécheresse menace de compromettre les produits des champs, les paysans attendent de leur curé une procession à travers la campagne pour implorer la pluie du ciel. En voyant une telle procession, on ne peut s'empêcher de crier sur ces paysans le : *O sancta ..mplicitas.* » FRIEDICH STRAUSS, *l'Ancienne et la nouvelle foi*, p. 37.

« Aucun acte d'humiliation individuel ou national ne peut, d'après les données de la science, faire tomber une ondée du ciel ou faire arriver vers nous un seul rayon de soleil, sans une perturbation tout aussi grave des lois naturelles que s'il s'agissait d'arrêter une éclipse, ou de faire remonter au fleuve Saint-Laurent les chutes du Niagara. » JOHN TYNDALL, *Dans les Montagnes*, c. V.

(2) « Une série de phénomènes peut être profondément altérée, sans qu'il soit nécessaire d'interrompre le cours des lois générales... Il y a deux choses distinctes dans tout problème de dynamique : les lois générales et l'état initial. En faisant varier celui-ci, on obtient par les mêmes lois et avec les mêmes forces des résultats très différents. Dieu a établi les lois générales qui sont fidèlement, continuellement suivies. Il a disposé en même temps, un état initial des atomes en vue des phénomènes intellectuels et moraux, auxquels ils doivent concourir dans la suite des temps. Ce qui a déterminé le choix providentiel entre les états initiaux, c'est la *prévision des actes libres.*

« Nous ne prions pas pour changer le plan divin, mais pour obtenir ce dont l'accomplissement a été dans ce plan subordonné à la prière. » (Saint Thomas). « Quand un fidèle adresse à Dieu une prière digne d'être exaucée, il ne faut pas s'imaginer que cette prière ne parvient qu'à présent à la connaissance de Dieu. Il l'a entendue de toute éternité, et il a arrangé exprès le monde, en faveur de cette prière ; en sorte que l'accomplissement fut une suite naturelle des événements. » (Euler).

« Cette prière adressée librement à Dieu, en telle année du dix-neuvième siècle, pour obtenir sa bénédiction sur les moissons ou la cessation d'un fléau, a été une des raisons qui ont fait disposer le premier état du monde, de manière à faire arriver à son heure le phénomène qu'elle sollicite. Elle produit ainsi son effet sans rien changer aux lois de la nature. Sans cette libre prière, un autre état initial aurait, de par les mêmes lois, amené des résultats tout autres. » DE SAINT-PROJET, *Apologie scientifique*, 2ème partie, ch. X, §. 3.—Cf. *Les Etudes religieuses*, 1870.

« Ideo oportet sic inducere orationis utilitatem, ut neque rebus humanis divinae providentiae subjectis necessitatem imponamus, neque etiam divinam dispositionem mutabilem aestimemus : ad hujus ergo evidentiam considerandum est, quod ex divina providentia non solum disponitur qui effectus fiant, sed etiam ex quibus causis, et quo ordine proveniant : inter alias autem causas sunt etiam quorumdam causae actus humani : unde oportet homines agere aliqua, non ut per suos actus divinam dispositionem immutent, sed ut per actus suos impleant quosdam effectus secundum ordinem a Deo dispositum : et idem etiam est in naturalibus causis : et simile est etiam de oratione : non enim propter hoc oramus, ut divinam dispositionem immutemus, sed ut id impetremus, quod Deus disposuit per orationes esse implendum ; ut scilicet homines postulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens ante saecula disposuit donare.» (1)

Cultus externus Deo exhibitus dicitur cultus *latriae* nomine proprio, propter excellentissimam ejus naturam. Proprii actus latriae sunt *adoratio* et *sacrificium.*

Adoratio est *actus honoris quo homo Deo manifestat sui subjectionem, in testimonium divinae excellentiae.* Signum sensibile adorationis est corporis prosternatio.

Sacrificium est actus externus, quo Deo offertur res sensibilis, cujus destructione reali seu equivalenti manifestatur supremum Dei dominium in creaturas, et suprema creaturae dependentia erga Deum.

IV. De officio cognoscendi Deum.—Officio naturali tenetur homo exhibere Deo cultum et honorem debitum. Jamvero non potest homo exhibere Deo talem cultum, nisi Deum cognoscat et recte de ipso sentiat. Ubi enim intercedit falsa cognitio de Deo et de excellentia ejus, non potest honor

(1) *Sum. theol.*, II-II, q. 83, a. 2.

debitus Ipsi exhiberi. Ergo primum et fundamentale officium hominis erga Deum, sistit in obligatione eum recte et sine errore cognoscendi.

Illa vero obligatio fit manifestior, si consederatur Deus non tantum ut excellentissimus dominus, sed etiam ut finis ultimus. Prima enim cujuslibet entis obligatio est attingere finem suum ultimum. Ergo cognitio Dei est primum et principalissimum officium hominis.

Attamen intellectus humanus infirmus est, et praesertim circa tam excellens objectum fallibilis ; unde necessitas speciale Dei auxilium admittendi. Sit igitur :

THESIS.— UT HOMO RECTE SENTIAT DE DEO NECESSARIA EST, NECESSITATE MORALI, REVELATIO DIVINA.

Status quaestionis. Revelatio divina est manifestatio veritatis a Deo homini facta. Haec revelatio dicitur necessaria, non *necessitate physica*, quasi intellectus humanus nullo modo virtute propria Deum cognoscere valeat, quod quidem est falsum, sed *necessitate morali*, quia scilicet, intellectus humanus, considerata conditione vitae humanae, maxima cum difficultate potest sese elevare sola virtute propria, ad rectam et certam Dei cognitionem. Ideo ut facilius, certius homo cognoscat de Deo quae necessaria sunt ad finem suum obtinendum, requiritur revelatio divina. Objectum igitur illius revelationis non sunt veritates supernaturales, sed veritates naturales quae absolute captum intellectus nostri non superant.

Demonstratio. [1] — Omnes homines ratione utentes debent recte et sine errore sentire de Deo. Atqui veritates

---

(1) Cf. S. THOMAS, *Sum. contra Gent.*, l. I, c. 4.

quae spectant ad Deum, scituque necessariae sunt, si solummodo rationi inquirendae relinquerentur, *nonnisi a paucis*, et *post longum tempus*, et *cum multorum errorum admixtione* cognoscerentur. Ergo ut homo recte et cum certitudine de Deo sentiat, necessaria est, necessitate morali, divina revelatio.

Probatur *minor per partes*. 1° *Paucis hominibus Dei cognitio inesset.* (1) Multi enim a tali inquisitione veritatis impediuntur *propter complexionis dispositionem*, ex qua multi naturaliter sunt indispositi ad sciendum, ideoque nullo studio ad hoc pertingere possunt, ut summum gradum humanae cognitionis attingant, qui in cognoscendo Deum consistit.

Multi vero impediuntur *necessitate rei familiaris*. Oportet enim esse inter homines, aliquos qui temporalibus administrandis insistant, qui tantum tempus in otio contemplativae inquisitionis expendere non possunt, ideoque ad

(1) Abandonner les vérités naturelles à l'inquisition solitaire de la raison, ce serait s'exposer à plusieurs inconvenients. Le premier, c'est que peu d'hommes arriveraient à la connaissance de Dieu, principe et sommet de toute vérité. Car la plupart ne peuvent recueillir le fruit de leurs laborieuses recherches, pour trois raisons. Les uns, en grand nombre, à cause de l'indisposition de leur complexion qui les rend inaptes à la science, d'où il advient que, par nulle étude, ils ne peuvent atteindre le point culminant des connaissances humaines qui n'est autre que la connaissance même de Dieu.

« Il y en a qui sont empêchés par les nécessités de la famille. Il faut bien que parmi les hommes, un certain nombre se consacre à l'administration des biens temporels ; à ceux-là il est impossible de donner assez de temps aux loisirs de la contemplation, pour qu'ils puissent s'élever au faîte des recherches humaines, c'est-à-dire, à la connaissance de Dieu.

« Il y en a qui sont empêchés par la paresse. Car pour arriver à la connaissance des choses dont la raison peut naturellement s'enquérir touchant Dieu, son premier principe, il faut déjà connaître beaucoup, puisque presque toutes les considérations philosophiques sont ordonnées à la connaissance de Dieu. Ce n'est donc qu'à force de travail et d'étude qu'on peut se rendre maître de la vérité ; et qu'il y en a peu qui veulent subir ce travail pour l'amour de la science dont Dieu a mis cependant l'appétit sacré au fond de toute âme humaine.» MONSABRÉ, *Introduction au dogme catholique*, t. I. conf. VI.

summum fastigium humanae inquisitionis, scilicet, ad Dei cognitionem pertingere nequeunt.

Multi autem impediuntur *pigritia*. Ad cognitionem enim eorum quae de Deo ratio investigare potest, multa praecognoscere oportet, quum fere totius philosophiae consideratio ad Dei cognitionem ordinetur ; ideo nonnisi cum magno labore studii ad praedictae veritatis inquisitionem perveniri potest, quem quidem laborem pauci subire volunt.

2° Illi qui ad praedictae veritatis cognitionem pervenirent, *post longum tempus* (1) ad ipsam pertingerent, tum propter hujus modi veritatis profunditatem, ad quam capiendam per viam rationis, nonnisi post longum exercitium intellectus humanus idoneus invenitur; tum etiam propter multa quae prius cognoscenda praeexiguntur ; tum propterea quod, tempore juventutis, cum diversis motibus passionum anima fluctuat, non est apta ad tam altae veritatis cognitionem. Remaneret igitur humanum genus, si sola rationis via ad Deum cognoscendum pateret, in maximis ignorantiae tenebris, cum Dei cognitio, quae homines maxime perfectos et bonos facit nonnisi quibusdam paucis, et his paucis etiam post temporis longitudinem proveniret.

---

(1) Le second inconvénient est que ceux qui parviendraient à découvrir la sublime vérité de Dieu y parviendaaient à peine après un long temps, soit à cause de la profondeur de cette vérité qui demande un long exercice de l'intelligence, si on veut l'atteindre par des voies rationnelles, soit à canse de ses nombreux préliminaires, soit parce que l'âme, encore jeune, flotte au gré de toutes les passions et ne saurait être sitôt apte à saisir une vérité si relevée, car ce n'est qu'en se reposant qu'elle devient prudente et savante. S'il n'y avait que la raison pour connaître Dieu, le genre humain croupirait dans les plus profondes ténèbres de l'ignorance ; car la connaissance de Dieu, qui rend les hommes bons et parfaits, serait le partage d'un petit nombre, et encore leur faudrait-il un long temps pour y parvenir. » MONSABRÉ, *Ibid.*

3° Investigationi rationis humanae *multa falsa admiscerentur* (1), propter debilitatem intellectus nostri in judicando, et phantasmatum permixtionem. Et ideo apud multos in dubitatione remanerent ea quae sunt verissime etiam demonstrata, dum vim demonstrationis ignorant, et praecipue cum videant a diversis, qui sapientes dicuntur, diversa doceri. Inter multa etiam quae demonstrantur, immiscetur aliquando aliquid falsum, quod non demonstratur, sed aliqua probabili vel sophistica ratione asseritur, quae interdum demonstratio reputatur. Et ideo oportuit per viam fidei, fixa certitudine, ipsam veritatem de rebus divinis hominibus exhiberi, ut sic omnes de facili possent divinae cognitionis participes esse, et absque dubitatione et errore.

V. De officio amandi Deum.—Amor voluntatis sequitur apprehensionem intellectus. Voluntas enim prosequitur amore bonum intellectu cognitum. Jamvero Deus ab intellectu cognoscitur ut summum bonum; ergo voluntas summo amore Deum prosequi debet.

Insuper Deus est finis ultimus hominis. Atqui de ratione ultimi finis est, ut ipse diligatur propter se, et cetera propter ipsum. Ergo strictissimo officio homo tenetur diligere Deum super omnia, cetera vero propter Deum.

---

(1) « Un troisième inconvénient des investigations rationnelles, c'est que toujours quelque erreur se mêle à la vérité, à cause de la faiblesse de notre intelligence, et de l'intervention de l'imagination. Alors chez un grand nombre le doute tiendra la vérité suspendue, parce qu'ils ignorent la démonstration et surtout parce qu'ils voient ceux qu'on appelle les sages enseigner des doctrines contraires. Ainsi l'erreur se mêle aux vérités démontrées, confirmée qu'elle est par un fatal mélange de probalités séduisantes et de raisonnements sophistiques. C'est donc salutairement que la divine clémence a pourvu aux besoins de l'humanité, en nous ordonnant de tenir par la foi ce que la raison peut connaître naturellement, afin que tous puissent participer facilement à la connaissance des choses divines, et cela sans doutance et sans erreur. » MONSABRÉ, *Ibid.*

Amor Dei debet esse summus, scilicet, Deus diligatur super omnia ; non requiritur ut sit *intensive* summus, nempe ut majori voluntatis vehementia et cordis conatu Deum prae aliis amemus ; sed sufficit ut sit *appretiative* summus, nempe ut majori aestimatione Deum habeamus et nihil Deo praeferamus.

Iste amor est *benevolentiae*, scilicet, Deum diligimus propter se. Non excludit tamen amorem *concupiscentiae*, quo Deum amamus ut est bonum nostrum, perfectio et beatitudo nostra.

VI. Vitia religioni opposita.—Virtuti religionis qua homo inclinatur ad exhibendum Deo cultum et honorem debitum, opponuntur vitia per excessum et per defectum : per excessum, *superstitio*, per excessum, *irreligiositas*.

Superstitio est vana vel falsa religio, exhibens Deo cultum indebitum, vel exhibens creaturis cultum soli Deo debitum. Ad superstitionem reducuntur tanquam species : idolatria, vana observantia, divinatio, magia et maleficium.

Irreligiositas est irreverentia specialis quae Deo vel immediate in se, vel mediate in personis aut rebus sacris irrogatur. Irreligiositatis species habentur perjurium, blasphemia, sacrilegium.

VII. De religione revelata.—Religio revelata est collectio officiorum quae homo tenetur exhibere Deo, praesupposita revelatione divina a qua imponuntur. Non est quidem munus philosophiae inquirendi de existentia et natura religionis revelatae, sed philosophus quaerere potest de officio quod lex naturalis homini imponit, in hypothesi talis revelationis divinae.

Revelatio supernaturalis est manifestatio veritatis a Deo facta, praeter consuetas naturae leges. Objectum hujus revelationis vel est veritas quaedam naturalis quam intellectus

humanus per se cognoscere potest, et revelatio dicitur *praeternaturalis*, seu supernaturalis *quoad modum* tantum ; vel est mysterium, seu veritas supernaturalis quae superat captum intellectus creati, et revelatio dicitur simpliciter *supernaturalis*, id est, supernaturalis *quo d modum* et *quoad rem revelatam*. Religio revelata fundatur in revelatione simpliciter supernaturali.

Rationalistae, positivistae, omnes increduli denegant possibilitatem revelationis supernaturalis ; unde ad solutionem quaestionis propositae duo sunt demonstranda, nempe primo, possibilitas revelationis simpliciter supernaturalis, secundo, officium oriens in homine in hypothesi ipsius facti talis revelationis.

THESIS I. — REVELATIO SUPERNATURALIS EST POSSIBILIS.

Impossibilitas revelationis supernaturalis oriri non potest nisi ex duplici capite : vel quia non existit ordo veritatum supernaturalium, vel quia, illo ordine existente, Deus illas veritates nobis revelare non potest. Atqui haec duo falsa sunt. Ergo revelatio supernaturalis est possibilis.

Prima pars minoris. — *Existit ordo veritatum supernaturalium.* — Hoc jam demonstratum est contra Rationalistas, (1) tum *ex consideratione objecti proprii intellectus humani*, quod non est medium sufficiens ad omnia praesertim de Deo cognoscenda ; tum *ex intelligentium gradibus*, qui constituuntur secundum quod intellectus superior et magis elevatus plura cognoscit quae intellectum inferiorem excedunt ; ex quo apparet intellectum humanum, cum sit in infimo gradu intelligentium, plura latere quae ab intellectu angelico, et praesertim ab intellectu divino cognoscuntur.

(1) *Critica*, pp. 245, 246.

Confirmatur autem haec veritas *ex defectu quem in rebus sensibilibus cognoscendis quotidie experimur.* In natura enim sensibili multa ignoramus; multo magis igitur omnia intelligibilia de Deo ratio humana cognoscere et investigare non sufficit.

Secunda pars minoris.—*Deus potest mysteria nobis revelare.*—Quod Deus non possit has veritates nobis revelare, repetendum est vel *ex parte Dei*, vel *ex parte hominis*, vel *ex parte ipsius veritatis* revelatae. Hoc autem non potest repeti *ex parte Dei*, cui certe non est denegandum quod omnibus conceditur hominibus, qui possunt ad invicem sibi manifestare proprias cognitiones. Non potest vero repeti *ex parte hominis*, qui est animal *docibile*, et natus est cognitiones suas praesertim accipere ex magisterio. Non potest tandem repeti *ex parte ipsius veritatis revelatae*, quae quidem superat captum intellectus non quoad apprehensionem, sed quoad suam demonstrationem. Duo enim in mysteriis sunt distinguenda : ipsi termini quibus enunciatur veritas, nempe subjectum et praedicatum, et nexus inter utrumque. Jam vero intellectus noster nexum inter praedicatum et subjectum non percipit, sed quid contineatur sub utroque termino optime intelligit. In ordine naturali plures veritates hoc modo accipiuntur sub testimonio doctorum, quomodo repugnaret quod similo modo veritas acciperetur sub testimonio Dei, cujus scientia infinite superat quamcumque doctorum humanorum scientiam.

THESIS II.—DATA SUSPICIONE DE EXISTENTIA RELIGIONIS REVELATAE, HOMO EAM INQUIRERE LEGE NATURALI TENETUR, REPERTAMQUE EX ANIMO AMPLECTI AC PROFITERI.

Prima pars. — *De obligatione inquirendi.* — 1° Inferior tenetur lege naturali ad inquirendam voluntatem eorum a quibus naturalem habet dependentiam. Atqui homo absolutam et naturalem a Deo dependentiam habet. Ergo exorta

suspicione de revelationis facto, homo lege naturali tenetur ad inquirendum.

2° Homo, ratione suae omnimodae dependentiae, tenetur officio religionis debitum honorem Deo tribuere. Ergo homo tenetur ad adhibenda media a Deo imposita ad illud officium adimplendum. Atqui inter ista media possunt esse veritates et praescripta religionis revelatae. Deus enim absoluto dominio gaudet in omnes creaturas etiam rationales, ideoque prouti libuerit, potest ipsis media specialia imponere ad cultum ipsi debitum exhibendum. Ergo data suspicione de existentia religionis revelatae homo naturaliter tenetur inquirere.

Secunda pars.— *Ipsam repertam tenetur homo amplecti et profiteri.* —Deus est summa veritas, nec fallere nec falli potest; ergo homo tenetur Deo fidem praestare. Deus supremum habet dominium in omnes homines; ergo ipsi praecipienti homo tenetur obedire. Atqui posita certitudine existentiae religionis revelatae, Deus sese habet ad hominem ut loquens et praecipiens. Ergo semel ac homo constat de existentia religionis revelatae, tenetur eam amplecti ex animo et profiteri.[1]

---

(1) Cf. R. Volpi, *Lectiones phil. mor.*, vol. II, pp. 18 et seq.

CAPUT TERTIUM

DE OFFICIIS HOMINIS ERGO SEIPSUM

Prologus.—Lex naturalis officia imponit homini erga seipsum. Homo enim tenetur consequi finem suum ultimum in quo sistit ultima ejus perfectio, ideoque in praesenti vita sibi procurare debet omnia ista quae ad consequendum talem beatitudinem et perfectionem requiruntur. Illa autem officia non sunt *juridica*, seu fundata in justitia, sed *moralia*, scilicet, fundata in caritate. Etenim homo appetit propriam perfectionem quae in fine suo ultimo obtinendo consistit : appetere autem propriam perfectionem est amare seipsum. Quod igitur homo convenientes perfectiones sibi procuret, ex vero et ordinato amore sui procedit. Jamvero amor iste officia imponit tum quoad animam, tum quoad corpus. Unde duplex articulus hujus capitis, quorum primus agit de officiis hominis quoad animam, et secundus, de officiis hominis circa corpus suum. Materia unius et alterius articuli in sequenti schemate ordinate proponitur.

DE OFFICIIS HOMINIS ERGO SEIPSUM

- Erga animam
  - Erga intellectum
    - respectu finis et mediorum
      - Cognoscere Deum, ut finem ultimum
      - Cognoscere legem moralem
      - Virtutes comparare intellectuales
    - respectu status : Cognoscere ea quae sunt propria hujus status.
    - Aliae cognitiones sunt *de consilio.*
  - Erga voluntatem
    - Tendere ad Deum, ut ad finem ultimum.
    - Amare Deum super omnia.
    - Rectae rationis dictamini obtemperare
    - Virtutes morales comparare.
- Erga Corpus
  - Officia positiva
    - Conservationis
      - Vitae
      - Integritatis corporis
      - Sanitatis
    - Perfectionis
      - Procurare naturalem corporis evolutionem ;
      - Ornatum corporis vestibus ;
      - Subjectionem facultatum sensitivarum rationi ;
      - Virtutes temperantiae et fortitudinis.
  - Officia negativa
    - Vitare suicidium
    - Vitare mutilationem absque causa
    - Vitare intemperantiam
  - Suicidium
    - Definitio
    - Philosophorum sententiae
    - Thesis :—Suicidium est illicitum
    - Corollaria
    - Difficultatum solutio
  - Alcoolismus
    - De temperantia in genere
    - Alcoolismi natura
    - Alcoolismi effectus
      - Quoad individua
      - Quoad familiam
      - Quoad societatem
    - Alcoolismi malitia
    - Alcoolismi remedia
  - De bonis externis

ARTICULUS I

DE OFFICIIS ERGA ANIMAM

I. **De officiis erga intellectum.**—Propria animae perfectio, in perfectione intellectus et voluntatis consistit. Unde primo quaeritur de officiis erga intellectum. Intellectus autem perficitur cognitione veri ; homo igitur ornare debet intellectum cognitionibus convenientibus. Jamvero inter cognitiones quae intellectum perficere possunt, quaedam sunt *necessariae*, quaedam contingentes et *liberae*.

1° *Cognitiones necessariae* respiciunt vel finem ultimum, vel obligationes status, quibus unusquisque homo adstringitur.

a) Homo quicumque officio naturali tenetur cognoscere finem suum ultimum et media quae ad finem ducunt. Homo enim naturali adstringitur officio tendendi in finem suum ultimum ; eodem igitur officiotenetur sibi comparare claram notitiam finis, et eorum quibus potest ad finem attingere. Finis autem ultimus hominis est ipse Deus, media vero ad finem sunt ipsae hominis actiones moraliter bonae, scilicet, legi morali conformes necnon et dictamini conscientiae. Ergo cognoscere Deum ut finem ultimum, cognoscere legem naturalem prout est directiva actuum humanorum, ornare intellectum sapientia, scientia et prudentia, seu virtutibus

intellectualibus quibus homo disponitur ad recte judicandum de his quae sunt facienda vel omittenda in ordine ad finem, haec sunt prima hominis officia erga intellectum.

b) Inter cognitiones necessarias recensentur etiam ea quae spectant ad proprium uniuscujusque statum, ut munus quo quis fungitur rite adimpleat. In hisce enim cognoscendis eo majori homo tenetur obligatione, quo munere suo magis aliis praeest, et majora sibi commendantur bona.

2º *Cognitiones liberae.* Praeter cognitiones illas necessarias quae sive ad finem, sive ad obligationes status spectant, homo nullo naturali officio alias comparare tenetur. « Unde necessitas discendi litteras humanas quam enixe propugnant, imo et obligatio frequentandi scholas, nullo jure naturali praecipitur ; nam, quae in hujusmodi scholis primariis addiscuntur, ad finem hominis vel boni civis absolute non requiruntur.» [1] Illa tamen sunt *de consilio* : unusquisque homo enim ad scientiam altiorem, sicut ad majorem perfectionem invitatur. [2]

II. De officiis erga voluntatem.—1º Proprium est voluntatis bonum appetere seu amore prosequi. Jamvero primum voluntatis bonum est bonum finis, scilicet, beatitudo seu

---


(1) Farges et Barbedette, *Ethica specialis* p. 1, c. 3, a. 1.

(2) «L'intelligence étant destinée par sa nature à connaître la vérité c'est un devoir pour l'homme de cultiver son esprit par des connaissances dignes de sa grandeur, et surtout par celles qui sont relatives à l'accomplissement de ses devoirs. Il est des connaissances nécessaires à tous les hommes, comme celle de la religion et des principes moraux, au moyen desquels ils peuvent régler honnêtement leur vie terrestre, et s'assurer dans l'autre la possession de la béatitude. Il en est d'autres qui sont accommodées à certaines conditions, et parmi celles-là chacun doit s'appliquer selon son pouvoir, à acquérir de préférence celles qui peuvent l'aider dans l'exercice de son office ou de sa profession, moyen spécial pour lui d'atteindre sa fin dernière.

«Après ces connaissances obligatoires pour tous, il est louable de s'appliquer aux autres, quoique moins nécessaires, pourvu que cela se fasse avec prudence, discrétion et selon les exigences de l'ordre.» R. P. de Pascal, *Phil. sociale*, pp. 29, 30.


ipse Deus. Unde prima obligatio voluntatis est tendere ad beatitudinis consecutionem, nempe ad Deum, quem amare debet super omnia, ut summum bonum.

2° In ordine ad finem ultimum obtinendum, voluntas debet sese expeditam exhibere ad sequendam rectae rationis regulam. Hinc maximum officium sibi morales virtutes, nempe prudentiam, justitiam, temperantiam et fortitudinem comparandi, quibus fit aptior et promptior ad obediendum dictamini rationis, necnon ad imperium exercendum in passiones quas subjugare debet. Secus enim in proximo versaretur periculo violandi sua officia, et beatitudinem amittendi.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

ANSI and ISO TEST CHART No. 2



APPLIED IMAGE Inc

ARTICULUS II

DE OFFICIIS ERGA CORPUS

I. Officia circa corpus in genere.—Ordinatus amor sui cuilibet homini imponit erga corpus officia *conservationis* et *perfectionis*, quarum alia sunt positiva, alia negativa.

Officia autem positiva obligant ad integritatem vitae et valetudinem in corpore servandam; ad nutrimentum et omnia alia praestanda quae ad naturalem corporis evolutionem requiruntur [1]; ad munditiem [2] et ornatum debitum in corpore et vestibus, attenta personarum convenientia; ad subjiciendum facultates sensitivas ipsi rationi; ad virtutes exercendas, nempe temperantiam et fortitudinem, quibus

---

(1) « Contra quod officium agere possumus *per defectum*, sanitatem nimis et inutiliter exponendo, vel ultra necessarium indulgendo gulae: *per excessum*, ita ut ex frequenti usu medicinarum, aut excessivo usu precautionum et munditiei enervetur corpus. Memorare Joannis Locke, qui et medicus fuit, praecepta:

Si tarde cupis esse senex, utaris oportet
Vel modico medice vel medico modice.
Sumpta, cibus tanquam, laedit medecina salutem;
At sumptus prodest ut medecina cibus.

Volpi, *Phil. mor.*, t. II, p. 34.

(2) « La propreté est à l'égard du corps ce qu'est la décence dans les mœurs; elle sert à témoigner le respect qu'on a pour la société et pour soi-même ». Bacon.

motus appetituum moderantur et rectae rationis dictamini subjiciuntur.

Officia vero negativa inducunt ad fugiendum suicidium, membrorum mutilationem nisi ex causa proportionate gravi, intemperantiam, et in genere omnia quae contra dictamen rectae rationis, valetudini vel integritati corporis adversari possunt.

IV. De suicidio.—1° Definitio.—*Suicidium* est *directa, et privata auctoritate suscepta, suiipsius occisio.*

Dicitur *directa* suiipsius occisio, scilicet, occisio in seipsa volita, non autem occisio *indirecta* quae habetur, quando quis aliquam causam ponit, ex qua per se vel per accidens mors sequitur, licet non intenta, sicut quando miles, cum certitudine mortis subeundae sese opponit hostibus, ad patriam defendendam. [1]

Dicitur *privata auctoritate suscepta,* quia sese occidere auctoritate divina non est suicidium. Deus enim in potestate sua habet vitam et mortem hominum, et sicut potest per seipsum vitam nobis auferre, ita, ipso jubente, homo potest sibi mortem inferre.

2° Philosophorum sententiae.—Stoïci docuerunt sapienter et fortiter agere qui seipsum occidit ad se liberandum ab

---

(1) Le suicide *direct* ne doit pas se confondre avec le suicide *indirect.* Le *suicide indirect* est une action dont l'effet certain et prévu est la mort de l'agent sans que celle-ci soit intentionnellement voulue pour elle-même: elle est seulement consentie comme conséquence en vertu de son lien avec un autre effet, honnête en soi et suffisamment important, sur lequel porte *l'intention directe* et *formelle.* Une pareille mort peut constituer un grand acte de vertu et même être l'objet d'un devoir. Telle fut la mort de Samson, telle est la mort d'un soldat qui met le feu à une mine, dont l'explosion, en le tuant, tuera un grand nombre d'ennemis. Telle est souvent la mort affrontée sur un champ de bataille en chargeant nombre d'ennemis. Telle serait la mort trouvée en se précipitant dans la mer pour empêcher une barque de sauvetage, trop chargée, de sombrer toute entière. Ce sont là des morts dignes d'éloges. » A. Castelein, *Droit naturel,* p. 95.

angustiis hujus vitae, vel ad finem imponendum vitae inutili. Puffendorfius, licet posuerit suicidium esse generatim reprobandum, aliquos admisit casus in quibus homini liceret mortem sibi inferre. Suicidii liceitatem etiam affirmavit auctor libri cui titulus est : *Du systeme de la nature.* (1) Communis tamen doctorum et populorum sententia suicidium tenet illicitum.

3° **Suicidium esse illicitum demonstratur.**

THESIS. SUICIDIUM EST ILLICITUM.

1° *Suicidium est injuria Deo.*—Directe seipsum occidere propria auctoritate, est sibi arrogare dominium perfectum in suam vitam, quod soli Deo competit. Atqui talis arrogatio est gravis laesio juris divini. Ergo suicidium est injuria Deo illata, ideoque est illicitum.

Ad majorem.—Destructio alicujus rei propria auctoritate est supremus actus dominii in ipsam rem. Atqui homo non habet supremum dominium in suam vitam, sed solus Deus. Etenim Deus, omnium rerum creator ideoque dominus, homini dedit dominium rerum inferiorum quae cedere debent in propriam ejus utilitatem, non autem dominium in suam vitam propriam. De quo quidem constat *a) ex instinctu naturali* quo homo prosequitur conservationem propriae vitae, vehementer corrumpentibus resistendo. Ille enim instinctus seu appetitus naturalis manifeste ostendit voluntatem ipsius naturae conditoris, ut homo vitam suam conservet.

Constat *b) ex ordinatione hominis ad Deum.* Homo enim, non ex libera suae voluntatis electione, sed ex natura sua, sese habet in praesenti vita ut servus Dei, cum quidem non sit ordinatus in suam propriam utilitatem, sed in gloriam et obsequium Dei. Jam vero qui servus est natura sua,

---

(1) « La mort est le remède unique du désespoir ; c'est alors qu'un fer est le seul ami, le seul consolateur qui reste au malheureux. »

non potest sibi arrogare jus determinandi naturam et durationem servitii sui, sed hoc habet determinatum ab auctore naturae, qui est dominus absolutus ipsius. Ergo homo non habet supremum dominium in vitam suam, sed solus Deus.

« Seipsum occidere est omnino illicitum, quia vita est quoddam donum divinitus homini attributum, et ejus potestati subjectum, qui occidere et vivere facit. Et ideo qui seipsum vita privat, in Deum peccat; sicut qui alienum servum interficit, peccat in dominum, cujus est servus, sicut peccat ille, qui usurpat sibi judicium de re sibi non commissa. Ad solum enim Deum pertinet judicium mortis et vitae, secundum illud Deuteronomii (1): *Ego occidam et ego vivere faciam.* » (2)

2° *Suicidium est injuria societati.*—Homo est naturaliter pars societatis domesticae et civilis, cujus bonum promovere debet. Atqui sibi inferendo mortem homo damnum infert utrique societati, quia integritatem ejus destruit ipsi subtrahendo membrum, et scandalum pessimum aliis praebet, exemplo quod bono societatis maximum affert detrimentum. Ergo suicidium est injuria societati illata, ideoque est illicitum.

« Seipsum occidere est omnino illicitum, quia quaelibet pars, id quod est, est totius, Quilibet autem homo est pars communitatis; et ita, id quod est, est communitatis. Unde in hoc, quod seipsum interficit, injuriam facit communitati. » (3)

3° *Suicidium est injuria erga seipsum.*—Injuriam sibi facit qui, agendo contra naturae inclinationem, sese privat maximo bono, necnon et perfectione sibi convenienti. Atqui homo occidendo seipsum propria auctoritate, agit contra naturae inclinationem qua inducitur instinctive ad conservationem sui esse, maximo bono sese privat, nempe existentia, necnon et perfectionibus quas vivendo comparare potuisset.

---

(1) c. 32, v. 29.
(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 64, a. 5.
(3) S. Thomas, *loc. cit.*

Ergo suicidium est injuria ab homine sibiipsi illata, ideoque est illicitum. (1)

« Seipsum occidere est omnino illicitum, quia naturaliter qualibet res seipsam amat, et ad hoc pertinet, quod quaelibet res naturaliter conservat se in esse et corrumpentibus resistit, quantum potest. Et ideo, quod aliquis seipsum occidat, est contra inclinationem naturalem et contra caritatem, quia quilibet debet seipsum diligere. Et ideo suiipsius occisio semper est peccatum mortale, utpote contra naturalem legem et contra caritatem existens.» (2)

4° **Corollaria.**—*a*) Nemini licet ponere vel omittere id ex quo mors sequatur, etsi directe haec non intendatur, nisi sit causa proportionate gravis. Homo quidem tenetur officio conservandi vitam, nisi sit bonum superius quod bono vitae anteponere debeat vel saltem liceat. In hoc enim casu, homo non disponit de vita sua invito domino, cum Deus nequeat non approbare exercitium superioris virtutis, cujus intuitu vita posthabetur.

b) Directa proprii corporis mutilatio, de malitia suicidii participat, nisi illa mutilatio sit ad vitae conservationem necessaria.

c) Christiana corporis mortificatio, dummodo intra limites prudentiae contineatur, non tantum illicita non est, sed

---

(1) « *Le suicide est un crime* : I.—*Contre Dieu* : c'est une violation de ses droits. C'est lui qui donne la vie, à lui de la reprendre. La vie a été accordée à l'homme comme un temps d'épreuve et de combat pour atteindre sa fin. L'abréger de sa propre autorité, c'est s'ériger en arbitre de ses mérites et de sa destinée, c'est clore une lutte dont Dieu seul doit marquer le terme ; c'est abandonner le poste confié. Le suicide est donc une désertion morale, car « l'homme fuit ainsi sans la permission de Dieu, « le poste qu'il nous a assigné dans le monde. » (Kant).

II.—*Contre la société* : c'est la priver du concours qu'elle a droit d'attendre de chacun de ses membres, en retour des services qu'elle leur rend. C'est ensuite donner un pernicieux exemple.

III.—*Contre soi-même* : c'est la violation du respect qu'on se doit, car attenter à ses jours c'est disposer de soi comme d'un moyen pour une fin arbitraire. » G. Sortais, *Traité de phil.*, *Morale*, pp. 536, 537.

(2) S. Thomas, *loc. cit.*, II-II, q. 64, a. 5.

maxime laudabilis affirmatur, cum sit optimum medium ad carnem domandam, necnon ad passionum aestus temperandos, ita ut facultates inferiores rationis imperio obtemperent, et homo facilius officiis suis attendat, et securius in virtutum exercitationibus proficiat.

5° **Difficultatum solutio.**

1° Non potest dici illicitum id quod est actus virtutis. Atqui suicidium est actus virtutis fortitudinis. Ergo suicidium non est illicitum.

Dist. maj. quod est actus verae virtutis, *conc.*, apparentis tantum, *nego.*

Contradist. min., verae fortitudinis, *nego*; apparentis tantum, *conc.*

« Ad fortitudinem pertinet, quod aliquis ab alio mortem pati non refugiat propter bonum virtutis et ut vitet peccatum. Sed quod aliquis sibiipsi inferat mortem, ut vitet mala poenalia, habet quidem quamdam speciem fortitudinis, non tamen est vera fortitudo, sed magis quaedam mollities animi non valentis mala poenalia sustinere. » [1] Bene itaque cecinit Martialis :

Rebus in adversis facile est contemnere vitam :
Fortiter ille facit qui miser esse potest,

2° Atqui suicidum est actus verae virtutis. Ergo.

Ad veram virtutem pertinet inter duo mala minus malum eligere. Atqui suicida inter duo mala minus malum eligit. Ergo suicidium est actus verae virtutis.

Dist. maj. inter duo mala physica, minus malum eligere, *trans.*; inter malum physicum et malum morale, eligere malum morale, *nego.*

Contradist. min., inter duo mala physica minus malum eligit, *nego*, inter duo mala quorum unum est physicum, et alterum morale, malum morale eligit, *conc.*

Suicida ad miserias praesentis vitae vitandas, eligit sibi inferre mortem. Tamen eligendo mortem non eligit minus malum, quia sibi inferre mortem, est peccatum, malum nempe morale quo homo sese avertit a fine suo ultimo, ideoque malum maximum omnia mala physica superans.

3° Atqui aliquis potest sibi inferre mortem ad peccatum vitandum. Ergo redit difficultas.

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 64, a. 5, ad. 5.

Licitum est renuntiare vitae ad peccatum vitandum. Atqui suicida tandem aliquando sibi mortem infert ad vitandum peccatum. Ergo tunc saltem suicidium est licitum.

Dist. maj. quando mors infertur sine peccato patientis, *conc.*; si mors inferatur peccante renuntiante, *nego.*

Dist. min. et mortem sibi inferendo suicida peccatum vitat. *nego*; mortem sibi inferendo suicida actu peccat, *conc.*

Suicidio non vitatur peccatum, cum ipsum sit peccatum. Nunquam licitum esse potest peccare ad vitandum peccatum. «Nulli licet seipsum occidere ob timorem, ne consentiat in peccatum : quia non sunt facienda mala ut veniant bona vel ut vitentur mala, praesertim minora et minus certa. Incertum enim est, an aliquis in futurem consentiat in peccatum : potens est enim Deus hominem, quacumque tentatione superveniente, liberare a peccato.» (1)

4° Atqui suicidium non est injuria Deo illata. Ergo suicidium non est illicitum.

Vita est Dei beneficium. Atqui beneficio quis renuntiare potest sine benefactoris injuria. Ergo suicidium non est injuria Deo illata.

Dist. maj. Vita est Dei beneficium in quod homo habet dominium tum directum, tum utile, *nego*; dominium utile tantum, *conc.*

Dist. min. Si beneficium concessum est nullo onere imposito vel suscepto erga benefactorem, *conc.*; aliter, *nego.*

Vita est beneficium a Deo concessum, in quod tamen homo non habet nisi dominium utile. Non est beneficium libere acceptum, sed a Deo supremo domino impositum, cum onere ipso utendi ad finem ultimum consequendum. Homo igitur non potest renuntiare vitae sibi inferendo mortem, nisi laedendo jus Dei, et refugiendo obligationem jure a Deo impositam utendi vita ad gloriam Dei manifestandam, secundum determinationem legis naturalis.

5° Atqui homo habet dominium directum vitae suae. Ergo.

Homo idem dominium habet in vitam ac in membra corporis. Atqui homo potest licite destructionem alicujus membri velle. Ergo potest etiam licite mortem sibi inferre.

Conc. maj.

Dist. min., si sit necessaria ad conservationem vitae, *conc.*, aliter, *nego.*

Sicut homo non est dominus vitae, nec est dominus membrorum sui corporis, sed conservator et custos. Cum autem prudentis conservatoris

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 64, a. 5, ad. 3.

est bonum partium bono totius subordinare, tandem aliquando destructio partis permittitur ad conservationem totius. Unde homo, in abscissione alicujus membri, non munere domini fungitur, sed prudentis administratoris.

6° Atqui suicidium non est injuria societati illata. Ergo.

Destructio membri non potest esse societati injuriosa, nisi sit ipsi utile. Atqui interdum aliquis nullius utilitatis societati evadit; v. g., in casu infirmitatis, miseriae, carceris. Ergo suicidium non est semper societati injuriosum.

Transeat major.

Nego minorem.

Homo enim dummodo vivit semper alicujus utilitatis esse potest societati : ad integritatem ejus concurrit ; infirmitatem et miserias sustinendo, carcerem in expiationem criminis accipiendo, vel innocens crudeliter subeundo, exemplum exhibet patientiae, justitiae seu fortitudinis aliis utile, occasionem praebet merita lucrandi et virtutem exercendi, ideoque semper quamdam societati utilitatem afferre potest.

7° Atqui suicidium non est injuria homini suicidae illata. Ergo.

Nemo potest sibi injuriam facere. Ergo suicidium non est injuria suicidae erga seipsum.

Dist. ant., injuriam proprie dictam, violatione ordinis justitiae, *conc.*, injuriam late sumptam, violatione ordinis caritatis, *nego.*

Non est ordo justitiae hominis ad seipsum, unde stricte loquendo nemo potest sibi injuriam facere ; adest tamen ordo caritatis, cujus violatio injuria saltem late sumpta dici potest. « Suicidium est peccatum, non solum quia contrariatur justitiae, sed etiam quia contrariatur caritati, quam habere debet aliquis ad seipsum. Et ex hac parte occisio suiipsius est peccatum per comparationem ad seipsum. Per comparationem autem ad communitatem et ad Deum, habet rationem peccati, etiam per oppositionem ad justitiam. » (1)

8° Atqui suicidium non violat ordinem caritatis hominis ad seipsum. Ergo.

Mente alienatus non potest haberi ut violator ordinis. Atqui suicidae sunt mente alienati. Ergo non possunt haberi ut violatores ordinis.

Transeat major.

Dist. min., quandoque, *conc.*, semper, *nego.*

Haec objectio, nostris temporibus satis communis, experientia dissipatur. Etenim, ut de facto constat, saepe saepius, suicidae priusquam

---

(1) S. Thomas, *Sum theol.*, II-II, q. 64, a. 5. ad.

mortem sibi inferant, precautionibus utuntur, litteras scribunt, de suis rebus convenienter disponunt, ita ut nullo modo dici possunt sua mente privari.

9° Homo nimis miseriis adstrictus non potest sine consolatione vivere. Atqui in casu harum miseriarum et desperationis, mors est unicum remedium et unica consolatio. Ergo.

Transeat major.

Dist. min., ubi deest sincera pietas et religio, *conc.*; ubi talis pietas et religio invenitur, *nego.*

Desperatio enim quae remedium et consolationem in morte quaerit, invenitur apud eos praesertim qui incredulitate laborantes, et officia religionis denegantes, spem vitae futurae non habent; unde privantur vero remedio calamitatum quibus homo quandoque premitur, et in pietate sincera et religione, necnon in submissione voluntati divinae consistit. (1)

V. De alcoolismo.—1° De temperantia in genere.—Ad vitam suam servandam, homo non tantum tenetur vitare suicidium et membrorum mutilationem, sed etiam ea omnia quae sanitati necnon et naturali facultatum exercitio et evolutioni adversantur. Auctor naturae operationibus nostris delectationem adjecit eo fine ut facilius operemur, et mediante

---

(1) «Oui! la religion est une indestructible force de cohésion qui, sous quelque forme qu'elle se présente, selon les climats et selon les époques, est indispensable pour sauvegarder les sociétés et la civilisation.

« Ne protestez pas. Ce n'est pas moi, c'est l'un des vôtres, c'est M. Durkeim, qui dans son livre sur le suicide, nous dit : « La religion a incon-« testablement sur le suicide une action prophylactique. » MAURICE BARRÈS, *Discours à la Chambres des députés*, 21 juin 1909, sur le suicide dramatique du jeune Armand Nény. V. Questions actuelles, t. 102, p. 161 et suivantes.

« Tous les aliénistes les plus autorisés sont unanimes à signaler la perte du sentiment religieux comme la cause la plus active dú suicide, disons mieux, du mépris actuel de la vie. Parmi les causes d'un ordre inférieur, nous devons mentionner la lecture de plus en plus assidue des romans publiés par les feuilles politiques, la fréquence non moins assidue du théâtre, où le suicide figure parmi les péripéties les plus émouvantes, l'immense publicité donnée par les journaux aux fins les plus tragiques. » A. LECOYT, *Dictionnaire des sciences médicales*, au mot SUICIDE.

« There is no doubt that with the weakening of the influence of religious conditions in any given case, and with the loss of responsability to a higher power comes a comparative indifference to life.» C. STYLES, *Suicide and its increase*, American journal of insanity, july 1901.

operatione ad finem nostrum tendamus. Haec igitur delectatio non est in se mala, sed *bona*, dum quaeritur in ordine ad finem a Deo praefinitum, et *mala*, si absque relatione ad hunc finem, vel modo ipsi fini contrario intendatur.

Delectationes sensibiles maxime alliciunt homines, et vehementius delectationes in cibo et in potu, quae ad conservationem individui et delectationes facultatis generativae, quae ad conservationem speciei humanae ordinantur. Jamvero homines inordinato voluptatis appetitu saepe saepius moventur ad illas delectationes quaerendas praeter regulas prudentiae et contra rectae rationis dictamen. Inde necessitas et officium comparandi temperantiae virtutem, quae refranat et moderatur appetitum delectationum sensibilium, praesertim gustus et tactus, ita ut homo ipsis non utatur nisi secundum rectae rationis praescripta.

Temperantia moderationem a ratione praescriptam servat in cibo, et dicitur *abstinentia*, cui opponitur *gula* ; hanc moderationem servat in potu, et dicitur *sobrietas*, cui opponitur *ebrietas* ; eamdem servat moderationem in actibus facultatis generativae, et dicitur *castitas*, cui opponitur *luxuria*. Inest igitur cuique homini obligatio moralis, seu officium servandi abstinentiam, sobrietatem et castitatem, atque vitandi gulam, ebrietatem et luxuriam.

2° **Alcoolismi natura.** [1]—Nostris temporibus originem duxit vitium sobrietati et temperantiae oppositum, necnon ab ebrietate distinctum, cui nomen alcoolismi. Hoc vitium ubique spargere coepit a tempore quo facilius alcoolici liquores, chimicae artis ope, ex omnibus fere substantiis extrahi potuerunt : tunc enim non tantum inter divites, sed

---

(1) Cf. de alcoolismo praeter opera superius citanda : *Le péril de la race*, Emile Pierret ; *La lutte contre l'alcoolisme*, Dr L. Viaud et H.-A. Vasnier ; *Premier congrès national Belge contre l'Alcoolisme*, compte-rendu, Liège 1905.—*Premier congrès national contre l'alcoolisme*, Paris 1903 ;—*Le Foyer familial et la femme contre l'alcoolisme*, Dr Oudaille ; *Alcoolisme et décadence*, l'abbé C. Ract.

etiam inter operarios et pauperes usus praevaluit frequenter bibendi liquores alcoolicos. Propensio ad bibendum, vi haereditatis a parentibus ad filios saepe saepius transmissa, ex consuetudinibus vitae et educatione orta vel firmata, viam paravit innumeris malis quae ex alcoolismo nascuntur.

« *Alcoolismi* enim nomine designatur *habitus frequenter bibendi varios liquores alcoolicos, etiam absque ebrietate*[1], *ex quo fit ut cupiditas potandi fere invincibilis contrahatur, totumque corpus, veneno alcoolico infectum, in dies debilitetur.*»[2]

Differt igitur alcoolismus ab ebrietate : ebrietas enim est excessus in potu usque ad privationem usus rationis ; alcoolismus vero est habitus frequenter bibendi alcoolicos liquores, etiam sine rationis usus privatione, ita ut alcoolici inveniuntur qui numquam inebriati sunt.[3]

3° **Alcoolismi effectus.**—Innumera mala ab alcoolismo proveniunt, quoad individua, quoad familiam et quoad societatem.[4]

(1) « *L'ivresse* est un *empoisonnement aigu*, mais *temporaire ; l'alcoolisme* est un *empoisonnement lent*, mais *permanent*. On devient alcoolique par l'*usage habituel* d'une quantité même faible, de boissons alcooliques. » Dr Galtier Boissière, *L'enseignement de l'Anti-alcoolisme*, p. 13.

(2) Tanquerey, *Synopsis theol. mor.*, t. II, p. 308.

(3) « Tandis que l'ivresse est un accident, l'alcoolisme est un état. C'est une intoxication lente, dont le point de départ reste inaperçu, qui trouble profondément et sans rémission toutes les fonctions de nos organes. Le poison s'infiltre dans l'organisme, par doses minimes mais répétées, y développe chaque jour ses positions, et finit par s'y installer en maître, ruinant la santé, annihilant l'intelligence, tuant le sens moral. » Maurice Vanlaer, *l'Alcoolisme et ses remèdes*, p. 27. Cf. J. Bertillon, *l'Alcoolisme et les moyens de le combattre*, p. 37-43.

(4) « L'habitude de boire entraîne la désaffection de la famille, l'oubli de tous les devoirs sociaux, le dégoût du travail, la misère, le vol et le crime. Elle mène pour le moins à l'hôpital, car l'alcoolisme engendre les maladies les plus variées et les plus meurtrières : les paralysies, la folie, les affections de l'estomac et du foie, l'hydropisie ; il est une des causes les plus fréquentes de la tuberculose. Enfin, il complique et aggrave toutes les maladies aigues : une fièvre typhoïde, une pneumonie, un érysipèle, qui seraient bénins chez un homme sobre, tuent rapidement le buveur alcoolique. » Rapport des médecins Debove, doyen de la Faculté de

a) Quoad individua.—Alcoolismus effectus physicos, intellectuales, morales habet; *physice*, non tantum vires corporis minuit, sed organa vitae necessaria graviter offendit. Venenum enim alcoolicum *non assimilatur*, sed idem natura in sanguine receptum ad omnia fertur corporis organa, quae ab ipso alterantur et debilitantur;[1] ex quo sequitur alcoolicum incidentibus morbis difficilius resistere[2], graves contrahere morbos, praesertim paralysim, hydropysim, tuberculosim,[3] tandem saepe saepius subitanea morte corripi[4].

Médecine de Paris, et Faisans, médecin de l'Hôtel-Dieu de Paris, sur l'Alcoolisme, cité par J. Bertillon, *l'Alcoolisme et les moyens de le combattre*, pp. 217-218.

(1) « L'alcool traverse les veines de l'estomac et pénètre dans le sang en *nature*, c'est-à-dire sans avoir subi aucune transformation. Cette pénétration dans le sang s'opère très rapidement, il suffit d'une minute et demie pour que l'alcool puisse y être constaté. Tandis que l'entrée de l'alcool dans le sang est rapide, l'élimination au contraire est lente. Certains organes notamment le *cerveau* et le *foie*, ont le désavantage de conserver l'alcool plus longtemps que les autres, l'alcool s'y accumule. Aussi ces organes sont-ils plus fréquemment altérés, la peau des buveurs est le siège de nombreuses éruptions dues à l'irritation produite par le passage de l'alcool. Les deux autres voies d'élimination de l'alcool, les *poumons* et les *reins*, subissent aussi fréquemment des altérations. » Dr Galtier-Boissière, *op.cit.*, pp. 66, 67.

(2) « L'alcoolisme est une vieillesse anticipée »,—que M. le docteur Lannelongue paraphrase en ces termes :

« Ce qui caractérise le plus le buveur, c'est son defaut de résistance. En présence de tous les fléaux qui assiègent l'homme, en présence du grand nombre de maladies qui le ménacent, la véritable caractéristique de l'homme bien portaut, c'est sa résistance organique qui lui permet de triompher de tous les assauts que lui donnent à chaque instant, les infiniment petits, ses ennemis les plus terribles. Or le buveur a perdu toute résistance; c'est un mauvais blessé. C'est un mauvais malade. A quarante ans. il a les tissus d'un homme de soixante ans au moins. Le vieillard et le buveur se ressemblent; je me trompe: le vieillard a une résistance plus grande. « Cité par Maurice Vanlear, *op. cit.*, pp. 28, 29.

(3) « C'est dans les pays les plus alcoolisés que la tuberculose atteint le chiffre le plus élevé, elle diminue dans les pays où s'abaisse le taux de la consommation de l'alcool. » Rapport des Drs Landouzy et Brouardel sur le *Role des œuvres antituberculeuses*, au Congrès de 1903.

« 33 p. 100 des tuberculeux soignés au sanatorium d'Augicourt, sont des alcooliques ! » Rapport du docteur Kuso, médecin en chef.

« L'alcool fait le lit de la tuberculose. » Dr. Landouzy

(4) « La moitié des morts subites sont dues en effet à l'alcool. » Dr. Galtier-Boissière, *op. cit.*, p. 74.

Intellectualiter : memoria minuitur, mentis acies hebetatur, hallucinationes saepe alcoolicis eveniunt, qui tandem dementia corripiuntur. (1) *Moraliter*, alcoolismus nobiles et generosos affectus extinguit, pravas auget inclinationes, hominem ad crimina propensiorem, et tandem bruto similem efficit. (2)

---

(1) « Les facultés intellectuelles subissent une altération profonde qui se manifestent sous des formes très variées et avec une intensité très différente suivant les individus.

Dans les cas les plus atténués, les troubles consistent simplement dans un affaiblissement de la mémoire, une difficulté d'associer les idées.

Dans les cas plus graves, des hallucinations se produisent. Enfin l'ivrogne peut être atteint de méningite alcoolique. Il souffre de crises de délire furieux ; du délire des grandeurs, du délire des persécutions, soit enfin du délirium tremens.

« Si l'ivrogne ne meurt pas dans un de ces accès, peu à peu l'intelligence s'éteint, et il végète dans une démence imbécile, en même temps que la paralysie s'étend peu à peu à ses membres. Plus du *tiers des fous* sont des alcoolisés. » Dr Galtier-Boissière, *op. cit.*, pp. 80, 81.

« Dans la seconde moitié du siècle, le chiffre des aliénés s'est constamment accru et partout la courbe de l'aliénation mentale est parallèle à celle de l'alcoolisme. » Docteur Legrain, *Alcoolisme*, p. 12.

« La conclusion générale qui se dégage de mes observations particulières, se résument en ceci : depuis 1830, le nombre des aliénés criminels, des fous, des suicidés, est en croissance parallèle avec la consommation de l'alcool. » Docteur Brouardel, cité par Mgr Turinaz, *Trois fléaux de la classe ouvrière*.

(2) « L'alcool remplit la moitié de nos asiles d'aliénés et la presque totalité de nos prisons ;

« L'alcool fait le quart ou le tiers de la mortalité générale ;

« L'alcool fait la moitié de la tuberculose ;

« L'alcoolisme des parents crée la moitié de la mortalité infantile, car, messieurs, l'hérédité est implacable et il est écrit : « Les pères ont mangé des fruits verts, et les fils ont eu les dents agacées. »

« Et c'est là un corollaire, l'alcool est le grand pourvoyeur de la souffrance et de la misère humaines. » Dr Lucien Jacquet, *l'Alcoolisme et les classes dirigeantes*, Conférence donnée le 29 nov. 1901. p. 10.

« Sous la poussée de l'alcoolisme, la bête humaine déchaînée se précipite dans des crimes sans nombre et dans les derniers excès de la démoralisation. Voici chez nous la situation à l'heure présente :

« Sur 100 condamnés pour meurtre, on trouve 53 alcooliques ; sur 100 vagabonds et mendiants, 70 alcooliques ; sur 100 incendiaires, 57 alcooliques ; sur 100 condamnés pour outrages à la pudeur, 53 alcooliques ; sur 100 condamnés pour coups et blessures, 90 alcooliques. Au total, sur 500 condamnés, le Dr Legrain, a rencontré 323 alcooliques. Le directeur d'une

b) Quoad familiam.—Alcoolismus omnes extinguens affectus generosos, omnia familiae vincula dissolvit. Pecunia ad sustentationem matris et filiorum necessaria, in potationibus repetitis dissipatur ; dissidia et dissensiones multiplicantur, infantes pessima educatione donantur, et, paupertate necnon omni miseria oneratae, familiae pereunt. (1)

c) Quoad societatem.—Alcoolismi effectus quoad individua et familiam in societatem redundant, et pessime in damnum ejus vergunt, de quo quidem facile constat si considerantur vel generationum degenerescentia (2) quae ex

prison de Paris a trouvé 2115 alcooliques sur 3000 pensionaires dont il est chargé. » Mgr Gibier, *Nos plaies sociales*, pp. 133, 134.

« Si on rendait l'Angleterre sobre, on pourrait fermer les neuf dixièmes des prisons. » Lord Coleridge.

« Sur cent causes criminelles, il y en a quatre-vingt-dix qui ont la boisson pour origine ou pour cause. » M. Sexton, recorder de Montréal.

(1) « N'avez-vous pas connu des familles honorables, jouissant d'une certaine aisance, ou même d'une certaine fortune, et qui ont été ruinées et déshonorées par l'alcoolisme ? sous la pression de l'alcool, ce propriétaire influent, ce fermier laborieux, ce petit cultivateur, ont été obligés de vendre peu à peu leurs terres, puis la maison paternelle. Ils ont quitté le pays. Ils se sont refugiés à la ville, et là ils sont devenus de simples manœuvres, qui se traînent incapables de tout travail sérieux et qui mourront dans l'abjection et la détresse. L'alcoolisme est la ruine du foyer.» Mgr Gibier, *Nos plaies sociales*, pp. 139, 140.

« Pourquoi ce poële éteint, ce lit sans matelas et sans couverture, cette armoire vide, ces enfants mourant moitié de phtisie, moitié de faim? Y a-t-il une crise industrielle ? Les ateliers refusent-ils de l'ouvrrge ? Le père de famille ne sait-il que faire de sa volonté et de ses bras ? Non, sa femme et ses enfants vivraient, s'il le voulait ; c'est lui qui leur vole leur lit et leurs vêtements, lui qui les condamne au froid et à la faim, à la mort, lui le lâche qui a bu leur subsistance avec l'alcool.» Jules Simon, *L'ouvrière*, p. 135.

(2) « Le mal dont nous venons de mesurer les conséquences sur l'individu physique, intellectuel et moral, est d'autant plus redoutable qu'il ne disparait pas avec cet individu, mais qu'il se perpétue dans sa race. Il y a longtemps que Plutarque écrivait : *Ebrii gignunt ebrios*,—et bien des observations récentes ont ratifié ce mot.

Un interne de la Salpêtrière étudie 83 enfants idiots et épileptiques de son service : 60 d'entre eux étaient des fils d'alcooliques.

Douze ménages d'intempérants, étudiés aux Etats-Unis, ont donné le jour à 57 enfants, dont 25 sont morts dès la première semaine, 6 sont idiots, 5 sont mal conformés, 5 épileptiques, 5 malades, 2 alcooliques ; 9

alcoolismo sequitur, vel sumptus ingentes quibus directe vel indirecte, facto alcoolismi, aerarium publicum gravatur. (1)

---

seulement, un sixième, échappent à la malédiction. » MAURICE VANLAER *op. cit.*, pp. 33, 34.

« Le Dr Legrain a eu la persévérance d'étudier 215 familles d'alcooliques, ayant fourni un total de 814 descendants, répartis dans trois générations. Or savez-vous ce qu'il est arrivé de ces 814 individus ? 427 sont devenus alcooliques à leur tour. 60 % présentaient des signes évidents de dégénérescence. 14 % sont tombés dans le crime. 22 % ont été emportés par des convulsions infantiles. 17 % ont abouti à l'épilepsie, et 19 % à l'aliénation mentale. » MGR GIBIER, *op. cit.*, pp. 142, 143

« Un peuple qui s'alcoolise et qui, par suite, fait souche de dégénérés, d'idiots, d'épileptiques, d'aliénés, est un peuple qui s'étiole. Un peuple alcoolisé, en somme, est un peuple en voie de disparaître. » DR LEGRAIN, *Dégénérescence sociale et alcoolisme*, p. 59.

« L'alcool fait de nos jours plus de ravages que ces trois fléaux historiques : la famine, la peste et la guerre. Plus que la famine et la peste, il décime ; plus que la guerre, il tue ; il fait plus que tuer, il déshonore.» GLADSTONE.

(1) « Depuis dix ans, l'alcool a coûté à l'Amérique une dépense directe de 3 milliards (francs), une dépense indirecte de 600 millions. Il a détruit 300,000 individus, envoyé 100,000 enfants aux dépots des pauvres, consigné plus de 150,000 personnes dans les prisons, et 10,000 dans les asiles d'aliénés. Il a poussé à la perprétation de 15,000 assassinats, causé 2,000 suicides, incendié ou détruit pour 50 millions de propriétés, fait 200,000 veuves, et 1 million d'orphelins. » M. EVEREST, ministre à Washington.

« L'alcoolisme est une des causes ordinaires de la pauvreté et de la misère.

1° en diminuant la *capacité de travail* de l'individu, qui devient impropre d'abord à un ouvrage délicat, puis plus tard à un ouvrage quelconque.

2° en amenant le *chômage* (paresse, maladie, prison) ;

3° en poussant à des *dépenses inutiles* : 1° frais de boissons (dans certaines villes, la moitié, les trois quarts même du salaire passent au cabaret) ; 2° frais de maladies.

Ce sont là les conséquences générales, mais il faudrait ajouter pour être complet, les *faillites* dues à l'inexécution des contrats au jour dit ; les *maladies*, non plus de l'alcoolique lui-même, mais de *ses enfants*, maladies dues à son vice ; les *accidents* que l'état d'ivresse occasionne si fréquemment. » DR GALTIER-BOISSIÈRE, *op. cit.*, pp. 116, 117.

« La statistique universelle des chemins de fer attribue aux excès de boisson 43 %, presque la moitié, des accidents ou catastrophes. A l'occasion de la perte du *Drummond Castle*, dans la passe d'Ouessant, le *Journal de Cork* (juin 1896) écrit : « L'ivrognerie est la cause certaine de la perte de 70 % des navires anglais. » PROSPER LAJOIE, *Alcoolisme et statistique*.

La France dépense plus de deux milliards et demi chaque année par le fait de l'alcool ; (statistique des Drs Rochard et Legrain). Le Canada dépense 50 millions de piastres.

4° **Alcoolismi malitia.** — Alcoolismi malitia differt a malitia ebrietatis. Haec enim in eo sita est quod privationem usus rationis sine causa inducit ; malitia vero alcoolismi in eo potius consistit quod frequens usus bibendi alcoolicos liquores grave detrimentum sanitati importat. Sub hac consideratione determinanda est ejus malitia.

THESIS.—ALCOOLISMUS SEU HABITUS FREQUENTER BIBENDI ALCOOLICOS LIQUORES, ETIAM SINE EBRIETATE, PROHIBETUR A LEGE NATURALI, ET EST VITIUM TEMPERANTIAE VIRTUTI OPPOSITUM, IDEOQUE ALIQUID INTRINSECE MALUM.

Prima pars.—Lex naturalis obligat ad vitam servandam ideoque prohibet quidquid laedit integritatem corporis, et sanitati notabiliter adversatur. Atqui alcoolismus, seu habitus frequenter bibendi liquores alcoolicos, etiam sine ebrietate, notabiliter sanitati adversatur, prout ex recensitis effectibus ejus apparet. Ergo alcoolismus a lege naturali prohibetur.

Secunda pars.—Omnis habitus, inclinans hominem ad utendum alimentis contra rectae rationis praescripta, est vitium temperantiae oppositum, ideoque aliquid intrinsece malum. Temperantia enim est virtus quae inclinat hominem ad cibaria capienda cum moderatione a recta ratione praescripta, quae scilicet excludit excessum et omne id quod est sanitati nocivum. Atqui alcoolismus est habitus inclinans ad frequenter bibendum contra rationis praescripta, ex quo fit, ut cupiditas potandi fere invincibilis contrahatur, totumque corpus veneno alcoolico infectum, in dies debilitetur. Ergo alcoolismus est vitium temperantiae virtuti oppositum, ideoque aliquid intrinsece malum.

« Temperantia accipit necessitatem hujus vitae, sicut regulam delectabilium quibus utitur ; ut scilicet tantum eis utatur, quantum necessitas

hujus vitae requirit. Necessitas humanae vitae potest attendi *dupliciter* : *uno modo*, secundum quod dicitur necessarium illud, sine quo res nullo modo esse potest ; sicut cibus est necessarius animali : *alio modo*, secundum quod dicitur necessarium illud, sine quo res non potest convenienter esse : temperantia autem non solum attendit primam necessitatem, sed etiam secundam. Unde Philos. dicit in 3. Ethic. quod « temperatus appetit delectabilia propter sanitatem, vel propter bonam habitudinem ; » alia vero, quae ad hoc non sunt necessaria, possunt dupliciter se habere ; *quaedam enim sunt impedimenta sanitatis, vel bonae habitudinis ; et his temperatus nullo modo utitur, hoc enim esset peccatum contra temperantiam ; quaedam vero sunt, quae non sunt his impedimenta ; et his moderate utitur pro loco, tempore et congruentia eorum quibus convivit.* » [1]

5° **Remedia contra alcoolismum.**-- Contra tam exitiosam alcoolismi luem, uniti omnium conatus requiruntur.

a) Pueri edocendi sunt de damnis quae in individuo, in familia, in societate ab alcoolismo producuntur. « In collegiis. academiis et seminariis, necnon in publicis concionibus ista lues aperte denuncietur et reprobetur ut quid turpe, corpori animaeque nocivum, non minus patriae quam religioni perniciosum. » [2]

b) Caveant parentes ne pravis vitae consuetudinibus[3], vel pravis exemplis, in pueros suos appetitum liquorum alcoolicorum inducant, sed potius praxi confirment quod ore docere debent, scilicet, sese abstineant a *frequenti* et *inutili* usu liquorum, cum ex experientia constat alcoolismum oriri etiam ex assiduo, licet moderato, alcooli usu.

---

(1) S. Thomas, II-II, q. 141, a. 6., in corp. art. et ad 2.

(2) Tanquerey, *op. cit.*, t. II. p. 311.

(3) « Grande est l'imprudence des parents qui offrent à leur enfants des morceaux de sucre dans un liquide alcoolique. Plus tard, pour avoir le plaisir de les voir «faire l'homme», on leur donnera des petits verres d'anisette, de cassis, de liqueur faite à la maison ; comment s'étonner dans ces conditions, que parvenus à l'âge d'homme, les enfants aillent au cabaret !» Dr Galtier-Boissière, *op. cit.*, t. II. p. 311.

c) Patresfamiliae, praecipue quidem matres [1], maximum influxum exercere possunt in temperantiam fovendam, dum domum paternam conantur servare jucundam, rebusque recreationibus filiorum necessariis instructam, ita ut hi domum non deserant ad cauponas visitandas.

d) Ipsis *temperantiae consociationibus* favendum est quam maxime, cum in bello contra alcoolismum inito, multum conferat associatio ad victoriam reportandam.

e) Status cooperatio auxiliare debet privatorum conatibus, numerum cauponarum limitando, taxam majorem a cauponis exigendo, necnon et liquorum venditionem sapientibus et severis legibus regulando.

f) Tandem ad religionem, tanquam ad efficacissimum remedium recurrendum est. [2] Sola enim religio, praecepta legis moralis inculcando, generare potest in voluntatibus

---

(1) « A ne considérer que son action dans la lutte antialcoolique, la femme qui est la première à souffrir du fléau, peut exercer un double apostolat : à l'enfant, elle fera ignorer l'alcool ; à l'homme, ce grand enfant, elle le fera oublier. » OUDAILLE, *Le foyer familial et la femme contre l'alcoolisme*, p. 217.

(2) « Le plus nécessaire, ce serait de réveiller ou de créer chez ceux que menace l'alcoolisme, une force spirituelle capable de lui résister.» JULES LEMAITRE.

« Il faut mettre dans l'homme une force spirituelle plus haute que l'homme, et supérieure à ses intérêts, *la force religieuse*. En effet, l'abstinence exige des sacrifices. Au nom de quel principe se les imposer à soi-même, et les imposer aux autres ? Pour se sentir obligé de défendre sa race et soi-même contre un empoisonnement qui dégrade, mais qui plaît, il faut avoir conscience d'une loi supérieure, et croire qu'il y a des raisons de vivre haut. Il faut avoir une foi, une croyance, un idéal. Il faut posséder en soi la force religieuse.» MGR GIBIER, *op. cit.*, p. 178.

« Laissons donc les critiques s'étonner que nous mêlions à la lutte contre l'alcoolisme les idées religieuses. Non, l'appel à la foi qui dort au fond des cœurs, n'est pas, suivant le mot de l'un d'eux, une « manie obsédante et stérile.» C'est au nom de la religion, c'est au nom des convictions qui unissent et raniment l'âme humaine qu'il faut aller chercher le moyen de rendre la volonté à ces malheureux qui se laissent aller à ces suicides. Disons-le bien haut : il y a des efforts qui ne peuvent être obtenus que par la puissance intérieure du sentiment religieux. C'est lui seul qui peut donner la force nécessaire.» GEORGES PICOT, Président de la Ligue antialcoolique parisienne de la Croix Blanche, (20 nov. 1901).

fortitudinem necessariam ad virtutem temperantiae comparandam, qua efficaciter inordinati appetitus liquorum alcoolicorum tentationi resistitur. [1]

VI. De bonis externis.—Ex obligatione seu officio vitam conservandi, necnon perfectam facultatum naturalium evolutionem promovendi, sequitur obligatio comparandi media necessaria ad illud officium adimplendum. Jamvero illa media sunt bona externa, scilicet, bona fortunae, famae, honoris, libertatis externae, etc. Ergo homo tenetur sibi procurare ista bona prout ad officia implenda sibi sunt necessaria.

Seposita tali necessitate, non tantum homo non tenetur prosperitatem vitae praesentis quaerere, sed, generatim loquendo, neglectio bonorum externorum exercitio virtutis favet, multaque removet pericula in ordine ad finem ultimum consequendum. Non sequitur tamen studium comparandi illa bona esse illicitum; illud enim studium licitum est, dummodo tum ex parte objecti, tum ex parte modi, intra limites legis moralis et conscientiae rectae dictaminis continetur.

---

(1) « Il y a, dans la question de la tempérance, un élément supérieur. Il ne suffit pas de proscrire les boissons, tels que l'absinthe, de combattre les liqueurs perfides, telles que l'eau-de-vie, de favoriser l'usage des boissons saines, ou même d'amener sous la main du consommateur des sources d'eau pure et séduisante, il faut encore, il faut surtout, réveiller chez l'homme le sentiment de la responsabilite morale, le respect de lui-même, l'amour de la famille, l'idée de la patrie et la crainte de Dieu. L'ivresse de nos pères mettait ces grandes pensées dans un oubli passager, l'alcoolisme moderne les éteint sans retour. Faisons donc appel à la fois, à la science, aux mœurs et à la religion. Car l'ennemi que nous avons à combattre ne sera pas facilement vaincu. Il a pour complices tous les mauvais sentiments de l'humanité, tous ses penchants funestes. Il personnifie, au plus haut dégré, l'insubordination de la matière contre l'esprit, l'assujettissement de l'âme aux appétits farouches du corps. Au nom de la famille, de la patrie et de la religion, faisons donc encore une fois appel aux lumières de la science, aux dévouements de la charité et à la prévoyance de la raison d'Etat, pour éloigner de notre patrie bien-aimée des misères morales qui ont leur part dans ses malheurs passés et qui pourraient amener sa ruine. » J.-B. Dumas, savant chimiste, président de la *société française de tempérance*, cité par Maurice Vanlaer, *op. cit.*, pp. 164, 165.

CAPUT QUARTUM

DE OFFICIIS HOMINIS ERGA ALIOS HOMINES

Prologus.—Multa sunt hominis officia erga alios homines, quorum quaedam sunt *moralia* et in caritate fundata, quaedam *juridica* et fundata in justitia. Prima sunt officia positiva et radicem habent in lege caritatis : *ama proximum sicut teipsum.* Secunda sunt negativa et nituntur illo principio : *ne laedas proximum in bonis suis.* Utriusque generis officia sunt naturalia, scilicet, nobis ab ipsa lege naturali imponuntur. Agendum erit igitur in illo capite tum de officiis caritatis, tum de officiis justitiae erga proximum. Bona autem in quibus proximum laedere possumus sunt : vel *bona vitae et corporis,* vel *bona famae et honoris,* vel *bona fortunae.* Ergo caput quartum in quinque dividitur articulos : primus, *de officiis caritatis erga proximum ;* secundus, de *officiis circa bona vitae et corporis*; tertius, *de officiis circa bona animae,* quartus, *de officiis circa bona famae et honoris*; quintus, *de officiis circa bona fortunae,* scilicet, *de jure proprietatis.*

DE OFFICIIS ERGA ALIOS HOMINES

- **De officiis caritatis erga proximum**
  - Justitia et caritas
  - Officia caritatis et officia justitiae.
    - *prima* sunt : positiva, relativa, non obligant ad restitutionem
    - *secunda* sunt : negativa, absoluta, onus restitutionis inducunt.
  - Thesis : Homo tenetur amare proximum sicut seipsum.
  - De ordine amoris erga proximum
  - Praecipua caritatis officia
    - officia humanitatis
    - " beneficentiae
    - " gratitudinis

- **De officiis circa bona vitae et corporis**
  - De homicidio :
    - Thesis.—Homicidium est illicitum
    - Corollaria
  - De injusto aggressore :
    - Thesis.—Licitum est defendere suam vitam etiam cum occisione injusti aggressoris, servato tamen moderamine inculpatae tutelae.
    - Corollaria
  - De duello :
    - Definitio
    - Thesis.—Duellum est illicitum
    - Corollaria
    - Difficultatum solutio

- **De officiis circa bona animae**
  - Vitanda
    - Mendacium
    - Scandalum
    - Servitus
    - Quidquid legitimo libertatis exercitio adversatur
  - De mendacio
    - Definitio
    - Species
    - Malitia intrinseca
    - Corollaria

- **De officiis circa bona famae et honoris**
  - Famae et honoris notio
  - Laesio famae
    - Judicium temerarium
    - Detractio
    - Calumnia
  - Laesio honoris : Contumelia, ad quam reducuntur : irrisio, subsannatio, improperium.

De officiis circa bona fortunae — De jure proprietatis

- Dominii et proprietatis notio
- Dominii species
  - altum
  - humile
    - perfectum
    - imperfectum
      - directum
      - utile
- Dominii objectum
  - Res corporales, incorporales
  - » mobiles, immobiles
  - » fungibiles, non fungibiles
  - » productivae, consumptibiles
- Dominii subjectum : persona physica, persona moralis, seu juridica
- De jure proprietatis existentia :
  - Status quaestionis
  - Philosophorum sententiae
  - Sententia catholica exponitur et demonstratur : *Jus proprietatis est naturale.*
  - Corollaria
  - Sententia communistarum exponitur :
  - Communismus : negativus, positivus :
    - absolutus, moderatus :
      - anarchismus, socialismus
        - socialismus democraticus, agrarius
  - Socialismus refutatur
  - Corollarium
  - Difficultatum solutio
- De modo primitus acquirendi dominium :
  - Thesis.—Factum primigenium quo jus proprietatis in concreto determinatur est occupatio.
- De modis transmittendi dominium :
  - De contractibus
    - definitio
    - conditiones : materia apta, persona capax, forma conveniens
    - species
      - expressus, tacitus
      - nominatus, innominatus
      - unilateralis, bilateralis
      - gratuitus, onerosus
    - liceitas
- De mutuo et contractu fenebri
  - Corollaria
- De jure testandi
- De limitatione juris proprietatis
- De laesione juris proprietatis :
  - Furtum
  - Injusta damnificatio

ARTICULUS I

DE OFFICIIS CARITATIS ERGA PROXIMUM

I. Justitia et caritas.—*Justitia* est *constans et perpetua voluntas suum jus cuique tribuendi.* « *Nemini nocere, reddere cuique suum*[1] », proprium est justitiae quae sese habet ut fundamentum cujuscumque officii perfecti et juridici. Justitiae fundamentum est jus et aequalitas moralis hominum.

Caritas est *amor benevolentiae quo quis vult bonum alicui. Facere aliis quod volumus nobismetipsis fieri*, proprium est caritatis, quae sese habet ut fundamentum officii imperfecti et moralis, quod nulli stricto juri correspondet. Caritatis fundamentum est similitudo naturae quae in omnibus hominibus invenitur. [2]

II. Officia caritatis et officia justitiae.—Plura intercedunt discrimina inter officia justitiae et officia caritatis : *a*) prima sunt *negativa* et obligant *semper et pro semper* ; secunda sunt *positiva*, obligant semper sed non pro semper.

---

(1) Tullius, *De officiis*.

(2) « La charité s'appelle : *bienveillance*, quand elle se borne à vouloir du bien aux autres ;—*bienfaisance*, quand elle se traduit par des actes ;—*pitié*, quand elle a pour cause les souffrances d'autrui ;—*dévouement*, quand elle se manifeste par des sacrifices généreux et constants ;—*héroïsme*, quand elle s'élève aux plus grands sacrifices. » G. Sortais, *Traité de phil.*, t. II, p. 543.

b) Officia justitiae sunt absoluta, sine restrictione nec exceptione ; officia caritatis sunt relativa, considerationem personarum, locorum et temporum admittunt ; nulli hominum est nocendum, sed non sufficientes sumus ad omnibus hominibus serviendum, sed quibusdam secundum considerationem personarum et temporum.

c) Qui prioris generis officia violat, alteri injuriam stricte sumptam infert, et onere stitutionis tenetur ; qui autem alterius generis officia violat, non est absolute *injustus*, quia non laedit jus strictum proximi, nec onere restitutionis tenetur ; qui, v. g., furatur proximum, ad restitutionem tenetur, non autem qui ipsi eleemosynam denegat.

III. Praeceptum generale caritatis. — Omnia caritatis officia fundantur in generali caritatis praecepto : *ama proximum sicut teipsum*, cujus obligatio in sequenti thesi demonstratur.

THESIS.—Homo tenetur amare proximum sicut seipsum.

Status quaestionis.—1° *Homo* sumitur in tota sua universalitate, scilicet, pro quocumque individuo humano.—2° *Tenetur*, obligatione quae a jure naturae procedit, scilicet, officio naturali.—3° *Amare* : amor in genere est « actus appetitus consequens apprehensionem appetentis » ; sed hic sumitur pro « unione affectiva amantis ad amatum ». Amor autem est duplex : amor *benevolentiae* qui quaerit bonum amati ; amor *concupiscentiae*, quo bonum amantis in re amata quaeritur. Hic accipitur amor pro amore benevolentiae et cujusdam amicitiae. Iste enim amor est benevolentiae mutuus, in similitudine naturae fundatus, aliquam bonorum communicationem afferens. — 4° Sub *proximi* nomine veniunt non tantum homines qui nobis conjunguntur consanguinitate, affinitate, vel aliis immediatis relationibus,

sed omnes homines, etiam extranei et inimici. — 5° Vox *sicut* non significat aequalitatem, sed similitudinem, ita ut « dilectio hominis ad seipsum est sicut exemplar dilectionis quae habetur ad alterum : sed exemplar potius est quam exemplatum ; ergo homo magis debet diligere seipsum quam proximum ». (1)

Demonstratio. — 1° Omnes homines participant eamdem naturam. Atqui similitudo est causa amoris. Ergo omnis homo ad amorem tenetur erga proximum.

Ad minorem. « Ex hoc enim quod aliqui duo sunt similes, quasi habentes eamdem formam, sunt quodammodo unum in forma illa ; sicut duo homines sunt idem in specie humanitatis, et duo albi in albedine. Et ideo affectus unius tendit in alterum, sicut et sibi. » (2) Sicut igitur naturam humanam amamus in nobis, eodem pretio ipsam aestimamus in aliis, ideoque alios amare sicut nosmetipsos debemus.

2° Homines sunt omnes socii sub eodem universali omnium principe Deo, omnes conservi sub eodem supremo Domino, omnes ad eumdem finem, nempe ad Deum, tendunt. Atqui socii ad invicem mutuo amore sese diligere debent ; conservi ejusdem domini sibi auxilium ferunt ; qui ad eumdem terminum tendunt sibi mutuo adjuvant. Ergo omnes homines mutuum amorem et auxilium sibi invicem praestare debent.

3° Quicumque alium diligit, consequenter illos diligit quos novit ab eo esse dilectos, vel ei esse conjunctos : *amicus amici est etiam amicus.* Atqui homo Deum diligit quem novit omnes homines diligere, cum quidem omnes homines vocat ad beatitudinem vitae aeternae. Ergo homo sicut diligit Deum, ita omnes alios homines diligere debet propter

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 26, a. 4.
(2) S. Thomas, *Sum theol.*, I-II, q. 26, a. 3. — Cf. *Sum. contra Gent.*, c. 117.

Deum. Unde Jesus Christus, requisitus quodnam esset mandatum magnum in lege, respondit : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem *simile* est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum. »[1]

IV. De ordine amoris erga proximum. — Homo tenetur amare proximum sicut seipsum ; sed, ut notavimus, vox *sicut*, *qualitatem*, non *quantitatem* amoris respicit. Recta enim ratio postulat ut quidam ordo amoris erga proximum habeatur, ita ut, caeteris paribus, magis diligamus eos qui nobis propinquiores sunt. Etenim, cum amor sit quaedam unio affectiva amantis ad amatum, vehementior erit secundum quod amatum propinquius erit amanti. Nullus autem propinquor est alicui, quam ipsemet sibi. Ergo primus amor est erga se, et postea secundum ordinem diliguntur parentes, consanguinei, amici, concives, benefactores, et alii qui patria, fide, aliisque relationibus nobiscum conjunguntur.

V. Praecipua caritatis officia. — Cum ordinatus amor sui sit exemplar amoris proximi, homo fere eadem officia quae erga seipsum, etiam erga proximum habet. Sequentibus principiis continentur : *Quae tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

Officia caritatis erga proximum, vel corpus, vel animam respiciunt, et reducuntur ad officia *humanitatis*, *beneficientiae* et *gratitudinis*.

Prima exhibentur facili negotio et qui illa denegat *inhumanus* dicitur. Talia sunt : consilium dare dubitanti, indicare viam, aquam praestare sitienti, auxilium praestare in casu incendii, vel illi qui versatur in periculo mortis.

---

(1) Matth., XXII, 37 et seq.

Inter officia beneficentiae recensetur praesertim *eleemosynae* officium. *Eleemosyna* est *gratiosa elargitio indigenti facta, rerum materialium magis necessariarum*. In eleemosynis impertiendis *debitus ordo* est servandus. Consanguinei, propinqui ceteris in eadem necessitate versatis praeferendi sunt; ita amici inimicis, cives extraneis, digni indignis. Ad beneficentiam etiam reducuntur quaedam *assistentiae* officia, illa nempe quae onus majus ex parte beneficientis important.

Qui beneficium obtinuit, erga benefactorem officio *gratitudinis* tenetur. *Gratitudo* enim est virtus qua quis obsequens efficitur erga eum a quo beneficium recepit. Gratitudo tria importat : recognitionem beneficii accepti, gratiarum actionem, retributionem pro loco et tempore secundum suam facultatem.[1]

Specialia officia quoad animam respiciunt intellectum et voluntatem : unusquisque caritate tenetur ne alios errorem edoceat, praesertim in his quae pertinent ad religionem; parique obligatione abstinere debet a scandalo, sive verbis, sive scriptis, sive pravo exemplo.

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 107, a. 2.

ARTICULUS II

DE OFFICIIS CIRCA BONA VITAE ET CORPORIS

I. **De homicidio.**—Quemadmodum homo tenetur servare propriam vitam et integritatem corporis, ita tenetur servare eadem bona in proximo, scilicet, vitare debet homicidium.

Homicidium est *injusta occisio hominis*, scilicet, ex privata auctoritate, et extra causam necessariae defensionis contra injustum aggressorem. Dicitur *ex privata auctoritate*, quia publica auctoritate homo occidi potest in poenam perpetrati criminis ; et occisio etiam innocentis ex mandato Dei qui dominium habet mortis et vitae, est justa. Additur *extra casum necessariae defensionis contra injustum aggressorem*, de quo casu in sequenti paragrapho sermo instituetur.

Homicidium est *voluntarium* vel *casuale*, prout occisio hominis intenditur, vel praeter intentionem agentis accidit.

THESIS.—Homicidium est illicitum.

1° Homicidium est injuria in Deum, cujus laeditur jus in vitam hominis.

2° Homicidium est injuria in societatem sive domesticam, sive civilem, quae privatur membro, quod est contra ejus integritatem, securitatem et prosperitatem.

3° Homicidium est injuria in ipsum occisum, qui jus habet ad vitam servandam, quod jus ab homicida violatur. Non tantum igitur legis divinae positivae, sed etiam legis divinae naturalis praeceptum datur : *non occides*.

Corollaria.— 1° Idem dicendum est de quacumque injusta mutilatione et laesione corporis alieni, ac de homicidio. Integritas enim membrorum est jus cujus violatio injuriam constituit. Vulneratio, verberatio ea n lege prohibentur ac homicidium.

2° Contra illam legem agunt parentes qui necessaria filiis suis denegant ; medici qui culpabili ignorantia ad infirmos curandos accedunt ; venditores qui in cibariis elementa sanitati contraria introducunt.

II. De injusto aggressore.— Occisio hominis, ex privata auctoritate, est illicita extra casum necessariae defensionis contra injustum aggressorum ; sed in tali casu homo potestne propria auctoritate defendere suam vitam, mortem inferendo aggressori injusto? Cui quaestioni respondetur sequenti propositione.

THESIS.—LICITUM EST DEFENDERE SUAM VITAM ETIAM CUM OCCISIONE INJUSTI AGGRESSORIS, SERVATO TAMEN MODERAMINE INCULPATAE TUTELAE.

Status quaestionis. 1° Dicitur *licitum* defendere vitam suam, etiam cum nece aggressoris, unde non est obligatio; quis enim caritate, nisi jus tertii aliud exigat, potest se non defendere et cedere propriam vitam, ne aggressor damnationi aeternae exponatur.

2° Dicitur *servato moderamine inculpatae tutelae*. Tutela *inculpata* seu *sine culpa*, tria requirit : *quoad causam*, aggressio debet esse injusta, scilicet, nulla lege justa imperata ; non potest igitur illud jus exerceri contra mandatarios auctoritatis publicae legitimo mandato munitos.

b) Quoad tempus, aggressio debet esse actualis, seu non licet occidere aggressorem nisi in ipso actu aggressionis : non ante, quia cum aggressio non datur, nec jus defensionis ; nec post, quia defensio haberet rationem vindictae.

c) Quoad modum, defensio non debet aggressionem excedere, sed malum tantum inferat aggressori quod necessarium est ad vitam salvandam ; hinc non licet occidere aggressorem si vita sit tuta fugiendo, clamando, vel aggressorem leviter vulnerando.

Demonstratio.—1° Licitum est jus suum defendere, vim vi repellendo, cum moderamine inculpatae tutelae ; aliter enim omne jus esset illusorium. Atqui homo jus habet ad vitam servandam. Ergo potest ipsam defendere vim vi repellendo, etiam cum occisione injusti aggressoris.

2° Licitum est ponere actum ex quo duplex effectus sequitur, unus bonus et alter malus, dummodo illi effectus aeque immediate producantur, et effectus malus sit praeter intentionem agentis. Atqui ex actu seipsum defendentis duplex effectus aeque immediate producitur, unus bonus qui intenditur, conservatio propriae vitae (1), et unus malus occisio invadentis, quae est praeter intentionem defendentis. Ergo licitum est defendere suam vitam etiam cum occisione injusti aggressoris, servato tamen moderamine inculpatae tutelae.

« Nihil prohibet unius actus esse *duos* effectus : quorum *alter* solum sit in intentione, *alius* vero sit praeter intentionem : morales autem actus recipiunt speciem secundum id quod intenditur, non autem ab eo quod est praeter intentionem, cum sit per accidens. Ex actu ergo alicujus seipsum defendentis *duplex* effectus sequi potest : *unus* quidem conservatio propriae vitae ; *alius* autem occisio invadentis : actus ergo hujusmodi, et hoc quod

(1) « Le droit de défense, c'est le droit de conservation mis en acte en une circonstance donnée. » Rossi.

intenditur conservatio propriae vitae, non habet rationem illiciti; cum hoc sit cuilibet naturale, quod se conservet in esse quantum potest. Potest tamen aliquis actus ex bona intentione proveniens, illicitus reddi, si non sit proportionatus fini; et ideo si aliquis ad defendendam propriam vitam utatur majori violentia quam oportet, erit illicitum: si vero moderate violentiam repellat, erit licita defensio, nam secundum jura vim vi repellere licet cum moderamine inculpatae tutelae. »[1]

3° Ex absurdo quod sequeretur ex contraria hypothesi. Melioris conditionis enim foret vita injusti aggressoris, quam innocentis viri aggressionem patientis, et ex hoc publica securitas in periculum vocaretur.

Corollaria.—1° Quae de defensione vitae dicta sunt, eadem, servato debito moderamine, de defensione membrorum, libertatis, bonorum materialium magni momenti et pudicitiae valent. Securitas enim publica postulat, ut ista bona possint per vim defendi, usque ad occisionem aggressoris.

2° Contra aggressionem amentis et ebrii, eadem defensio licita est, quia aggressor, etsi non formaliter, saltem materialiter et *objective* est injustus.

III. De duello.—*Duellum* est *certamen singulare duorum vel plurium, ex condicto susceptum, privata auctoritate, privata de causa, et armis ad occidendum vel vulnerandum aptis.* [2]

Dicitur *a*) *ex condicto susceptum*, designato scilicet loco et tempore; in quo quidem duellum differt a rixa, quae repentino fit, nulla mora interjecta, ex irae aestu inita.

Dicitur *b*) *privata auctoritate, privata de causa*, quia agitur de *duello privato*, quod distinguitur contra duellum publicum, ex auctoritate publica susceptum. Duellum publicum

---

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, II-II, q. 64, a. 7.

(2) « Deux hommes du peuple qui se battent à coups de couteaux sont des coquins; mais allongez les armes, faites-en des épées, voilà ce qu'on appelle une affaire d'honneur. » J. DE MAISTRE.

duplex exstitit : duellum ex publica causa, ut fuit certamen singulare inter David et Goliath, seu inter Horatios et Curiatios ; et duellum ex privata causa, quod dictum est *judicium Dei*. Primum potest esse licitum, cum enim princeps potest milites periculis justi belli exponere, ita periculis duelli. Secundum est illicitum, superstitiosum, et semper ab Ecclesia fuit reprobatum. Hic quidem sermo fit de duello privato tantum, quod jure naturae est prohibitum. Unde

THESIS.—Duellum est illicitum.

1° Duellum habet malitiam suicidii et homicidii. Ergo duellum est illicitum.

a) Duellum habet malitiam suicidii.—Duellum est actus quo quis se exponit periculo mortis absque rationabili et justa causa. Atqui sese exponere periculo mortis absque rationabili et justa causa est actus irrationalis, naturali prudentiae oppositus, atque intrinsece injustus injustitia suicidii. Ergo duellum est actus habens suicidii malitiam.

b) Duellum habet malitiam homicidii.—Duellum est actus impetendi privata auctoritate vitam alterius, citra necessitatem defensionis. Atqui actus impetendi privata auctoritate vitam alterius, sine necessitate defensionis, est actus intrinsece malus malitia homicidii. Ergo duellum est actus intrinsece malus malitia homicidii.

2° Duellum illicitum in se, est etiam illicitum in suis causis finalibus. Causae enim finales duelli, prout nunc agitur, sunt vel honoris reparatio, vel amor vindictae. Atqui nullus datur nexus naturalis inter ista motiva et exitum certaminis qui a majori virium firmitate, dexteritate manuum, vel artis gladiatoriae peritia communiter dependet. Igitur duellum non est medium proportionatum hisce finibus. Insuper vindicta a privatis sumenda est illicita ; recurrendum est enim superiori societatis.

Corollaria.—1° Qui in duello occiditur, suicidii reus est, et qui alium occidit, homicidium committit.

2° Non licet acceptare duellum, vel multo magis, ipsum indicere, ad evitationem ignominiae, quatenus vilis reputatur qui duellum refutat. (1)

3° Sapientissime igitur Ecclesia catholica duellum semper damnavit, censurasque edixit contra duellantes, patrinos, testes et spectatores.

Difficultatum solutio.

1° Licitum est adhibere medium aptum et unicum ad honorem tuendum vel reparandum. Atqui duellum est medium aptum et saepe unicum ad honorem tuendum vel reparandum. Ergo duellum est licitum.

Dist. maj. medium bonum, *conc.*; medium quodcumque etiam malum, *nego.*

Dist. min. Duellum est medium aptum natura sua, *nego*; per accidens et perversa hominum opinione, *conc.*

2° Atqui duellum est medium aptum natura sua. Ergo.

Illud est medium aptum natura sua ad honorem tuendum, cujus recusatio ignominiam importat. Atqui qui duellum recusat, nota ignominiae deprimitur. Ergo duellum est medium aptum natura sua ad honorem tuendum.

Dist. maj. apud eos qui de honore et virtute *recte* sentiunt. *nego*; apud eos qui de honore et virtute *perverse* sentiunt, *conc.*

Contrad. min., nego consequens et consequentiam. (2)

---

(1) « Quand il serait vrai qu'on se fait mépriser en refusant de se battre, quel mépris est le plus à craindre, celui des autres en faisant bien ou le sien propre en faisant mal ? Croyez-moi, celui qui s'estime véritablement lui-même est peu sensible à l'injuste mépris d'autrui, et ne craint pas d'en être digne ; car le bon et l'honnête ne dépendent point du jugement des hommes, mais de la nature des choses ; et quand toute la terre approuverait l'action que vous allez faire, elle n'en serait pas moins honteuse. » J.-J. Rousseau. *La Nouvelle Héloïse*, p. I, lettre 37.

(2) « L'honneur véritable consiste dans la dignité et la valeur morale, que le duel moyen physique, ne peut ni donner, ni restituer. Si par honneur, on entend l'estime des autres, il faut distinguer entre l'appréciation des hommes éclairés et honnêtes, la seule qui compte, et le verdict de l'opinion frivole. L'estime des premiers ira à celui qui aura le courage de refuser le duel ; l'approbation de la seconde lui fera défaut ; mais il peut s'en passer parce qu'elle est méprisable, et il le doit parce qu'il faudrait l'acheter au prix du devoir, qui l'oblige au respect de la vie en lui-même et dans les autres. » Sortais, *Tr. de phil.*, t. II, p. 548.

3º Atqui duellum est medium aptum etiam apud eos qui recte sentiunt de honore et virtute. Ergo.

Ad rectam honoris et virtutis rationem pertinet vindictam sumere pro offensis. Atqui duellum est quandoque unicum medium ad vindictam sumendum. Ergo.

Dist. maj. auctoritate publica vindictam sumere, *conc.*; auctoritate privata, *nego.*

Contradist. min., nego consequens et consequentiam.(1)

4º Atqui duellum est saltem licitum viro militari «qui, nisi offerat et acceptet duellum, tanquam vir formidolosus, timidus, abjectus, et ad officia militaria ineptus haberetur.»

Haec sententia damnata est a Benedicto XIV. Principia enim legis naturalis quae duellum illicitum faciunt, sunt absoluta et exceptiones non patiuntur. Coeterum haec sententia est falsa: alia sunt media quibus certius apparet virtus militaris.(2)

---

(1) « Gardez-vous de confondre le nom sacré de l'honneur avec ce préjugé féroce qui met toutes les vertus à la pointe d'une épée et n'est propre qu'à faire de braves scélérats. En quoi consiste ce préjugé ? Dans l'opinion la plus extravagante qu'on a jamais tort avec un homme pourvu qu'on le tue. » J. J. Rousseau.

(2) « C'est une opinion sotte et indigne d'un homme sensé, celle qui prétend qu'il faut strictement interdire ce genre de combat aux civils, mais le permettre aux soldats, parce qu'un tel exercice aiguise, disent-ils, le courage militaire. D'abord le *bon* et le *mauvais* diffèrent de leur nature, et ils ne peuvent se changer l'un en l'autre parce que la situation des personnes change. Les hommes dans quelque condition de vie qu'ils se trouvent, sont tous tenus également à l'observation de la loi divine et naturelle. En outre, cette indulgence pour les soldats devrait tirer sa raison de l'utilité publique, laquelle ne sera jamais si grande que son obtention étouffe la loi naturelle et divine. Et si la raison même d'utilité manque ?—L'exercice du courage tend à rendre la cité mieux préparée contre ses ennemis. Cet avantage pourra-t-il être atteint par une coutume qui de sa nature, vise, en cas de dissensions entre soldats,—et les causes n'en sont pas rares,—à faire périr l'un ou l'autre parti, défenseurs de la patrie.» Léon XIII. *Lettre apostolique sur le duel,* 12 sept. 1891.

« En Angleterre, où le duel est puni par les lois, et réprouvé par les mœurs, on se tient bien devant l'ennemi On n'a pas besoin, pour y faire bonne figure, de s'être escrimé au coin d'un bois contre un camarade. L'armée, où passent tous nos enfants, fait partie de la famille nationale, et notre premier intérêt comme notre première volonté, c'est qu'on lui apprenne à respecter la loi de Dieu.» Jules Simon.

ARTICULUS III

DE OFFICIIS CIRCA BONA ANIMAE

(DE MENDACIO)

I. De officiis erga proximum circa bona animae.—Officia hominis erga proximum, circa bona animae, respiciunt vel intellectum, vel voluntatem. Jamvero intellectus ad verum, voluntas ad bonum, jus habent. Ergo officia hominis circa bona ista consistunt in obligatione vitandi ea omnia quae proximi juribus nocere possunt, sive in cognitione veritatis sibi debitae accipienda, sive in libera boni operatione exercenda. Quapropter vitanda sunt, et *mendacium* quod veritati opponitur, et *scandalum* quo a bono perficiendo homo retrahitur, et ipsi praebetur occasio ruinae spiritualis, et *servitudo* qua libertas et personalitas humana destruitur, et omne id quod legitimo libertatis exercitio adversatur. Sermonem instituemus in specie de mendacio.

II. De mendacio.—*a)* **Definitio.**—*Mentiri* est *contra mentem ire*; unde *mendacium* dicitur *locutio contra mentem.* Opponitur mendacium veritati morali, seu veracitati, quae est *adaequatio sermonis cum cogitatione loquentis*; quapropter,

N.B. 1) cf. [illegible] 245.
[illegible] à la vérité —
cf. Revue des sciences ecclésiastiques, mars 1900.

mendacium falsitas moralis dici potest, et in *inadaequatione sermonis cum cogitatione loquentis* consistit.

Ad mendacium tria requiruntur : *a*) voluntas dicendi falsum ; *b*) locutio, seu usus signi ; *c*) significatio judicio mentis contraria, *saltem ex opinione loquentis.*

Quis autem potest dicere falsum tripliciter : *materialiter, formaliter, effective.* Falsitas *materialis* habetur, quando quis affirmat aliquid quod putat esse verum, dum falsum est, vel negat aliquid quod putat esse falsum, quod quidem verum est. In hoc autem nullum habetur mendacium, cum habeatur conformitas seu adaequatio sermonis cum mente.— Falsitas *formalis* habetur quando quis aliquid affirmat quod judicat esse falsum, vel negat aliquid quod judicat esse verum. Falsitas illa essentiam mendacii constituit, cum sit locutio contra mentem, et deficiat adaequatio sermonis cum mente seu cogitatione loquentis. Falsitas *effectiva* habetur quando deceptio in mente audientis producitur. Falsitas effectiva non est de essentia mendacii, sed effectus ejus. Mendacium igitur consistit in falsitate formali, scilicet, in difformitate locutionis cum mente seu conceptu, ideoque est difformitas non a veritate objectiva, sed subjectiva. « In hoc est malum mendacii, ait S. Augustinus, ut aliud sit clausum in pectore, aliud promptum in ore.»

2° **Mendacii species.** —Triplex distinguitur mendacii species : mendacium *jocosum*, quod fit ex joco et sola nugandi causa ;– *officiosum*, quod utilitatis suae vel alienae gratia profertur ; — *perniciosum*, quo mediante damnum alicui infertur.

Ad mendacium referuntur simulatio, hypocrisis, adulatio quae etiam veritatem offendunt.

3° **Mendacii intrinseca malitia.**—Mendacium aliquando esse licitum docuerunt, apud veteres, Plato, Origienes, Cassianus; apud recentiores vero, Grotius, aliique Protestantes, qui dixerunt mendacium non esse malum, nisi ex eo aliquod

damnum proximo deveniat. Contra ipsos demonstratur intrinseca mendacii malitia.

THESIS. — MENDACIUM EST INTRINSECE MALUM.

a) Adversatur ordini naturae. — Illud est intrinsece malum quod recto ordini naturae repugnat. Atqui mendacium recto ordini naturae repugnat. Ergo mendacium est intrinsece malum.

Ad minorem. — Recto naturae ordini repugnat rem adhibere contra finem a natura ipsi praestitutum. Atqui id fit per mendacium. Etenim locutio instituta est ad exprimendos mentis conceptus, eosque aliis hominibus manifestandos: verba sunt signa idearum. Jamvero mendacium est locutio contra mentem. Ergo mendacium ordini naturae repugnat.

«Cum voces naturaliter sunt signa intellectuum, innaturale est et indebitum, quod aliquis voce significet id quod non habet in mente ». [1]

2° *Mendacium est injuria in proximum.* — Veritas enim est bonum intellectus, et si homo non habet jus ad omnia cognoscenda, jus habet tamen ad hoc ut non decipiatur. Atqui mendacium ordinatur natura sua ad proximum decipiendum, Ergo mendacium est injuria in proximum.

3° *Mendacium est injuria in societatem.* — Deus, naturae auctor, vult omnes homines in societate convivere. Atqui sine veracitate societas humana consistere nequit, scilicet, mendacium humanam societatem destruit : humana enim societas innititur mutua sociorum inter se fide, et haec mutua fides innititur veracitate et destruitur mendacio. Ergo mendacium est injuria in societatem.

« Quia homo est animal sociale, naturaliter unus homo debet alteri id sine quo societas humana servari non potest.

---

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, II-II, q. 110, a. 3.

Non autem possent homines ad invicem convivere, nisi sibi invicem crederent, tanquam sibi invicem veritatem manifestantibus ». [1]

4° **Corollaria.** — 1° Non mentiuntur qui asserunt falsum quod credunt verum, error autem, non mendacium habetur. E contra mentiuntur qui verum dicunt quod falsum reputant, quia contra mentem loquuntur

2° Aliud est mentiri, aliud celare veritatem. Primum est in se malum, et nunquam potest fieri licitum. Secundum non est in se malum, sed licitum invenitur modo *a)* malitia mendacii in ipso non reperiatur, *b)* detur causa proportionate gravis, *c)* audienti nullum sit jus veritatem illam cognoscendi. [illegible] cf. pag. 214. note

3° Idem dicendum est de *restrictione late mentali* ac de actu celandi veritatem. Restrictio enim mentalis est duplex : restrictio *stricte* mentalis et rectricrio *late* mentalis. Prima est actus mentis locutionem ex se duplicem sensum habentem detorquentis ad sensum minus obvium qui nullo modo ab audiente percipi potest. Nunquam licet uti tali restrictione ex qua necessario decipitur audiens.

Secunda, nempe restrictio late mentalis est actus mentis restringentis locutionem duplicem sensum habentem, ad sensum minus obvium, qui tamen ex adjunctis percipi potest. Licet vero uti ejusmodi lata restrictione, dummodo adsit justa causa, et audienti non sit jus veritatem cognoscendi.

[illegible]

(1) S. Thomas, *Sum. theol.* II-II, q. 109, a. 3. ad. 1.

ARTICULUS IV

DE OFFICIIS CIRCA BONA FAMAE ET HONORIS

I. Famae et honoris notio. – Bona fama est bona aestimatio, qua quis gaudet apud alios, viri probi et honesti. Quaelibet perfectio, quae hominem laudabilem reddit, hanc bonam aestimationem apud alios producit, sed maxime virtus. Externa manifestatio quae fit de alicujus excellentia, dicitur honor.

Inter bona exteriora praeeminet fama, cum sit fons plurium bonorum, nempe fidem conciliat, amicos generat, commercium facilitat. « Melius est bonum nomen, quam divitiae multae.» (1) Hinc merito homines curant et curare debent ut bonam famam acquirant, et ipsam acquisitam conservent.

II. De laesione famae. – Bona fama alterius injuste laeditur, interne *judicio* temerario, externe *detractione*.

Judicium temerarium est firmum judicium de defectu proximi sine sufficiente ratione. Ad ipsum reducitur *suspicio tameraria*, quae est inclinatio ad assensum de malo proximi ex insufficienti ratione. Illud judicium quando est plene deliberatum, de malo gravi, et ratione manifesto

(1) Prov. XXI, 1.

insufficienti innixum, graviter laedit famam proximi, ideoque est graviter malum.

Detractio est injusta et occulta violatio famae alienae ex revelatione alicujus criminis. Si fama proximi violetur revelatione criminis falsi, dicitur haec violatio *calumnia* ; si vero revelatione criminis veri, retinet nomen detractionis. Detractio autem quaecumque sit est injuria proximo illata, et detractor tenetur ex justitia ad reparandam famam injuste ablatam, et damnum ex detractione proveniens. Dicitur *injuste ablatam*, quia si revelatio criminis veri fiat justa de causa, non habetur injuria.

III. De laesione honoris. — Honor laeditur contumelia. *Contumelia* autem est injusta honoris laesio praesenti et scienti irrogata. Praesens aliquis esse potest, vel *personaliter* seu *physice*, vel *moraliter* per imaginem seu per aliud in quo aliqua ratione repraesentatur. Contumelia fieri potest dupliciter *negative*, per omissionem honoris hic et nunc debiti ; *positive*, tum verbis, tum factis aut signis contemptus. Hinc ad contumeliam reducuntur : *irrisio*, qua quis verbis et risu contemnitur ; *subsannatio*, qua quis gestibus ridiculis irridetur ; *improperium*, quo alicui inopia vel alius defectus exprobatur.

Contumelia est gravior injuria quam detractio, et strictam inducit obligationem restituendi honorem, et reparandi damna, si quae subsecuta fuerint.

ARTICULUS V

DE OFFICIIS CIRCA BONA FORTUNAE

(DE JURE PROPRIETATIS)

I. **Dominii et proprietatis notio.** — Dominium, lato sensu sumptum, est facultas disponendi de re aliqua vel actione tanquam sua. Hoc generaliori sensu comprehenditur tum dominium jurisdictionis quod in potestate regendi subditos consistit, tum dominium proprietatis, de quo hic agitur.

Proprietas ab *appropriatione* dicitur, secundum quod quis proprietatem habet, in quantum rem sibi propriam facit. In *jure romano* proprietas definitur : *jus utendi, fruendi, abutendi.* (1) Potest autem definiri proprietas seu dominium proprietatis : *jus disponendi de re tanquam sua, quatenus juris ratio patitur.*

Dicitur 1° *jus,* scilicet, facultas moralis quam nemini absque aliqua injuria violare licet.

(1) « Le droit romain décomposait le droit de propriété dans le *jus utendi, fruendi, abutendi. Uti,* c'est se servir de la chose ; *frui,* c'est en recueillir les fruits; *abuti,* c'est en faire un usage définitif quant au propriétaire, en disposer au sens le plus large du mot. » Gustave Tljery, *Exploiteurs et salariés,* p. 11.

Dicitur 2° *disponendi*, scilicet, *utendi*, *fruendi*, *abutendi*, pro lubitu.

Dicitur 3° *de re*, scilicet, de substantia rei ejusque utilitate.

Dicitur 4° *tanquam sua*, scilicet, in proprium commodum exclusione aliorum.

Dicitur 5° *quatenus juris ratio patitur*, quia haec disponendi facultas limitari potest a lege cujus est determinare et regulare usum et transmissionem proprietatis, intuitu boni communis.

Haec autem definitio respicit proprietatem *subjective* et *formaliter* sumptam. *Objective* vero et *materialiter* proprietas etiam dicitur de re ipsa cujus quis est dominus. Actualis detentio proprietatis objective acceptae dicitur *possessio*.

II. Dominii proprietatis species.—1° Dominium proprietatis duplex distinguitur : dominium *altum*, dominium *humile*.

Dominium *altum* seu *publicum* (dominium improprie dictum) est *facultas quae supremae auctoritati competit disponendi de bonis privatorum*, v. g. de agro tuo ad viam construendam. Dicitur dominium improprie dictum, quia suprema auctoritas non habet jus disponendi pro lubitu de hisce bonis, sed tantum ratione necessitatis publicae vel gravissimae utilitatis ; quod quidem fieri debet absque personarum acceptione, et ordinarie cive facto indemni. (*Droit d'expropriation*).

Dominium *humile* seu *vulgare* est dominium proprie dictum, scilicet, *facultas privatorum disponendi de re tanquam sua, quatenus juris ratio patitur.*

2° Dominium humile dividitur in *perfectum* seu *plenum* et *imperfectum* seu *semi-plenum*.

Dominium *perfectum* est jus disponendi tum de re ipsa, tum de ejus utilitate,

Dominium *imperfectum* est jus disponendi vel de re ipsa, vel de ejus utilitate, non autem de utroque.

3° Dominium imperfectum aliud est *directum*, aliud *indirectum* seu *utile*.

Dominum *directum* seu *nudae proprietatis*, est illud quod respicit solam rei substantiam.

Dominum *indirectum* seu *utile* est illud quod, absque rei proprietate, habet usum vel fructum, vel conjunctim usumfructum : respicit nempe solam rei utilitatem.

III. De objecto dominii proprietatis.—Propria dominii objecta sunt bona fortunae et res exteriores quae hominis usui subjiciuntur. Res autem quae in dominio hominis esse possunt, dividuntur:

1° In *corporales* et *incorporales*. *Corporales* sunt illae quae sensibus percipiuntur, ut vestes, domus. *Incorporales*, illae quae intellectu tantum percipiuntur ; consistunt in aliquo jure, v. g., jus fruendi, utendi, obligatio.

2° Res corporales dividuntur in *mobiles* et *immobiles*.

Mobiles dicuntur quae absque sui mutatione, loco moveri non possunt, eo quod solo, vel domui adhaerent.

3° Res mobiles dividuntu in *fungibiles* vel *non fungibiles*.

Res *fungibiles* sunt illae quae fungi possunt vice aliarum rerum ejusdem speciei, quia in ipsis solum quantitas et qualitas, non autem individuum attenditur; v. g., ut sunt panis, lignum, pecunia, etc. Res vero *non fungibiles* sunt illae quae in sua propria natura tradi debent, v. g., pictura.

4° Res aliae sunt *productivae*, aliae *consumptibiles*.

Res *productivae* sunt illae quae ad productionem, i. e. ad procreationem novorum bonorum adhibentur; res *consumptibiles* sunt illae quae immediate consumuntur dum ad usum adhibentur.

IV. De subjecto dominii.—Subjectum juris proprietatis est persona vel *physica* vel *moralis* seu *juridica*. Ubi autem subjectum juris proprietatis est societas perfecta, societas civilis vel Ecclesia, proprietas dicitur *publica*, secus dicitur

privata. Proprietas privata est *collectiva* vel *individualis*, prout subjectum ejus est aliqua communitas (imperfecta) vel aliquod individuum.

V. De existentia juris proprietatis privatae.—1° Status quaestionis.—Quaestio proponitur de existentia juris proprietatis. Certum est quidem Deum titulo creationis esse dominum absolutum omnium rerum, nullumque igitur dominium inesse hominibus quin sit a Deo. Unde quaeritur utrum Deus, auctor naturae, hominibus dederit jus proprietatis in res externas; concedit-ne illud jus ipsi soli societati, vel etiam ipsis individuis privatis?

2° **Philosophorum sententiae.**—Triplex datur sententiae philosophorum de existentia proprietatis:

Prima sententia est communistarum, qui jus proprietatis privatae denegant, et docent omnia bona esse communia.

Secunda sententia est eorum, qui jus proprietatis privatae admittunt, sed falsum fundamentum ipsi assignant, dicendo ipsum derivatum esse vel a lege civili, ut Montesquieu, Kant. Hobbes ; vel a quodam pacto inter homines inito, ut Grotius, Puffendorfius ; vel ex jure hominis ad fructum sui laboris, ut Locke, H. Georges, etc.

Tertia sententia est catholicorum, qui universaliter affirmant jus proprietatis etiam privatis competere, et ex jure naturali illud jus derivari.

3° **Sententia catholica exponitur et demonstratur.**—Communis est hodie inter catholicos sententia affirmans, cum Leone XIII, jus proprietatis privatae esse a «lege naturali sancitum » [1] et «possidere res privatim ut suas est jus homini a natura datum. » [2]

---

(1) Littera encyclica, 28 dec. 1878.
(2) *Rerum novarum*.

Distinguere est tamen jus proprietatis *in abstracto* consideratum, seu facultatem moralem acquirendi et possidendi dominia generatim et indiscriminatim sumpta, et jus proprietatis *in concreto*, seu facultatem acquirendi et possidendi hoc determinate bonum, scilicet, talem agrum, talem domum. Jus autem proprietatis in abstracto fundatur in natura, quae omnibus hominibus concedit facultatem moralem acquirendi et possidendi bona tanquam sua. Jus vero proprietatis in concreto fundatur in aliquo facto, seu titulo, vi cujus haec res determinata fit proprietas unius non autem alterius. Hic agitur de jure proprietatis in abstracto considerato.

THESIS.—Jus proprietatis est naturale

1° *Ex ratione propriae conservationis.*—Homo jus habet a natura et officium conservandi vitam suam. Atqui illud jus a natura inditum esse non potest sine jure proprietatis. Ergo jus proprietatis est naturale.

Ad minorem.—Etenim si homo habet jus conservandi vitam suam, jus habet etiam utendi rebus externis ad suam subsistentiam necessariis, atque excludendi caeteros ab usu rerum quibus hic et nunc indiget. Insuper homo non tantum praesentibus sed etiam futuris necessitatibus providere debet, unde necessitas possidendi modo permanenti, aliisque exclusis, bona productiva stabilia quibus sibi providebit tempore hiemis, morbi, senectutis. Haec autem necessitas clarius adhuc apparet, si naturam et indigentias familiae consideramus. « Matrimonium enim, ex intentione naturae, ordinatur ad educationem prolis. Unde de lege naturae est, quod parentes filiis thesaurizent, et filii parentum haeredes sint ». [1] Atqui jus acquirendi, utendi, possidendi modo stabili, res exclusione aliorum est jus proprietatis. Ergo

(1) S. Thomas, *Sum. theol.* suppl. p. 3, q. 67, a. 1.

homo non potest attendere ad conservationem vitae suae et aliorum qui sibi commendati sunt a natura, sine jure proprietatis.

2° *Ex ratione propriae perfectibilitatis.*—Homo enim ad beatitudinem perfectam alterius vitae vocatus, jus habet etiam sibi procurandi imperfectam felicitatem praesentis vitae quae in naturali evolutione et progressiva perfectione facultatum suarum consistit. Atqui ad perfectionem illam acquirendam requiritur jus proprietatis. Etenim sine jure proprietatis individuae, nullus esset stimulus in laborando, nullusque igitur progressus in scientiis et artibus. Caeterum ubi deest possessio bonorum stabilium, deest etiam independentia ad studium necessaria. Ergo ex jure et officio naturali sese perficiendi, oritur in homi[illegible] jus ad bona stabilia possidenda. [1]

3° *Ex jure hominis ad fructum propriae activitatis suae.* Quemadmodum effectus causae tribuitur, ita homini tribuenda sunt quae habentur tanquam effectus activitatis ipsius. Activitas enim est aliquid personae humanae quae domina

(1) « Le droit d'acquérir des biens extérieurs est un droit naturel, parce qu'il résulte de la nature même de l'homme. En effet : 1° l'homme a le devoir de conserver sa vie ; il a par conséquent le droit de se procurer les objets de consommation *nécessaires à sa subsistance.*—2° Les besoins à satisfaire pour sa conservation étant habituels, l'homme a droit d'y pourvoir en acquérant des biens productifs permanents : v. g. fonds de terre, A des besoins stables doivent en effet correspondre des *ressources stables.* —3° L'homme est exposé à la maladie, aux accidents, à la vieillesse ; pour y remédier, il doit amasser *au delà du nécessaire.*—4° L'homme est perfectible dans l'ordre intellectuel et moral ; or, pour développer ses facultés, il lui faut une certaine indépendance à l'égard des moyens d'existence ; le droit de propriété s'étend donc du nécessaire à *l'aisance.*—5° L'homme est fait pour fonder une famille. La nature lui inspire de nourrir et d'élever ses enfants, de se préoccuper de leur *avenir* en leur créant un patrimoine, parce qu'ils sont un prolongement de la personne du père. Le fondement du droit abstrait de propriété, c'est donc le devoir de vivre, de conserver, de développer la vie et de la transmettre dans de bonnes conditions à ses enfants. » G. Sortais, *Tr. de phil.* t. II, pp. 557.

est facultatum suarum, ideoque fructum laborum suorum. Atqui activitas humana exercetur circa res externas, eas perficit, fructuosasque reddit. Ergo perfectio rerum externarum ab activitate humana producta, est quid de hominis personalitate, et cum sit inseparabilis a re ipsa, sicut homo jus habet ad fructum propriae activitatis, ita ad rem quae inseparabilis est a tali fructu. Igitur proprietas sese habet ut extensio personalitatis humanae. (2)

4° **Corrollaria.** — 1° Jus proprietatis non fundatur in lege civili. Illud jus enim necessarium est homini individuo; individua autem et familiae sunt statu civili antiquiores. Ergo etiam jus proprietatis antecedit civitatem et legem civilem.

2° Jus proprietatis non fundatur in pacto aliquo primigenio inter homines inito. Illud pactum gratis asseritur; caeterum non obligaret nisi eos qui pactum inierunt, non autem posteros.

3° Jus proprietatis unice repeti non potest a jure hominis ad fructum sui laboris. Multa enim inveniuntur quae sunt objectum proprietatis, quae quidem a labore hominis sunt independentia.

5° **Sententia communistarum exponitur.**—*a) Communismus* est systema eorum qui proprietatem privatam rejicientes, omnia bona dicunt esse communia.

b) Bona possunt esse communia dupliciter: *positive*, cum singulis membris condominium in eamdem proprietatem

---

(2) « Ce qui rend un champ meilleur s'incorpore au sol et se confond tellement avec lui qu'il serait en grande partie impossible de le séparer. Enlever le sol à celui qui le cultive ce serait le priver du fruit même de son labeur qui l'a transformé. L'objet approprié et élaboré est donc pour ainsi dire, marqué au sceau de la *personne* ; il devient respectable comme elle, car l'occupation et le travail sont l'expression de sa volonté, et l'empreinte de son activité libre. La propriété est donc comme *un prolongement de la personnalité.*» G Sortais, *op. cit.*, t-II, p. 559.

competit; *negative*, cum nullus dominium in rem habeat, ita ut res nullius dicitur communis. Unde communismus est duplex: *negativus* et *positivus*.

Communismus negativus est systema eorum qui denegant quodcumque dominium positivum, ita, res omnes sunt nullius, ideoque communes omnibus et singulis qui possunt uti qualibet re prout ipsi placuerint.

Communismus positivus est systema eorum qui admittunt jus proprietatis positivum, sed illud dicunt competere communitati non autem privatis.

c) Communismus positivus est duplex: *absolutus* et *moderatus*.

Communismus absolutus docet omnia bona esse communia, et tum productionem, tum distributionem ipsorum ad communitatem pertinere, ita ut prandia, dormitoria, omnia quidem sint communia, prout fit in communitatibus religiosis.

Communismus moderatus sola bona productiva ad communitatem transfert, alia autem bona possunt esse privatorum.

d) Communismus moderatus subdividitur in *anarchismum* et *socialismum*.

Anarchismus est systema eorum, qui, ducente Bakunin, docent omnia bona productiva in dominium inalienabile *municipiorum* vel *societatum operariorum* inter se independentium, negata quacumque publica auctoritate, vi et violentia esse transferenda.

Socialismus est systema eorum qui docent omnia bona productiva in dominium totius societatis civilis esse transferenda, non autem vi et violentia, ut volunt anarchistae, sed mediis politicis, v. g. electionibns, legislatione.

e) Socialismus seu *collectivismus* duplicem praecipue formam induit, et distinguitur in socialismum *democraticum* seu *industrialem*, et in socialismum *agrarium*.

Socialismus democraticus, cujus magister praecipuus exstitit Karl Marx (n. Treviris 1818, m. Londini 1883) definitur : *systema oeconomico-politicum, quod, translato in totam societatem civilem dominio omnium bonorum productivorum, ipsi societati democratice constitutae ordinationem tum productionis tum distributionis ipsorum tribuit.*

Socialismus agrarius, cujus patroni exstiterunt H. George in Statibus Foederatis Americae, S. Mill in Anglia, et de Laveleye in Belgio, in dominium societatis transferre contendit, non omnia bona productiva, sed bona productiva *immobilia* tantum, scilicet, solum (agros, prata, silvas, fodinas, etc.), alia bona productiva in dominio privato relinquens.

4° **Socialismus refutatur.**—Socialistarum doctrinae proponuntur, ut remedium efficax contra luctuosam et injustam operariorum conditionem, quae ab ipsius socialismi asseclis dicitur profluere ex jure proprietatis privatae. [1] Contra socialistas exponemus breviter argumenta a Leone XIII fel. rec. exposita, in praeclaris litteris encyclicis, *de conditione opificum*.

THESIS.—SOCIALISMUS EST REJICIENDUS.

Nulla ratione admitti potest doctrina inepta, injusta, et ordinis socialis subversiva. Atqui doctrina socialistarum est hujusmodi. [2] Ergo socialismus est rejiciendus.

---

(1) « Les socialistes, pour guérir ce mal, poussent à la haine jalouse les pauvres contre ceux qui possèdent et prétendent que toute propriété de biens privés doit être supprimée, que les biens d'un chacun doivent être communs à tous, et que leur administration doit revenir aux municipalités ou à l'Etat. Moyennant cette translation des propriétés et cette égale répartition entre les citoyens des richesses et de leurs commodités, ils se flattent de porter un reméde efficace aux maux présents.» LEON XIII. *Litt. Encyc.*, *Rerum novarum*.

(2) « Une pareille théorie, loin d'être capable de mettre fin au conflit, ferait tort à l'ouvrier si elle était mise en pratique. D'ailleurs, elle est souverainement injuste en ce qu'elle viole les droits légitimes des propriétaires, qu'elle dénature les fonctions de l'Etat, et tend à bouleverser de fond en comble l'édifice social. » *Ibid.*.

Ad minorem per partes.—**Prima pars.**—*Doctrina socialistarum est inepta.*—Illa doctrina inepta est quae dum opificum conditionem perficere vult, ipsam deteriorem reddit. Atqui talis est socialismus qui negando jus privatae proprietatis adimit opifici spem melioris sortis. Ergo.

Ad minorem :—Etenim in praesenti societatis statu operarius ex opere suo jus ad salarium sibi vindicat quo utitur pro lubitu. Si autem sobrius et honestus sit, parcendo potest bona sibi acquirere quibus conditio sua melioratur, majorem vitae facilitatem et independentiam fructibus parcimoniae suae sibi procurans, ita ut a statu operarii ad statum patroni ascendere possit. Atqui admissa socialistarum doctrina, privatur operarius salarii commodis, non potest amplius sibi bona acquirere ex quibus majorem vitae facilitatem et independentiam sibi procurare valeat. Ergo socialismus dum opificum conditionem perficere vult, ipsam deteriorem facit. (1)

---

(1) « Comme il est facile de le comprendre, la raison intrinsèque du travail entrepris par quiconque exerce un art lucratif, le but immédiat visé par le travailleur, c'est de conquérir un bien qu'il possédera en propre et comme lui appartenant ; car, s'il met à la disposition d'autrui ses forces et son industrie, ce n'est pas évidemment pour un autre motif, sinon pour obtenir de quoi pourvoir à son entretien et aux besoins de sa vie, et il attend de son travail, non seulement le droit au salaire, mais encore un droit strict et rigoureux d'en user comme bon lui semblera. Si donc, en réduisant ses dépenses, il est arrivé à faire quelques épargnes, et si pour s'en assurer la conservation, il les a, par exemple réalisées dans un champ, il est de toute évidence que ce champ n'est pas autre chose que le salaire transformé : le fonds ainsi acquis sera la propriété de l'artisan, au même titre que la rémunération de son travail. Mais qui ne voit que c'est précisément en cela que consiste le droit de propriété mobilière et immobilière ? Aussi cette conversion de la propriété privée, en propriété collective, tant préconisée par le socialisme, n'aurait d'autre effet que de rendre la situation des ouvriers plus précaire, en leur retirant la libre disposition de leur salaire, et en leur enlevant, par le fait même, tout espoir et toute possibilité d'agrandir leur patrimoine et d'améliorer leur situation. » *Rerum novarum.*

Secunda pars.—*Doctrina socialistarum est injusta.*—Illa doctrina est injusta quae ad meliorem opificum conditionem promovendam, remedium cum justitia aperte pugnans proponit. Atqui ita agit socialismus denegando jus possidendi res privatim ut suas homini privato et familiae a natura datum. Ergo doctrina socialistarum injusta est et rejicienda.

Minor demonstratur:—*1°) Jus proprietatis a natura homini privato conceditur:* — *a)* Ex superioritate hominis super belluas.—Homo enim in hoc excellit et a brutis distinguitur quod utatur ratione, dum naturae instinctu belluae reguntur et gubernantur. «Propterea bona ipsi tribuere necesse est non utenda tantum, quod commune est animantium, sed possidenda stabili perpetuoque jure.»[1]

b) Ex eo quod homo sit sua propria providentia:—Homo, cum suarum actionum dominus sit, sub potestate gubernantis Dei, seipsum gubernat providentia consilii sui. Atqui providentia complectitur non tantum praeteritorum experientiam et praesentium cognitionem, sed et futurorum praevisionem. Ergo ad hoc ut homo sibi bene provideat non tantum debet habere fructus terrae, sed terram ipsam ut a terrae fetu res sibi suppeditari valeat ad futurum tempus necessarias. «Neque est cur providentia introducatur reipublicae: est enim homo, quam respublica, senior: quocirca

(1) «La propriété privée et personnelle est pour l'homme de droit naturel. Il y a en effet sous ce rapport une très grande différence entre l'homme et les animaux privés de raison....Ce qui excelle en nous, qui nous fait homme, et nous distingue essentiellement de la brute, c'est la raison ou l'intelligence, et en vertu de cette prérogative, il faut reconnaître à l'homme, non seulement la faculté générale d'user des choses extérieures, mais de plus le droit stable et perpétuel de les posséder, tant celles qui se consument par l'usage que celles qui demeurent après nous avoir servi.» *Rerum novarum.*

jus ille suum ad vitam corpusque tuendum habere natura ante debuit quam civitas ulla coisset. »[1]

c) Coeterum haec veritas universalitate generis humani, paucis exceptis, conceditur, necnon a lege civili et a lege divina confirmatur.[2]

2° *Jus proprietatis familiae a natura datur.*—Jus dominii homini privato a natura concessum, homini qua caput est familiae etiam tribuitur ; et jus illud tanto validius est quanto persona humana in societate domestica majorem accipit extensionem. « Sanctissima enim naturae lex est, ut victu omnique cultu paterfamilias tueatur quos ipse procrearit : idemque illud a natura ipsa deducitur, ut velit liberis suis,

(1) « Une considération plus profonde de la nature humaine va faire ressortir mieux encore cette vérité. L'homme embrasse, par son intelligence, une infinité d'objets, et aux choses présentes il ajoute et rattache les choses futures ; il est d'ailleurs le maître de ses actions ; aussi sous la direction de la loi éternelle, et sous le gouvernement universel de la Providence divine, est-il en quelque sorte à lui-même et sa loi et sa providence. C'est pourquoi il a le droit de choisir les choses qu'il estime les plus aptes, non seulement à pourvoir au présent, mais encore au futur, d'où il suit qu'il doit avoir sous sa domination non seulement les produits de la terre, mais encore la terre elle-même, qu'il voit appelée à être, par sa fécondité, sa pourvoyeuse de l'avenir. Les nécessités de l'homme, ont de perpétuels retours ; satisfaites aujourd'hui, elle renaissent demain avec de nouvelles exigences.

Il a donc fallu, pour qu'il pût y faire droit en tout temps, que la nature mît à sa disposition un élément stable et permanent, capable de lui en fournir perpétuellement les moyens. Or, cet élément ne pouvait être que la terre avec ses ressources toujours fécondes.

Et qu'on n'en appelle pas à la providence de l'Etat, car l'Etat est postérieur à l'homme, et avant qu'il pût se former, l'homme déjà avait reçu de la nature le droit de vivre et de protéger son existence. » *(Ibid)*

(2) « C'est avec raison que l'universalité du genre humain, sans s'émouvoir des opinions contraires d'un petit groupe, reconnait, en considérant la nature, que dans ses lois réside le premier fondement de la répartition des biens et des propriétés privées ; c'est avec raison que la coutume de tous les siècles a sanctionné une situation si conforme à la nature de l'homme et à la vie calme et paisible des sociétés. De leur côté, les lois civiles, qui tirent leur valeur, quand elles sont justes, de la loi naturelle, confirment ce même droit et le protègent par la force. Enfin l'autorité des lois divines vient apposer son sceau, défendant, sous une peine très grave, jusqu'au désir même du bien d'autrui. » *(Ibid,)*

quippe qui paternam referunt et quodammodo producunt personam, acquirere et parere unde se honeste possint in ancipiti vitae cursu a misera fortuna defendere.» Atqui non alia ratione id efficere potest nisi jus proprietatis habeat in bona quae ad liberos haereditate transmittat. Ergo. (1)

Nec patrifamiliae substituenda est providentia status, quia sicut individuus ita et familia est prior societate civili, juraque possidet quae ipsi denegari non possunt quin laedatur justitia naturalis.

Tertia pars. — *Doctrina socialistarum est subversiva.* — Socialismus enim maxima mala produceret, nempe: *a)* perturbationem ordinumque commutationem, spoliatione bonorum privatorum; *b)* duram et odiosam civium servitutem, servili omnium subditione reipublicae tum quoad laborem, tum quoad bonorum productionem et distributionem ; *c)* invidiam mutuam necnon et discordias ; *d)* segnitiam universalem, ademptis ingenio singulorum solertiaeque stimulis ; *e)* paupertatem aequalitatemque

(1) « En passant dans la société domestique le droit de propriété acquiert d'autant plus de force que la personne humaine y reçoit plus d'extension. La nature impose au père de famille le devoir de nourrir et d'entretenir ses enfants ; elle va plus loin. Comme les enfants reflètent la physionomie de leur père, et sont une sorte de prolongement de sa personne, la nature lui inspire de se préoccuper de leur avenir et de leur créer un patrimoine, qui les aide à se défendre, dans la périlleuse traversée de la vie, contre toutes les surprises de la mauvaise fortune. Mais ce patrimoine pourra-t-il le leur créer sans l'acquisition et la possession de biens permanents et productifs, qu'il puisse leur transmettre par voie d'héritage ?—Aussi bien que la société civile, la famille est une société proprement dite avec son autorité et son gouvernement propre, l'autorité et le gouvernement paternel. C'est pourquoi, toujours sans doute dans la sphère que lui détermine sa fin immédiate, elle jouit pour le choix et l'usage de tout ce qu'exige sa conservation et l'exercice d'une juste indépendance de droits au moins égaux à ceux de la société civile.» (Ibid.)

in miseria, exarescentibus necessario ipsarum divitiarum fontibus. (1)

6° Corollarium. — Quodlibet systema quod dominium bonorum in societatem transferre vult, sive bonorum mobilium sive bonorum immobilium, rejiciendum est. Quae enim dicta sunt in praecedenti thesi, ad quodcumque systema communismi vel socialismi applicari possunt.

7° Difficultatum solutio.

1° Necesse est liberare opifices et proletarios a miseriis quibus injuste plectuntur. Atqui socialismus conatur instituere novum ordinem socialem a quo miseriae istae excluduntur. Ergo socialismus non est rejiciendus.

Dist. maj. : mediis aptis et justis, *conc.* ; mediis ineptis, injustis et subversivis, *nego.*

Contradist. min. : mediis aptis et justis, *nego* ; mediis ineptis, injustis et subversivis, ut demonstratum est, *conc.*

Atqui socialistae utuntur mediis justis. Ergo.

2° Omnes homines sunt natura aequales. Atqui hominibus natura aequalibus debetur aequalis bonorum distributio a socialistis proposita. Ergo socialismus utitur mediis aptis et justis.

Dist. maj. : natura specifica, *conc.*, natura individuali, *nego.*

Contradist. min., natura specifica *nego* ; natura, individuali, *conc.*

Homines sunt aequales specie, non autem in individuo considerati. Absoluta aequalitas hominum est impossibilis, tum physice, tum moraliter, tum socialiter. *Physice*, quia, ut ex experientia constat, homines non

---

(1) « En dehors de l'injustice de ce système, on n'en voit que trop les funestes conséquences : la perturbation dans tous les rangs de la société, une odieuse et insupportable servitude pour tous les citoyens, la porte ouverte à toutes les jalousies, à tous les mécontentements, à toutes les discordes, le talent et l'habileté privés de leurs stimulants et, comme conséquence nécessaire, les richesses taries dans leur source ; enfin à la place de cette égalité tant rêvée, l'égalité dans le dénuement, dans l'indigence et la misère.

« Par ce que Nous venons de dire, on comprend que la théorie socialiste de la propriété collective est absolument à répudier, comme préjudiciable à ceux-là mêmes qu'on veut secourir, contraire aux droits naturels des individus comme dénaturant les fonctions de l'Etat et troublant la tranquillité publique. » *(Ibid)*

sunt aequales in robore et sanitate. *Moraliter*, quia nulla datur paritas ingenii in intellectu, necnon firmitatis in voluntate inter individua humana, unde diversitas activitatis qua possunt bona sibi comparare. *Socialiter*, quia homo ad societatem naturaliter vocatur, in qua necessario inveniuntur superiores et inferiores. Hac autem triplici differentia aliae oriuntur diversitates inter homines.

3° Secundum jus naturale omnia sunt communia. Atqui jus proprietatis privatae illam communitatem bonorum offendit. Ergo jure merito socialismus proprietatem privatam denegat.

Dist. maj., negative, *conc.* ; positive, *nego*.

Contradist. min. communitatem negativam, *nego* ; positivam, *conc*.

« Communitas rerum attribuitur juri naturali, non quia jus naturale dictet (positive) omnia esse possidenda communiter, et nihil esse quasi proprium possidendum ; sed quia secundum jus naturale non est distinctio possessionum, sed magis secundum humanum condictum quod pertinet ad jus positivum. » (1) Jus naturale igitur, juxta divum Thomam, non praecipit omnia esse communia, nec determinat hoc vel illud bonum esse ab illo individuo possidendum, sed, ut explicavimus, jus proprietatis *in abstracto* fundat, dum jus positivum jus proprietatis *in concreto* determinat.

4° Atqui jus naturale bonorum communitatem positive praecipit. Ergo.

Apud antiquas gentes bona erant communia. Atqui jus naturae convenit cum eo quod fuit a principio. Ergo jus naturale communitatem bonorum positive praescribit.

Dist. maj., quia haec forma proprietatis erat a jure naturae determinata, *nego* ; quia consuetudinibus gentium hujus temporis melius conveniebat, *conc*.

Dist. min., si id quod fuit a principio est a natura determinatum, *conc.* ; si a libera hominum electione pendet, *nego*.

Non demonstratum est proprietatem fuisse communem apud omnes antiquas gentes : e contra, perantiqua documenta suadent proprietatem privatam extitisse apud Hebraeos, Ægyptios, etc., a primis temporibus (2). Si autem apud plures nationes invenitur primo proprietas collectiva, non autem privata, hoc quidem habetur, non quia sic a natura determinatur,

---

(1) S. THOMAS, *Sum. theol.*, II-II, q. 66, a. 2, ad 1.

(2) Cf. *La propriété foncière et ses adversaires*, V. CATHREIN, trad. franc., p. 19.

sed quia illa forma proprietatis melius conveniebat institutis et consuetudinibus illorum populorum. [1]

---

(1) « La forme de la propriété privée et héréditaire n'est pas la seule possible et légitime. Leplay a démontré qu'il y avait une relation naturelle entre les différents modes de possession, et le genre de vie adopté. On retrouve, partout et toujours, la propriété individuelle, mais sous une forme plus ou moins étendue. Il y a encore des peuples *chasseurs* ; pour eux, la forêt est commune ; ce qui est propre à l'individu, ce sont ses flèches, son arc, l'animal qu'il a tué ; sa pirogue, sa hutte.

Il y a encore des peuples *pasteurs* ; pour eux la prairie est commune ; ce qui est propre à chacun, ce sont les animaux dont il mange la viande, dont il boit le lait, dont il utilise la laine. Les peuples chasseurs et pasteurs sont plus ou moins nomades ; quand la forêt ou la prairie ne suffit plus à leurs besoins, ils vont chercher fortune ailleurs.—Il y a encore des peuples *agriculteurs* qui se fixent au sol. La propriété foncière naît avec l'agriculture. Peu à peu, la terre, quoique considérée comme appartenant à la société, est partagée également entre les chefs de famille, pour une année, puis pour un temps plus long, dans l'intérêt même de la culture. Ce régime du *partage périodique* existait dans la *marke* des anciens Germains et se retrouve encore dans le *mir* russe.—Ces partages périodiques tombent en désuétude quand ceux qui ont bien cultivé leur part ne se prêtent pas au dépouillement du produit de leur travail au profit de la communauté : dans ce cas, la *propriété familiale* se constitue, chaque famille restant propriétaire de son lot. Ce régime se rencontre chez les Zadrugas de la Bulgarie et de la Croatie.—Un dernier progrès de l'individualisme a lieu quand le chef de famille peut disposer de la propriété pendant sa vie et à sa mort. C'est le type de la propriété foncière actuelle, qui est *individuelle* et *héréditaire*.

Voilà ce qui ressort des faits. Il ne faut pas croire, que partout le régime de la propriété a évolué dans cet ordre. Ici ou là, telle phase antérieure ou intermédiaire n'a pas existé ; ici ou là, l'évolution s'est arrêtée en chemin. Mais toutes ces formes de propriétés foncières, collectives ou individuelles, diversement dosées, sont légitimes. Ce qui résulte clairement des études de Le Play, c'est que là où l'agriculture est devenue le fondement de la propriété, là où le progrès de la culture a donné naissance au commerce et à l'industrie, la nécessité de rendre la propriété individuelle est devenue de plus en plus impérieuse. Son meilleur titre, c'est qu'elle est le résultat naturel du développement historique de l'humanité, en quête d'une vie plus large, plus affranchie et plus heureuse. » L'expérience a prouvé que la propriété, privée et héréditaire, était plus productive et, par conséquent, socialement plus avantageuse que la propriété collective. « Seuls en effet le stimulant de l'intérêt personnel, la « perspective de pouvoir transmettre à des êtres qui nous tiennent de plus « près et continuent notre personne le fruit accumulé de nos labeurs « donneront à l'effort cette intensité, aux méthodes de travail ces perfec- « tionnements, à l'épargne cet accroissement fait de sacrifices, de prévoyance « et de tendresse pour autrui, qui permettront à une province comme la

5° Atqui illa forma communis proprietatis erat a natura determinata. Ergo.

Natura non potest mala sancire. Atqui proprietas privata plurima mala affert tum individuis, tum societati. Ergo proprietas communis, non autem privata, est a jure naturae derivata.

Conc. maj.

Dist. min., per se, *nego* ; per accidens, ex perversitate hominum, *subdist.* : quae tamen mala minora sunt quam ea quae ex socialismo sequerentur, *conc.* ; secus, *nego.*

6° Atqui solum saltem non potest esse objectum proprietatis privatae. Ergo.

Labor est unicus titulus justus proprietatis privatae. Atqui solum non est productum laboris. Ergo solum non potest esse objectum proprietatis privatae. (H. George).

Nego majorem. Etenim *a)* multa sunt bona mobilia, v. g. gemma feliciter inventa, fructus qui sponte nascuntur, quae non sunt productum laboris, quae tamen sunt objectum proprietatis privatae. *b)* Insuper, illud principium ducit ad absurdum : quicumque enim laborare non possunt, injuste possiderent ; injuste retineretur quod donatione accipitur, etc. Labor est medium acquirendae proprietatis, sed non est unicus titulus justus proprietatis.

VI. De modo primitivo acquirendi dominium.—Jus proprietatis *in abstracto* est a natura, ut demonstravimus ; nunc quidem quaeritur de jure proprietatis *in concreto.* Illud jus oritur ex usu juris proprietatis *in abstracto,* mediante aliquo facto, quo acquiritur dominium rei determinatae. Quaestio autem fieri potest vel de *facto primigenio,* quo res, quae nullius erat, primo fit alicujus domini, vel de *factis secundariis,* quibus mediantibus, res a dominio

---

« Flandre de nourrir une population dont les besoins, sous un régime plus « élémentaire, épuiseraient les produits de la France entière. » (D'Hulst, *Conférence de N. D.*, 1896, IVe, c., p. 111.) Or, l'intérêt de tous, est que la production soit aussi abondante que possible. Le pouvoir a donc le droit, dans un but d'*utilité* et *même de nécessité sociales* (autrement la société ne pourrait se développer), de protéger légalement le régime de propriété individuelle et indéfiniment transmissible, selon certaines règles et moyennant certains impôts. » G. Sortais, *Traité de phil.*, t. II., pp. 564, 565.

unius transit in dominium alterius. Modus autem primigenius acquirendi dominium est *occupatio*, modi vero secundarii sunt plures inter quos eminet *contractus*, de quo erit sermo sub numero sequenti.

Occupatio est apprehensio rei nullius cum intentione eam habendi ut suam. Ad occupationem constituendam, aliquid requiritur tum *ex parte rei occupandae*, tum *ex parte ipsius occupantis*. *Ex parte rei occupandae* requiritur *a)* ut sit res nullius ; *b)* ut sit capax, tum *moraliter*, tum *physice*, apprehensionis et possessionis exclusivae. Hinc ab occupatione excluduntur tum personae, quae moraliter apprehendi non possunt, tum res physicae quae sua natura apprehensionem excludunt, ut sunt aër, lumen solis, etc.

Ex parte occupantis requiritur : *a)* intentio rem habendi ut suam ; *b)* apprehensio rei ; *c)* signatio rei occupatae, nempe, signum manifestum ipsius occupationis, aliter enim res remaneret nullius, et ab aliis jure occupari posset.

THESIS.—Factum primigenium, quo jus proprietatis in concreto determinatur, est occupatio. [1]

Jus omni homini competit a natura acquirendi dominium, ideoque dari debet aliquod factum, quo mediante, illud jus ad res determinatas applicatur. Atqui illud factum primigenium aliud esse non potest nisi occupatio. Ergo.

Ad minorem. 1° « Hoc factum est aptissimum per se ad determinandum jus proprietatis in concreto. Per occupationem nullum aliorum jus violatur, cum agatur de occcupatione rerum nullius. Praeterea per eamdem sufficienter determinatur et manifestatur voluntas rem ut propriam in suum usum retinendi. Hinc occupatio ubique et apud

---

(1) Cf. Cathrein, *Phil. mor.* pp. 273, 274.

omnes populos, vel maxime incultos, habebatur ut sufficiens titulus proprietatis ad res, quae antea nullius erant. » (1)

2° Aliud factum esset vel pactum, vel decretum principis, vel labor. Atqui neutrum ex hisce factis dici potest primitivum. Non *pactum*, quia si in aliquibus casibus admitti potest, jam tamen supponit proprietatem acquisitam fuisse. Nec *decretum principis*, quia hujusmodi decretum supponit ab initio omnia fuisse positive communia, vel saltem principes habuisse jurisdictionem in universam terram, quod gratis omnino asseritur. Nec tandem *labor*, nisi labore mera occupatio intelligatur, non autem opera res transmutans et ipsi valorem tribuens. Etenim multa sunt, ut jam diximus, quae in usum hominum cedunt sine ullo labore, ut sunt fructus, lignum, animalia, res inventae.

VII. De modis transmittendi dominium,—de contractibus. —Modus primigenius acquirendi dominium est occupatio ; modus autem secundarii sunt : *accessio*, qua dominus rei principalis fit dominus rei accessoriae ; *traditio* et *acceptatio*, qua fit translatio dominii ab uno ad alterum ; *praescriptio*, seu modus acquirendi jus facto diuturnae possessionis ; tandem *contractus* de quo in specie dicendum est.

1° **Contratus definitio et conditiones.**—*Contractus* est *duorum vel plurium in idem consensus obligationem pariens in uno vel utroque contrahentium.*

Ad contractum quatuor conditiones requiruntur : *materia apta, persona capax, consensus legitimus, forma conveniens.*

a) Materia apta, scilicet, *possibilis* et *licita*. *Possibilis* quidem, vires contrahentis neque physice neque moraliter excedens, quia ad impossibile nemo tenetur ; *licita*, quae legibus nec bonis moribus adversatur, quia ad inhonestum non potest esse obligatio.

---

(1) CATHREIN, *Ibid.*

b) Persona capax, scilicet, quae *usu rationis* gaudet, et *libera dispositione jurium suorum.*

c) Consensus legitimus, scilicet, qui sit *verus* seu *internus*, *externe manifestatus*, *mutuus*, *liber* et *deliberatus.*

d) Forma conveniens, scilicet, quae servat conditiones essentiales a jure praescriptas, quia hae conditiones ad validitatem contractus, saltem in foro externo, requiruntur.

2° **Contractus species.**—Contractus est *a) expressus* vel *tacitus.*

Contractus *expressus* est ille qui fit verbis, scriptis vel aliis signis quae consensum explicite manifestant.

Contractus *tacitus* est ille cujus consensus est realis, sed implicite tantum manifestatur.

b) Nominatus vel *innominatus*, prout in Jure nomen proprium habet, ut venditio, vel nomine proprio caret, ut sunt contractus, *do ut des, facio ut facias, facio ut des.*

c) Unilateralis vel *bilateralis*, prout obligationem parit in uno, vel in utroque contrahentium.

d) Gratuitus vel *onorosus.* Contractus *gratuitus* est ille ex quo una pars tantum commodum accipit ; v. g. promissio, donatio, commodatum, mutuum, depositum.

Contractus *onerosus* est ille ex quo utraque pars commod. et onus suscipit ; v. g., emptio et venditio, locatio et conductio.

3° **Contractus liceitas.**—*Dominium contractibus transmitti potest.* Etenim homines, de his quae sua sunt, disponere possunt pro lubitu, dummodo res de qua disponitur sit materia apta, et nullum jus alterius violetur. Atqui res est hujusmodi, ubi intercedit contractus conditionibus requisitis vestitus. Ergo dominium contractibus transmitti potest.

Insuper sine jure transmittendi dominium mediante contractu, jus proprietatis non esset perfectum : de ipso

enim non verificaretur definitio, *jus disponendi de re tanquam sua, jus utendi fruendi, abutendi.* Ergo.

VIII. De mutuo et contractu fenebri.—*Mutuum* est contractus gratuitus quo res primo usu consumptibilis alteri traditur, cum obligatione rem similem reddendi suo tempore, in eadem specie, bonitate et quantitate. Qui dat mutuum dicitur *mutuator*, qui illud recipit, *mutuatarius.*

Mutuum dicitur *contractus gratuitus*, ex quo scilicet, mutuator nullum lucrum reportare potest, nisi ex titulo ipsi mutuo extrinseco. Etenim cum mutuum sit de rebus primo usu consumptibilibus, in his «non adest usus rei distinctus a dominio, cum usus rei sit ipsa rei consumptio ; et ideo in mutuo ex natura sua, transfertur rei dominium in mutuatarium ; si igitur aliquid exigeretur pro usu rei consumptibilis, injuste quidem exigeretur, quia exigeretur pro re quae non exstat.» (1) Unde *usura*, seu lucrum immediate proveniens ex mutuo, seu vi mutui rei non frugiferae sed primo usu consumptibilis, excluso alio titulo, semper prohibita est tum lege positiva, tum lege naturali.

Lucrum tamen ex mutuo licitum esse potest si exigatur non vi ipsius mutui, sed vi alicujus tituli extrinseci. *Tituli extrinseci* mutuo sunt: *a) lucrum cessans, b) damnum emergens, c) periculum sortis; d) poena conventionalis.* Ubi unus vel alter ex hisce titulis invenitur, omnes concedunt aliquam retributionem ultra sortem exigi posse. (2)

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, q. 78, a. 1.

(2) Les anciens jurisconsultes distinguent quatre titres extrinsèques principaux : 1° le dommage naissant *(damnum emergens)* 2° le profit cessant *(lucrum cessans)* 3° le risque du principal *(periculum sortis)* 4° la convention pénale *(poena conventionalis).*—Il est important de le remarquer, dans tous ces cas, il ne s'agit pas de simple prêt d'argent du *mutuum* absolu mais bien d'une compensation pour un préjudice ou un danger que l'on assume en faveur d'une autre personne. Ch. Antoine, *Cours d'Economie, sociale*, 3ième édit. p. 587.

Specialis tamen quaestio movetur de *pecunia*; utrum pecunia possit esse objectum mutui, et utrum licitum sit ex illo mutuo reportare aliquod lucrum quod *interesse* dicitur?

Solutio hujus quaestionis pendet ex natura pecuniae. Antiquioribus temporibus pecunia non erat res ullo modo frugifera, ideoque mutuum pecuniae erat contractus gratuitus, et lucrum ex mutuo summae pecuniae reportatum ab omnibus habebatur ut illicitum, nisi ex titulo extrinseco exigeretur. Nostris autem temporibus propter mutatam conditionem oeconomicam societatis, pecunia facta est *virtualiter* frugifera, ut infra demonstrabitur, ideoque mutuum pecuniae est hodie contractus onerosus, qui proprie contractus fenebris nuncupatur et definitur: « *Contractus quo quis pecuniae summam ea conditione alteri tradit, ut is sibi praeter aequalem summam insuper aliquam pensionem, quamdiu illa fruitur, retribuat.* » [1] Haec pensio dicitur *fenus*, et distinguitur contra *usuram* quae stricte accipitur pro lucro *injusto* vi mutui reportato.

THESIS.—ATTENTA HODIERNA CONDITIONE OECONOMICA SOCIETATIS, CONTRACTUS FENEBRIS EST LICITUS. [2]

Licitum est remunerationem exigere pro usu alicujus rei frugiferae qua quis se privat in favorem alterius. Atqui secundum hodiernas conditiones oeconomicas societatis, pecunia est res virtualiter frugifera. Ergo attenta hodierna conditione oeconomica societatis, contractus fenebris est licitus.

Major est evidens.

---

(1) CATHREIN, *Phil. mor.*, p. 300.

(2) Cf. LEHMKUHL, *Theol. mor.*, I, n. 1105; CATHREIN, *op. et loco cit.*; A. VERMEERSCH, *Quaest. de justitia*, p. 464; CHS ANTOINE, *Cours d'Economie sociale*, p. 590.

Minor demonstratur : 1° *Ex virtuali productivitate pecuniae.*—Etenim pecunia inservit ut instrumentum *negotiationi* et *mercaturae*; absque pecunia negotiatio exerceri nequit. Jamvero negotiatio est frugifera. Ergo, licet *in se* et *immediate* pecunia sit sterilis, tamen mediante negotiatione cui inservit, pecunia fit *mediate* et *virtualiter* productiva. Si autem opportunitas collocandi pecuniam in negotiatione sit ad modum rara, illa productivitas virtualis sese habet per accidens, et lucrum inde reportatum potius ad fructus industriales referendum est, ideoque pecunia de se frugifera vocari nequit. « Quando autem mutato societatis statu, quilibet, non per accidens, sed ordinarie, ubique et sine peculiari difficultate, per se vel per alios, etiam minimam pecuniae quantitatem ad hujusmodi negotia adhibere indeque lucrum percipere potest, praesertim societatem cum aliis ineundo, v. g. tradendo pecuniam societatibus actionum quae vocantur, pecunia ipsa naturam cujusdam rei frugiferae induit, ideoque qui ejus usum alteri ad tempus concedit, se pro eodem tempore potestate lucrandi privat et hinc jus habet ad congruam remunerationem. » (1)

---

(1) « Celui qui prête une chose virtuellement productive a le droit de réclamer de l'emprunteur, au bout du temps fixé, une compensation pour le bénéfice moralement certain dont il se trouve privé pendant ce temps. Or, dans les circonstances économiques actuelles, l'argent est une chose virtuellement et généralement productive, une chose dont l'abandon prive le prêteur d'un gain moralement certain, en dehors de toute hypothèse particulière. Donc...

La *majeure* de cet argument est hors de toute contestation. La plus élémentaire justice exige qu'il y ait, dans un contrat onéreux, égalité entre le donné et le reçu. Je vous cède une chose capable de fructifier, je me prive, pour vous la transmettre, du pouvoir certain de faire un bénéfice : il est juste que je reçoive en retour une compensation, un intérêt en sus du principal. D'ailleurs ce pouvoir de fructifier qui appartient, dans les circonstances économiques actuelles au capital-argent, est une utilité distincte de sa valeur normale.

La *mineure* du raisonnement établi plus haut est absolument certaine. Ecartons les équivoques. Non, l'argent ne produit pas de fruits

2° *Ex potestate repraesentativa pecuniae.*—Pecunia *commutatione* fit omnia in quae convertitur ; unde pecunia, non quidem *formaliter*, sed *virtualiter* et *aequivalenter*, est omnis res. Si igitur conditio oeconomica societatis sit hujusmodi ut nonnisi res consumptibiles emi possint, pecunia per se repraesentat res consumptibiles et nullum lucrum ex mutuo est licitum. «Si vero status societatis talis evasit, ut opportuna occasio res frugiferas omnis generis emendi fere perpetua sit, pecunia quoad valorem rebus frugiferis *aequivalet*, seu eisdem annumerari potest. Atqui hodierno tempore, propter communicationis facilitatem et celeritatem, propter negotiorum frequentiam et diversitatem, propter libertatem commercii et industriae et crebram agrorum divisionem et venditionem, cuilibet ordinarie et ubique occasio praesto

---

naturels, l'argent n'engendre pas de l'argent, suivant la pittoresque expression d'Aristote. Bien plus, appliqué à la production économique, l'argent n'est pas producteur immédiatement et par lui-même puisqu'il n'intervient pas comme cause dans cette production...

L'argent est virtuellement productif lorsque, très facilement, avec certitude morale, il peut être appliqué à une entreprise rémunératrice. Cette aptitude de l'argent à rapporter des bénéfices légitimes provient de deux causes, ou bien de circonstances personnelles et particulières, ou bien de circonstances d'ordre économique et général. Entre les mains d'un marchand, d'un industriel, d'un cambiste, l'argent possède la productivité virtuelle, le pouvoir de rapporter des bénéfices. D'autre part, dans un ordre économique basé sur la liberté absolue et la parfaite mobilité du capital, dans un ordre économique où le capital-argent joue le rôle principal, en un mot, sous le règne du capitalisme, l'argent se trouve placé dans des conditions générales qui lui permettent d'être employé avec la plus grande facilité à des entreprises lucratives. En d'autres termes, dans l'ordre économique capitaliste, l'argent est virtuellement et généralement productif et par conséquent, le prêt à intérêt est pleinement justifié dans les circonstances économiques actuelles, dans un ordre économique non capitaliste, il ne serait pas légitime. » Chs Antoine, *op. cit.*, pp. 590, 591, 592, *passim*.

est res fructiferas omnis generis emendi, proindeque pecunia quoad valorem moralem eis aequiparari potest.» (1)

Corollaria.—1° Leges civiles, jure merito potuerunt admittere liceitatem contractus fenebris, determinando *interesse legale* ex mutuo pecuniae accipiendum.

---

(1) « La monnaie a deux fonctions principales : elle sert de commune mesure aux valeurs et de moyen d'échange des choses vénales. Ces deux propriétés ont pour fondement le pouvoir répresentatif de la monnaie, l'argent étant l'équivalent de tous les biens économiques réels.

«Rappelons le principe du contrat de prêt. La cession du droit de domaine pendant un certain temps sur un objet qui ne fructifie ni par lui-même, ni par ce qu'il peut procurer, est sans valeur vénale, elle n'exige que la restitution pure et simple de l'équivalence. Mais si elle a pour objet une chose qui fructifie et rapporte une utilité distincte de sa propre substance, elle peut-être rétribuée et donner lieu à un lucre qu'on appelle l'intérêt. Le prêt à intérêt se rapporte à cette dernière forme de contrat. Pourquoi ? Parce que l'argent étant l'équivalent de toutes les choses vénales, représente l'utilité et la seule utilité de ces biens matériels. La nature du prêt d'argent dépendra donc du caractère des choses représentées. Peu importe, quant à l'utilité, que je vous transfère immédiatement le domaine de cette maison, ou médiatement en vous mettant en possession de sa répresentation, de ce avec quoi vous en deviendrez propriétaire.

« L'argent emprunté peut, dans un siècle, dans un certain milieu économique, représenter ou non des choses dont l'usage n'est pas distinct de la substance. A telle époque la masse des emprunteurs sollicitera le prêt afin de pouvoir subvenir à ses besoins domestiques ou à ses plaisirs, à telle autre elle empruntera pour les besoins de l'industrie ou du commerce, c'est-à-dire, pour échanger l'argent contre des choses dont l'usage est distinct du domaine.

« L'argent monnayé n'est, en effet, que la répresentation des choses vénales et n'a d'autre utilité pour l'emprunteur que l'utilité des choses qu'il représente.

« Dans le premier cas, l'argent, parce qu'il représente en général des choses dont l'usage n'est pas distinct de la substance n'a pas, ordinairement du moins, d'utilité distincte de la consommation. Voilà pourquoi toute convention qui stipule un intérêt pour la somme prêtée est injuste.

« Dans le second cas, il n'est pas plus contre la justice d'exiger, en sus du principal, une compensation pour le service rendu qu'il n'est injuste de réclamer, avec la restitution de la maison, un prix qui corresponde au loyer.... La théorie que nous venons d'exposer et de défendre n'est pas nouvelle ; elle rallie les suffrages d'un très grand nombre de théologiens et d'économistes catholiques. Qu'il nous suffise de nommer parmi les plus connus, les PP, Liberatore, Steccanella, H. Pesch, Lehmkuhl, Cathrein, Rickaby, Weiss, O. P. etc.» CHS ANTOINE, *op. cit.*, 592, 593, 594.

2° Principia quibus veteres demonstrarunt illiceitatem usurae sunt verissima, et pro tempore illo recte ad pecuniam applicari potuerunt. Hodie tamen, mutatis conditionibus oeconomicis societatis, pecunia non potest amplius haberi ut res mere consumptiva, et nullo modo frugifera, ideoque contractus fenebris non potest amplius haberi ut usurarius, dummodo non exigatur fenus injustum.

IX. De jure testandi.—Inter modos acquirendi et transmittendi dominium invenitur *successio haereditaria*, cujus liceitas a communistis et socialistis denegatur: unde necessitas quaerendi de jure testandi.

Successio haereditaria est modus acquirendi dominium bonorum et jurium quae defunctus habebat tempore mortis. Successsio haereditaria est duplex : successio *testamentaria* et successio *ab intestato*, quae dicitur etiam successio *legalis*. *Prima* est modus acquirendi bona et jura defuncti, ex ultima defuncti voluntate *testamento* manifestata. *Secunda* est modus acquirendi bona et jura defuncti sine testamento, ex praesumpta defuncti voluntate et ex legis dispositione. Utraque successio fundamentum habet in lege naturali.

THESIS.—JUS TESTANDI ET SUCCEDENDI AB INTESTATO EST A LEGE NATURALI.

Prima pars.—*Jus testandi est a lege naturali.*—Jus testandi in jure proprietatis continetur. Atqui jus proprietatis est naturale. Ergo jus testandi etiam a lege naturali derivatur.

Ad majorem.—1° Jus proprietatis secum fert potestatem seu jus disponendi pro lubitu de re quamdiu manet sua. Atqui jus testandi non est nisi jus disponendi de re sua. Etenim testator de re sua *nunc* disponit pro *supremo vitae instanti*, scilicet, disponit de re quae sua est, et dum sua est. Ergo jus testandi in ipso jure proprietatis continetur.

2° Ex consensu unanimi et constanti omnium hominum apparet jus testandi cum jure proprietatis semper et ubique fuisse connexum, et voluntatem testatoris semper et ubique ut sacram haberi et sancte implendam.

Secunda pars.—*Jus succedendi ab intestato est a lege naturali.*—Ubi quis intestato seu sine testamento moritur, ex constanti et perpetuo usu omnium fere gentium liberi ejus, seu qui cum ipso majori vinculo sanguinis conjunguntur, in bona defuncti succedunt. Atqui ille usus constans et perpetuus fundamentum habet in lege naturali. Ergo jus succedendi ab intestato quod liberis vel parentibus defuncti inest, est a lege naturali.

Ad minorem.—Parentes enim naturali pietatis officio tenentur bonum prolis suae procurare, patrimonium honestum ipsi constituendo pro conditione sua. Atqui illud patrimonium constituere non possunt nisi transmittendo bona sua post mortem ; unde « de lege naturae est quod parentes filiis thesaurizent et filii parentum haeredes sint. »[1] Ergo si parentes intestato moriuntur, ex praesumpta eorum voluntate filii naturaliter in bona ipsorum succedunt.

Corollaria.—1° Ultima voluntas testatoris est res sacra quae sine injustitia violari non potest. Nemo hanc voluntatem mutare potest, nec auctoritas publica.

2° Suprema tamen auctoritas potest, intuitu boni communis, determinare conditiones seu legales formas a civibus implendas in condendo testamento.

X. De limitatione juris proprietatis.—Jus proprietatis non est illimitatum, sed limitibus moralibus et legalibus coarctatur.

a) *Limites morales* oriuntur ex juribus aliorum, quae laedere aut violare nunquam licet, et ex officiis quibus homo

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, p. III, suppl., q. 67, a. 1.

adstringitur in ordine ad finem suum ultimum. Usus juris proprietatis regulari debet secundum dictan[illegible]ectae conscientiae et secundum obligationes illorum offici[illegible]um.

Natura jus proprietatis homini privato concessit duplici fine : *primo*, ut naturalem et progressivam evolutionem suae vitae physicae, intellectualis, moralis et socialis homo attingere possit ; *secundo*, ut necessitatibus aliorum subveniat;(1) nam « res quas aliqui superabundanter habent, ex naturali jure debentur pauperum sustentationi ».(2) Si igitur proprietas bonorum est personalis et exclusiva, usus bonorum est communis.(3) Unde 1° in casu extremae necessitatis, omnia bona fiunt communia, et homo, in hac necessitate constitutus, uti potest bonis alienis quantum satis est ad se liberandum a tali necessitate ; 2° officium caritatis divitibus imponitur elargiendi eleemosynas pauperibus.

b) Limites legales etiam imponuntur. Etenim ad auctoritatem publicam pertinet jus leges condendi, quibus mediantibus jus proprietatis protegetur, (4) et determinentur conditiones

---

(1) « Quiconque a reçu de la divine Bonté une plus grande abondance, soit des biens externes et du corps, soit des biens de l'âme, les a reçus dans le but de les faire servir à son propre perfectionnement, et tout ensemble, comme ministre de la Providence, au soulagement des autres. » Léon XIII, *Rerum novarum*.

(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 66, a. 7.

(3) « Sur l'usage des richesses, voici l'enseignement d'une excellence et d'une importance extrême que la philosophie a pu ébaucher, mais qu'il appartenait à l'Eglise de nous donner dans sa perfection et de faire descendre de la connaissance à la pratique. Le fondement de cette doctrine est dans la distinction entre la juste possession des richesses et leur usage légitime. La propriété privée est pour l'homme de droit naturel ; l'exercice de ce droit est chose non seulement permise, surtout à qui vit en société, mais encore absolument nécessaire. Maintenant si l'on demande en quoi il faut faire consister l'usage des biens, l'Eglise répond sans hésitation : *Sous ce rapport, l'homme ne doit pas tenir les choses extérieures pour privées, mais bien pour communes, de telle sorte qu'il en fasse part facilement aux autres dans leurs nécessités.* » Léon XIII, *Rerum novarum*.

(4) « Ce n'est pas des lois humaines, mais de la nature qu'émane le droit de propriété individuelle ; l'autorité publique ne peut donc l'abolir ; tout ce qu'elle peut, c'est en tempérer l'usage et le concilier avec le bien commun. » Léon XIII, *Rerum novarum*.

legales transmissionis dominii, nequidem jus privatorum laedatur, vel bonum publicum aliquod detrimentum patiatur. (1)

XI De laesione juris proprietatis.—Jus proprietatis dupliciter laeditur : *furto* et *injusta damnificatione.*

Furtum est ablatio rei alienae, domino rationabiliter invito. Si autem ablatio rei fiat aperte et cum violentia, habetur *rapina.* —Ad furtum reducuntur *fraus* et *dolus* in venditionibus et emptionibus, et *usura* seu lucrum injuste ex mutuo reportatum.

Injusta damnificatio est actus quo damnum infertur proximo sine ullo emolumento damnificatoris, ut, v. g. cum quis domum alterius incendit.

Furtum et injusta damnificatio sunt violationes juris stricti proprietatis et inducunt obligationem restitutionis. Justitia enim necessario exigit ut violatio juris alieni cesset. *Res* autem furto ablata *clamat domino,* nam solus dominus habet jus eam possidendi, nec rei dominium amittit ad cujuslibet manus illa transierit: unde fur tenetur rem suo domino reddere. Injustus autem damnificator restituere tenetur totum aequivalens rei damnificatae, et damnorum quae ex damnificatione secuta sunt, si ipsa praevisa fuerint. Etenim justitia requirit ut dominus laesus omnino indemnis fiat. Jamvero non totaliter repararetur damnum ipsi illatum si pretium solveretur rei damnificatae tantum, non autem aliorum detrimentorum quae ex privatione rei suae passus est.

---

(1) « Que la loi ait, d'une manière générale, le pouvoir de régler, de limiter l'usage du droit de propriété, c'est une vérité que l'on ne saurait révoquer en doute. Il suffit de considérer attentivement l'exercice du droit de propriété. Le droit d'acquérir la propriété est, il est vrai, donné à l'homme par la nature immédiatement, encore est-il que l'acquisition de la propiété suppose l'exercice de la libre activité de l'homme, activité susceptible de recevoir des formes contingentes et variables. Il en va de même de l'usage de la propriété. Or ce libre exercice de l'activité du citoyen doit être publiquement reconnu, publiquement respecté, protégé, il doit être mis en harmonie avec le bien commun de la société. Par conséquent le droit de propriété tout en étant fondé sur le droit naturel, doit à plus d'un titre se soumettre au pouvoir légitime du législateur. » CHS ANTOINE, *op. cit.*, p. 559.

LIBER SECUNDUS

MORALIS SOCIALIS

Prologus.—Homo, ut jam ab antiquitate dicebat Aristoteles, est **animal sociale.**[1] Nascitur membrum *familiae* seu societatis domesticae; sociabilitas ejus evolvitur, dum postea ad majorem fecunditatem proprii laboris comperandam, necnon ad bona externa quae vitae necessitatibus inserviunt facilius acquirenda, socios sibi adjungit, et oritur *professio*; ex familiis et associationibus particularibus inter homines initis nascitur *civitas;* tandem omnes homines

---

(1) « Considérez l'évolution de la sociabilité en l'homme. Elle s'épanouit d'abord dans la famille, alors que l'enfant reçoit tout de ses parents et apprend à se donner. Et l'adolescent subit la loi du travail pénible imposé par Dieu, et le travail le met en relation avec d'autres hommes, et la sociabilité se développe dans la profession. Mais les différentes professions sont solidaires les unes des autres, parmi les familles affectées à différents métiers vivants au même lieu, existent des intérêts communs, des liens se forment entre les personnes vivant sur le même sol, dans un voisinage continu, et c'est ainsi que la sociabilité se prolonge dans la cité, c'est-à-dire, le bourg, la commune, ou le pays. Enfin nous savons que Dieu a voulu unir toutes les âmes dans une grande société dominant et enveloppant tous les groupements humains, l'*Eglise*, la divine famille des âmes. » Chs. Antoine *Les trois sociétés nécessaires*, la *famille*, la *profession*, la *cité*. Cours donné à la semaine sociale de Dijon, 1906.

consociantur ad cultum debitum exhibendum Deo, qui principium est et finis omnis individui et societatis, et exurgit *Ecclesia*. Familia, professio, civitas, Ecclesia, en sunt igitur societates in quibus homines inveniuntur. Unde praehabita consideratione *de societate in genere*, agemus *de societate domestica*, *de societate professionali*, *de societate civili* et *de societate internationali*, seu de relationibus diversarum societatum civilium ad invicem, tandem *de societate religiosa*. Sex erunt igitur capita hujus libri secundi:

1° De societate in genere
2° De societate domestica
3° De societate professionali
4° De societate civili
5° De societate internationali
6° De societate religiosa

CAPUT PRIMUM

DE SOCIETATE IN GENERE

Prologus.— Unicus erit articulus hujus capitis, in quo dicemus breviter de societatis natura et specibus.

DE SOCIETATE IN GENERE

Societatis definitio

Auctoritatis socialis necessitas :

Definitio auctoritatis

Thesis.—Ad societatem humanam necessario requiritur potestas seu auctoritas.

Auctoritatis socialis jura

Societatis species { **naturalis, libera**
simplex, composita
aequalis, inaequalis
perfecta, imperfecta }

ARTICULUS UNICUS

DE SOCIETATIS NATURA ET SPECIBUS

I. Societatis definitio.—*Societas* est *conjunctio moralis et stabilis plurium hominum ad eumdem finem per communia media consequendum.*

1° Dicitur *conjunctio moralis,* quia ad societatem efformandam non sufficit quaecumque hominum congregatio, sed illa in qua homines vinculis spiritualibus ad invicem uniuntur, nempe communi fine cognito, volito, et unitis viribus consequendo.

2° Dicitur *stabilis,* quia conventio transitoria, ad quemdam finem unico vel fere unico conatu consequendum, non *proprie* dicitur *societas.*

3° Dicitur *plurium hominum,* quia homines, qui in societate conveniunt, constituunt *elementum materiale* societatis.

4° Dicitur *ad eumdem finem per communia media consequendum,* quia finis, eisdem mediis obtinendus, est elementum *formale* societatis. Societas enim est unio moralis plurium hominum, scilicet, unio intellectuum et voluntatum. Jamvero unio haec haberi non potest nisi homines conveniant in uno bono ab omnibus cognito et volito, scilicet, nisi conveniant in unitate finis cogniti et intenti. Tamen

unitas finis ad rationem societatis non sufficit, sed requiritur *virium consociatio*; unde dicitur *ad eumdem finem* per communia media consequendum. Ubi enim plures homines eumdem finem prosequuntur diversis mediis non consociatis, nulla datur societas. Societas requirit unionem intellectuum, voluntatum et virium, ita ut non sit tantum unitas finis, sed una eademque omnium finis intentio, in quantum omnes communibus mediis ad eumdem finem tendunt. Unitas finis, multitudo hominum, unio intellectuum, voluntatum, virium ad finem conspirantium, coordinatio mediorum, en sunt elementa societatis.

II. **Auctoritatis socialis necessitas.**—Ad rationem societatis requiritur unitas finis ad quem tendunt membra unione intellectuum, voluntatum et virium. Ad hanc unionem constituendam requiritur *auctoritas socialis* seu *jus obligandi et cogendi membra societatis, ad aliquid faciendum vel omittendum, ut, unitis viribus, in ordine ad finem societatis operentur.* Subjectum cui inhaeret jus obligandi et cogendi membra societatis, dicitur *superior*; membra societatis quibus inest obligatio dicuntur *subditi.* Ex unione illa morali *superioris* et *subditorum* oritur persona moralis, quae dicitur societas. Auctoritatem esse elementum necessarium societatis nunc demonstratur.

THESIS.—AD SOCIETATEM HUMANAM NECESSARIO REQUIRITUR POTESTAS SEU AUCTORITAS.

1° *Ex natura societatis.*—Societas est aggregatio plurium hominum, qui triplici unitate conjuncti, eumdem finem consequuntur. Atqui illa triplex unitas mentium, voluntatum et virium, impossibilis est sine auctoritate. Ergo ad societatem humanam necessario requiritur auctoritas.

Ad minorem.—a) Ex natura sociorum.—Homines enim qui sunt membra societatis libertate gaudent. Ergo possunt

e recta conspiratione ad finem deficere et alios impedire ne jure suo utantur et officia sua adimpleant. Ergo principium aliquod sit oportet quod membra societatis in suo officio contineat, et socios reluctantes compescat. Illud principium est auctoritas.

b) Ex natura finis et mediorum.—Etenim media quae ad finem ducunt possunt esse plura; connexio eorum cum fine non est necessario determinata, et si quandoque determinata, non omnibus manifesta apparet, ita ut nulla unitas in hisce mediis communiter adhibendis haberi potest, nisi sit principium unitatis, nempe auctoritas quae determinat quantum, quomodo, quando membra societatis in finem agere debent.

c) Ex natura actionum seu officiorum socialium.—Ad finem societatis attingendum multa et varia sunt facienda, quae quidem quandoque onus, quandoque honorem secumferunt. Unde nisi esset auctoritas jus habens onera imponendi necessaria ad finem, finis societatis obtineri non posset.

2° *Ex universalitate et constantia facti.* — Quoties et ubicumque invenitur societas, in ea semper et ubique invenitur principium, scilicet, unus homo, aut hominum coetus, in quo socii jus obligandi recognoscunt. Atqui illud factum constans et universale demonstrat societatem sine auctoritate esse non posse. Ergo.

3° *Ex comparatione membrorum societatis ad membra corporis humani.*—Est quidem in corpore humano vis quaedam directiva membrorum omnium in bonum commune. Ergo ita in corpore sociali « multis existentibus hominibus, et unoquoque id quod est sibi congruum providente, multitudo in diversa dispergeretur nisi etiam esset aliquis de eo, quod ad bonum multitudinis pertinet, curam habens. » (1)

---

(1) THOMAS, *De regimine princ.* l. I, c. 1.

III. Auctoritatis socialis jura.—In omni societate, auctoritas sese habet ut principium unionis socialis membrorum, quae unio ad finem societatis obtinendum necessaria habetur. Tota igitur ratio et officium auctoritatis in hoc sistit, ut membra societatis dirigat et ducat ad finem ad quem attingendum societatem ingressi sunt. Jamvero qui officium habet ducendi aliquem ad finem, jus habet in omnia quae sunt ad finem attingendum immediate et mediate necessaria. Ergo auctoritatis socialis jura ex fine societatis prodeunt, et sese extendunt ad ea omnia quae cum finis assecutione sunt immediate vel mediate connexa.

Cardinalis Tarquini [1] hisce verbis jura auctoritatis socialis determinat : « Jus aliquid exigendi correlativum est officio, quod alteri inest parti illud praestandi. Atqui pro natura societatis, singulis ejus membris inest officium sponte susceptum, si societas sit voluntaria, legitime impositum, si necessaria, conferendi in societatem vires suas ad ea comparanda, quae sunt necessaria ad ejus finem plene integreque assequendum. Ergo societati pro natura sua inest jus eadem ab illis exigendi ».

Auctoritas socialis uti debet hujusmodi potestate secundum leges prudentiae socialis, nihil imponendo quod, spectato praesenti societatis statu, ipsis subditis esset moraliter impossibile

IV. Societatis species.—1° Societas est *naturalis* vel *libera*. *Societas naturalis* est illa, ad quam determinate homo ordinatur ex natura sua, seu vi legis naturalis ; societas domestica et societas civilis sunt naturales, a natura nempe institutae.

Societas libera est illa quae ex libera hominum conventione oritur, qualis est societas litteraria vel industrialis.

---

(1) *Juris ecclesiastici Institutiones*, l. I, a. 1.

2° Societas dividitur in *simplicem* et *compositam* prout aliis minoribus societatibus coalescit vel non. Societates illae minores in unam societatem compositam uniuntur, non ut esse suum et propria jura in societate composita amittant, sed ut perfectius finem suum attingant, habita protectione societatis compositae, in exercitio propriorum jurium. Unde principium fundamentale societatis compositae sistit in hoc quod societas composita non absorbeat minores societates ex quibus coalescit, sed eas protegat, defendat, et ad bonum commune coordinet.(1)

3° Societas dividitur in *aequalem* et *inaequalem*.

Societas aequalis est illa cujus auctoritas in toto sociorum coetu residet.

Societas inaequalis est illa cujus auctoritas residet non in omnibus sociis, sed in una vel pluribus personis, quibus alii subjiciuntur, v. g. societas domestica sub auctoritate patris constituitur.

4° Societas dividitur in *perfectam* et *imperfectam*.

Societas perfecta est illa quae media ad finem suum obtinendum sufficientia in se *actu* vel *virtute* habet, ideoque non ordinatur ex se ad aliam societatem a qua dependeat et suam perfectionem obtineat. Societas civilis et Ecclesia sunt societates perfectae.

Societas imperfecta est illa quae non habet in se media ad suum finem necessaria, sed ipsa ab alia societate mutuatur a qua dependeat. Omnes societates praeter societatem civilem et Ecclesiam, sunt societates imperfectae, quia inveniunt perfectionem suam et complementum in societate civili a qua dependent.

---

(1) « Le principe fondamental de la société composée c'est que les sociétés inférieures conservent leur être propre et exercent avec une liberté convenable leur activité dans la recherche de leur fin spéciale ; de telle sorte que la *protarchie* les dirige et les protège, mais sans les absorber.» *Institutes du droit naturel*, par M. B., l. 7, c. 1.

CAPUT SECUNDUM

DE SOCIETATE DOMESTICA

Prologus.—« Prima societas, ait Tullius, in ipso conjugio est, proxima in liberis, deinde una domus. Id autem est principium et quasi seminarium reipublicae. » Societas domestica est inter alias societates ordine prima, et veluti *cellula* aliarum societatum. [1] Ipsa autem complectitur tres societates ex quibus coalescit, scilicet, societatem *conjugalem*, *paternam*, et *herilem* ; unde definitur : « *unio viri et mulieris inter se, cum pueris suis et famulis sub viri regimine.* » Triplex erit hujus capitis articulus, scilicet, de *societate conjugali* de *societate paterna*, de *societate herili*.

DE SOCIETATE DOMESTICA

- De societate conjugali
  - Definitio
  - Matrimonium
    - natura
    - causa efficiens : mutuus consensus conjugum
    - matrimonium christianorum
    - matrimonium est naturale
    - matrimonii praeceptum non obligat singulos homines, unde coelibatus est licitus et honestus.
    - proprietates
      - unitas
      - indissolubilitas
    - Habitudo matrimonii ad auctoritatem civilem.
  - De conjugum officiis

(1) « La famille est le berceau de la société civile, et c'est en grande partie dans l'enceinte du foyer domestique que se prépare la destinée des États. » Léon XIII, *Sapientiae christianae.*

De societate paterna

- Definitio
- Primum et praecipuum parentum officium est educatio filiorum
- Educatio
  - physica
  - intellectualis
  - moralis, religiosa
- De jure parentum in educationem filiorum :
  - Thesis.—Jus directe et immediate curandi educationem liberorum in ordine naturali per se ad solos parentes pertinet.
  - Difficultatum solutio
  - Corollaria :
    - Jus parentum est exclusivum
    - Jus parentum est inalienabile
    - Jus Status est indirectum et subsidiarium
    - Jus parentum directum complectitur jus determinandi modum educationis, eligendi magistros, accipiendi vel rejiciendi libros.
- Jus directum et divinum Ecclesiae in educationem religiosam
- De schola
  - Obligatio et jus scholas erigendi per se et primo familiae incumbit ; defectu familiae, pago ; *indirecte* et *suppletive*, auctoritati civili.
  - Juri naturali repugnat auctoritatem civilem sibi reservare jus exclusivum aperiendi scholas.
  - Corollarium
- De educatione religiosa :
  - De uniformitate librorum
  - De schola gratuita
  - De schola obligatoria
  - De schola neutra
  - Corollarium
- De auctoritate paterna
- De mutuis parentum et filiorum officiis

De societate herili

- Definitio
- De servitute et famulatu :
  - Famulatus definitio
  - Servitus absoluta, mitigata
    - Thesis : Servitus absoluta juri naturali repugnat, non autem servitus mitigata.
- De mutuis famulorum et herorum officiis.

ARTICULUS I

DE SOCIETATE CONJUGALI

I. **Definitio.**—*Societas conjugalis* est *unio stabilis viri et mulieris, ad honestam prolis procreationem et educationem et ad mutuum vitae conjugum subsidium inita.* Finis igitur hujus societatis est duplex : primarius, procreatio et educatio prolis ; secundarius, mutuum vitae subsidium.

II. **Matrimonii natura.**—Societas conjugalis matrimonio exorditur et constituitur. Matrimonium dicitur a *matre*, quia mulier idcirco nubere debet, ut fiat mater, vel quia prolem concipere, parere, educare *matris munus* est. Matrimonium considerari potest vel *in fieri* vel *in facto esse*. *In fieri* est contractus legitimus inter virum et mulierem, quo traditur et acceptatur mutua corporum potestas, in ordine ad prolis generationem. *In facto esse* est unio stabilis viri et mulieris quae contractum consequitur. Hoc modo consideratum *matrimonium* idem est ac societas conjugalis, et definitur classica definitione : *viri et mulieris maritalis conjunctio, inter legitimas personas, individuam vitae consuetudinem retinens.*

1° Dicitur *viri et mulieris maritalis conjunctio*, quia essentia matrimonii consistit in mutuo nexu quo vir et

mulier conjunguntur, ex eo quod per consensum de praesenti expressum, dominium corporum sibi invicem tradiderunt in ordine ad generationem. Unde finis primarius matrimonii est procreatio et educatio prolis.

2° Dicitur *inter legitimas personas*, quia conditiones requiruntur ex parte contrahentium, scilicet, ut nulla lege a contrahendo matrimonio impediantur.

3°. Dicitur *individuam vitae consuetudinem retinens* ; quibus verbis innuuntur *a)* praecipuae matrimonii proprietates, scilicet, unitas et indissolubilitas ; *b)* finis secundarius matrimonii, mutuum conjugum subsidium.

III. **Causa efficiens matrimonii.**—Matrimonium *in facto esse* est unio stabilis viri et mulieris ; hujus autem unionis causa efficiens est mutuus conjugum consensus.

THESIS.—Mutuus consensus conjugum est causa efficiens matrimonii.

Nota. Consensus quo perficitur matrimonium debet esse *a) verus* et *internus*, actus propriae voluntatis ; *b) deliberatus*, i. e. praestitus cum cognitione sufficienti et debita libertate ; *c) mutuus*, quia matrimonium est contractus onerosus, qui non efficitur nisi per reciprocum contrahentium consensum ; *d) de praesenti*, quia matrimonium non est promissio, sed abalienatio, qua vir et mulier sibi invicem, hic et nunc, potestatem sui corporis reipsa tradunt ; *e)* tandem *externe manifestatus*, sive verbis, sive signis, ut constat de mutua acceptatione.

Demonstratur.—Matrimonium est contractus legitimus inter virum et mulierem, quo potestatem sui corporis sibi invicem tradunt. Atqui causa efficiens contractus est mutuus consensus contrahentium. Ergo causa efficiens matrimonii est mutuus consensus conjugum.

Major facile intelligitur. Etenim conjunctio viri cum hac muliere, vel mulieris cum hoc viro, non est a natura determinata, sed a libero utriusque arbitrio pendet. Igitur si hic vir cum hac muliere in matrimonium conjunguntur, libero contractu conjunguntur.

IV. Matrimonium christianorum. — Christus Dominus contractum matrimonii elevavit ad dignitatem sacramenti. Igitur apud christianos, matrimonium est a sacramento inseparabile : sine sacramento non datur contractus matrimonii, et ubi non datur contractus nec sacramentum. Matrimonium christianorum est igitur res sacra quae sub potestate Ecclesiae constituitur, ad quam pertinet jus determinandi quae ad liceitatem et validitatem ejus spectant. Theologi matrimonium considerant sub ratione sacramenti, nos autem in philosophia ipsum consideramus prout est naturalis conjunctio, seu *officium naturae.*

V. Matrimonium est naturale.—Matrimonium seu societas conjugalis est societas naturalis, ad quam scilicet natura inclinat.

« Aliquid dicitur esse naturale dupliciter. *Uno modo,* sicut ex principiis naturae ex necessitate causarum, ut moveri sursum est naturale igni. Et sic matrimonium non est naturale, vel aliquid eorum, quae mediante libero arbitrio complentur. *Alio modo,* dicitur naturale, ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio completur : sicut actus virtutum vel virtutes dicuntur naturales. Et hoc modo matrimonium est naturale : quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter :

« *Primo,* quantum ad principalem ejus finem, qui est *bonum prolis.*—Non enim intendit natura solum generationem prolis, sed traductionem usque ad perfectum statum hominis, inquantum homo est, qui est virtutis status. Unde secundum

Philosophum(1) tria a parentibus habemus, scilicet, *esse*, *nutrimentum* et *disciplinam*. Filius autem a patre educari et instrui non posset, nisi determinatos et certos parentes haberet: quod non esset, nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatam, quae matrimonium facit.

« *Secundo*, quantum ad secundum finem matrimonii, qui est *mutuum obsequium sibi a conjugibus in rebus domesticis impensum*.—Sicut enim naturalis ratio dictat, ut homines simul cohabitent, quia unus non sufficit sibi in omnibus, quae ad ipsam vitam pertinent; ita etiam eorum, quibus indigetur ad vitam humanam, quaedam sunt competentia viris, quaedam mulieribus. Unde natura movet, ut sit quaedam associatio viri ad mulierem, in qua est matrimonium. »(2)

VI. De praecepto matrimonii.—Natura ad matrimonium inclinat, prout ad finem conservationis et propagationis generis hnmani ordinatur. Haec autem inclinatio naturalis est ne tanta ut haberi debeat tanquam praeceptum singulos homines obligans? Haec questio a S. Thoma(3) sic solvitur:

« Natura inclinat ad aliquid dupliciter. *Uno modo*, sicut ad id quod est necessarium ad perfectionem unius. Et talis inclinatio quemlibet obligat, quia naturales perfectiones omnibus sunt communes. *Alio modo* inclinat ad perfectionem multitudinis. Et cum multa sunt hujusmodi, quorum unum impedit aliud, ex tali inclinatione non obligatur quilibet homo per modum praecepti: alias quilibet homo obligaretur ad agriculturam et aedificatoriam et ad hujusmodi officia quae sunt necessaria communitati humanae;

---

(1) *Ethic*. l. 8, c. 12.
(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, III, suppl., q. 41. a. 1.
(3) *Ibidem*, a. 2.

sed inclinationi naturae satisfit, cum per diversos diversa de praedictis complentur. Cum ergo ad perfectionem humanae multitudinis sit necessarium, aliquos contemplativae vitae inservire, quae maxime impeditur per matrimonium, inclinatio naturae ad matrimonium non obligat per modum praecepti. » Igitur lex de matrimono ineundo non obligat singulos homines, quia ordinatur non ad perfectionem *individui*, sed ad perfectionem *speciei*, quae quidem sine praecepto obtinetur, cum dirigente divina providentia, et inclinante natura, sufficiens *multitudo* hominum semper matrimonium eligunt.

Corollarium.—Matrimonium est licitum et honestum, et coelibatus quoque est licitus et honestus ; imo, si coelibatus stricto sensu accipiatur, pro statu eorum qui a matrimonio sese abstinent ad vitam ducendam a voluptatibus carnalibus immunem, Deoque et exercitio virtutum deditam, ipse perfectior est statu conjugali. Perfectior est ille status in quo homo, ab omnibus delectationibus carnalibus etiam licitis absolutus, et ab omni cura rei familiaris expeditus, exercitio virtutum et unioni animae cum Deo se totum tradit. « Per continentiam, ait S. Thomas, [1] homo redditur habilior ad mentis elevationem in spiritualia et divina, et quodammodo supra statum hominis ponitur in quadam similitudine angelorum ».

VII. De proprietatibus matrimonii.—Matrimonii « quo sapientissimis Dei consiliis responderet aptius, vel a principio duas potissimum, easque in primis nobiles, quasi alte impressas et insculptas prae se tulit proprietates, nimirum

(1) Sum. contra gent., l. III, c. 137.

unitatem et perpetuitatem ». (1) Duae igitur sunt proprietates matrimonii *unitas* et *perpetuitas* seu *indissolubilitas*. Unitati opponitur *polyandria* et *polygamia*, indissolubilitati *divortium*. De una et altera proprietate speciatim dicemus.

VIII. De unitate matrimonii.—Unitas matrimonii sita est in conjunctione *unius* viri cum *una* muliere. Ipsi opponitur *polyandria* quae est conjunctio unius mulieris cum pluribus viris ; et *polygamia* quae est conjunctio unius viri cum pluribus mulieribus. Polyandria, ita polygamia, potest esse *simultanea*, vel *successiva*, prout fit conjunctio *simul* cum pluribus viris, vel mulieribus, vel *successive*, seu post mortem conjugis.

THESIS.—POLYANDRIA ET POLYGAMIA A LEGE NATURALI PROHIBENTUR DIVERSA TAMEN RATIONE.

Praenotamen. Omne illud, quod actionem inconvenientem reddit fini quem natura ex opere aliquo intendit, contra legem naturae esse dicitur. Potest autem actio esse non conveniens fini vel principali, vel secundario, et hoc dupliciter : vel enim totaliter impedit finem, vel facit difficilem aut minus decentem perventionem ad finem. Si actio sit inconveniens fini, quasi omnino prohibens finem principalem, directe prohibetur *primis praeceptis* legis naturae. Si autem sit inconveniens fini secundario quocumque modo, aut etiam principali, ut faciens difficilem vel minus congruam perventiotionem ad ipsum, prohibetur non quidem primis praeceptis legis naturae, sed secundis. (2) E converso, quidquid sine

---

(1) « Afin que cette union de l'homme et de la femme fut plus en harmonie avec les desseins de Dieu, elle reçut, et, à partir de ce jour, porta au front comme une empreinte et comme un sceau, deux qualités principales, nobles entre toutes, savoir : l'unité et la perpétuité ». LEON XIII, *Arcanum divinae Sapientiae*.

(2) Cf. S. THOMAS, *Sum. theol.* p. III, suppl., q. 65, a. 1.

quo esse non potest finis quem natura ex opere aliquo intendit, illud praecipitur a primis praeceptis legis naturae ; quidquid etiam sine quo bene, aut convenienter, finis esse non potest prout a natura intenditur praecipitur secundis praeceptis legis naturalis. Ratio hujus regulae generalis, qua dijudicari potest, utrum aliquid prohibeatur vel praescribatur a lege naturali, in promptu est. Natura enim non potest finem ex aliquo opere intendere, nec praescribere quae ad finem sunt necessaria, vel non prohibere id sine quo finis esse non potest prout a natura intenditur ; aliter enim natura finem intenderet simul et non intenderet.

Demonstratio.—Prima pars. *Polyandria legi naturali prohibetur.*—Illud prohibetur a legi naturali quod finibus matrimonii adversatur. Atqui polyandria omnino impedit finem principalem matrimonii. Ergo polyandria a lege naturali prohibetur.

Ad minorem. Finis primarius matrimonii est procreatio et educatio prolis. Atqui procreatio impeditur propter infecunditatem uxoris ex consortio cum pluribus viris, et educatio propter incertitudinem patris. Ergo finis principalis omnino impeditur.

« Unam uxorem habere plures vivos, est contra prima praecepta legis naturae : eo quod per hoc quantum ad aliquid totaliter tollitur, et quantum ad aliquid impeditur *bonum prolis*, quod est principalis matrimonii finis. In bono enim prolis intelligitur non tantum procreatio, sed etiam educatio. Ipsa enim procreatio prolis etsi non totaliter tollitur, tamen multum impeditur. Sed educatio totaliter tollitur : quia ex hoc quod una mulier plures maritos haberet, sequeretur incertitudo prolis respectu patris, cujus cura necessaria est in educando. Et ideo nulla lege, vel consuetudine est permissum unam mulierem habere plures viros. » (1)

Secunda pars.—*Polygamia a lege naturali prohibetur.*—Polygamia, licet finem primarium non impediat, secundarium tamen multum impedit. Atqui id quod adversatur

(1) S. Thomas, Suppl. q. 65, a. 1, ad. 8.

secundario fini quem ex aliquo opere natura intendit, a secundis praeceptis legis naturalis prohibetur. Ergo polygamia a secundis praeceptis legis naturae prohibetur.

Ad majorem.—Finis secundarius matrimonii est mutuum conjugum obsequium. Jamvero pluralitas uxorum intimae amicitiae quae intercedere debet inter virum et mulierem repugnat, et paci necnon tranquillitati domesticae contrariatur, cum invidiae et dissensiones continuae orirentur. Ergo polygamia secundarium matrimonii finem multum impedit.

Tertia pars.—*Diversa tamen ratione.*—Etenim polyandria prohibetur primis praeceptis legis naturalis ; id circo nunquam permitti potest. Polygamia vero prohibetur secundis praeceptis legis naturalis, ideo a Deo aliquando permitti potuit. Deus enim dispensare non potest in his quae sunt contra primaria legis naturae praecepta, bene tamen in his quae sunt contra praecepta secundaria legis naturalis.[1]

Corollarium.—Ex his quae dicta sunt apparet polyandriam et polygamiam successivam non esse illicitam ; ex ea enim non impeditur ullo modo finis matrimonii.

XI. De indissolubilitate matrimonii.—Indissolubilitas est illa proprietas vi cujus matrimonium, neque voluntate ipsorum conjugum (solubilitas intrinseca) neque auctoritate extrinseca saltem humana (solubilitas extrinseca), solvi possit.

Solutio matrimonii dicitur *divortium.* Si respiciat solutionem ipsius vinculi matrimonialis, divortium vocatur *proprium* ; dicitur *improprium,* si detur per solam separationem a toro et a cohabitatione. Hic loquimur de indissolubilitate vinculi matrimonialis, quae ideo divortium proprie dictum excludit.

(1) Cf. S. Thomas, Suppl., q. 65, a. 2.

THESIS.—Matrimonium est indissolubile.

1° *Ex fine matrimonii.*—Matrimonium ordinatur ad procreationem et educationem filiorum et ad mutuum conjugum auxilium. Atqui isti fines matrimonii important ejus indissolubilitatem. Ergo matrimonium est indissolubile.

Ad minorem.—Cum matrimonium ordinatur ad procreationem et educationem filiorum, tamdiu perdurare debet, quamdiu physica et moralis educatio ipsorum exigit. Atqui educatio haec filiorum (dum unus educatur alter gignitur) naturaliter non absolvitur, nisi quando parentes provectam aetatem attigerunt, et tunc succedit necessitas auxilii mutui et solatii. Ergo fines matrimonii indissolubitatem ejus important.

2° *Ex amore amicitiae qui est matrimonii principium.*— « Amicitia, ait Aquinas[1], quanto major est, tanto firmior et diuturnior esse debet. » Atqui inter virum et uxorem amicitia videtur esse maxima. Ergo ista amicitia debet esse firmissima et perpetua seu indisssolubilis. Atqui admissa solubilitate matrimonii hoc fit impossibile : sola enim cogitatio vel suspicio de rescissione possibili vinculi, illam amicitiam vel omnino extingueret, vel valde debilitaret.[2] Ergo matrimonium est indissolubile.

3° *Ex naturali aequalitate.*—Ut contractus maritalis convenienter se habeat, oportet ut sit aequalis ex utraque parte, scilicet, ex parte viri et mulieris. Atqui posito matrimonio solubili, jam praedicta aequalitas non haberetur ;

---

(1) *Cont. gent.* l. III, c. 123.

(2) « Ne craignons pas de resserrer le nœud du mariage ; si la tendresse des époux est solide et sincère, elle ne pourra qu'y gagner ; si elle est chancelante, c'est le meilleur moyen de la fixer. Il n'est besoin que d'une prudence médiocre pour pardonner défauts de caractère et goûts frivoles, quand on se sait obligé à vie, tandis qu'on va bien vite à toutes les extrémités et qu'il en resulte des plaintes mortelles, si l'on sent la séparation possible. » David Hume.

pejor enim invenitur conditio mulieris quae juventutis flore orbata et virginitatis praerogativa carens vix posset novum inire conjugium. «Si quis igitur, mulierem assumens tempore juventutis, quo et decor et fecunditas ei adsunt, eam dimittere posset postquam aetate provecta fuerit, damnum inferret mulieri, contra naturalem aequitatem.» [1] Matrimonium igitur debet esse indissolubile.

4° *Ex bono societatis civilis.*—Societas conjugalis est pars societatis civilis ad quam naturaliter ordinatur. Ergo ita societas conjugalis constitui debet, ut non sit impedimentum fini societatis civilis, qui est pax et tranquillitas civium. Atqui admissa solubilitate matrimonii, jam matrimonium fit causa discordiarum et invidiarum quae pacem societatis perturbant. Familiae enim per divortium dissolvuntur, inde oriuntur invidiae, et odia ; institutioni puerorum nocetur ; dignitas mulierum minuitur ; vitiis via aperitur quibus boni mores pessumdantur, et cum nihil tam valet ad frangendas regnorum opes quam corruptela morum, facile civitatum prosperitati damnum affertur[2]. Ergo matrimonium debet esse indissolubile.

Corollaria.—1° Divortium proprie dictum, seu solutio vinculi matrimonialis prohibetur secundis praeceptis legis

---

(1) S. Thomas, *cont. Gent.*, l. III, c. 123.

(2) Il est à peine besoin de dire tout ce que le divorce renferme de conséquences funestes. Par le divorce, les engagements du mariage deviennent mobiles ; l'affection réciproque est affaiblie ; l'infidélité reçoit des engagements pernicieux ; la protection et l'éducation des enfants sont compromises. Il fournit l'occasion de dissoudre les unions domestiques ; il sème des germes de discorde entre les familles ; la dignité de la femme est amoindrie et abaissée, car elle court le danger d'être abandonnée après avoir servi à la passion de l'homme. Et comme rien ne contribue davantage à ruiner les familles et à affaiblir les Etats que la corruption des mœurs, il est facile de reconnaître que le divorce est extrêmement nuisible à la prospérité des familles et des peuples, attendu que le divorce, qui est la conséquence des mœurs dépravés, ouvre le chemin, l'expérience le démontre, à une dépravation encore plus profonde des habitudes privées et publiques.» Leon xiii. *Arcanum divinae sapientiae.*

naturalis, quia finem primarium nempe educationem prolis, difficiliorem reddit, et fines secundarios plurimum impedit vel tollit.

2° Divortium improprie dictum, seu separatio a toro vel habitatione, justis de causis fieri potest, manente vinculo conjugii. Illae autem causae sunt : 1° prima et principalis, *conjugis adulterium* certum, voluntarium et non condonatum ; 2° *grave periculum animae vel corporis* ; 3° *mutuus consensus*, seposito incontinentiae periculo.

X. De conjugum officiis.—Officia conjugum alia sunt *communia*, alia *peculiaria*.

Communia autem ad tria reducuntur ; conjuges debent : fidem promissam inviolatam servare, maxima enim injuria est inter eos fidem frangere ; mutuum amorem et obsequium sibi praestare ; communitatem tori et habitationis tenere.

Peculiaria *mariti* officia sunt : uxorem nutrire, defendere, et dirigere ; mulierem tamen habere non tanquam servam, sed consociam. Pecularia vero *uxoris* officia sunt : exhibere marito reverentiam et obedientiam, domestica negotia curare, educandae proli operam navare.

XI. De habitudine matrimonii ad societatem civilem.—Societas conjugalis ad societatem civilem ordinatur ; familiae enim sunt membra civitatis. Unde necessitas quaerendi de habitudine matrimonii ad auctoritatem civilem. Matrimonium aliquo modo societati civili subjiciatur, nemo est qui non admittat. Ad naturam hujus subjectionis determinandam, duo in matrimonio distinguenda sunt. Quaedam enim sunt matrimonio *intrinseca*, quae nempe ipsam substantiam matrimonii, ipsum ejus vinculum afficiunt ; quaedam vero *extrinseca*, scilicet, ea quae contractum nuptialem comitantur, vel ipsi superveniunt, et sunt veluti effectus ejus. Jamvero illa quae sunt intrinseca matrimonio, quae spectant ad vinculum, ad obligationes ejus naturales, ad finem ad quem tendit, sunt

omnino a societate vel auctoritate civili independentia. Illa enim sese habent ad societatem domesticam, tanquam fundamenta ejus ; idcirco anteriora sunt societate civili ideoque independentia ab ipsa. Munus auctoritatis civilis respectu istorum est munus protectionis et tutelae.

Quoad autem ea quae sunt extrinseca matrimonio, auctoritas civilis potest condere leges quae *civiles effectus* matrimonii attingunt, v. g. quae respiciunt modum transmittendi haereditatem, exercendi auctoritatem in filios, administrandi bona mulieris, etc. Etenim illa cum ordine publico servando stricte connectuntur, ideoque auctoritas civilis circa ipsa exerceri potest.

ARTICULUS II

DE SOCIETATE PATERNA

I. **Definitio.**—Societas conjugalis est societas naturalis, quia natura inclinat virum et mulierem ad unionem stabilem et indissolubilem, in ordine ad generationem et educationem prolis. Ex societate conjugali, quasi fructus ejusdem, oritur *societas paterna* quae nihil aliud est, nisi : *societas naturalis parentum et filiorum propter educationem ipsorum.* [1]

Dicitur 1° *Societas naturalis*, quia vi ipsius generationis et nativitatis haec societas oritur inter parentes et filios, idcirco maxime naturalis est.

---

(1) Volpi, *Lect. Phil. Mor.*, t. II, p. 133.

Dicitur 2° *propter educationem ipsorum*, quia *educatio* est finis proprius hujus societatis, ideoque principium ex quo determinanda sunt jura et officia tum parentum, tum filiorum.

II. **Primum officium parentum et praecipuum est educatio filiorum.**—Societas paterna est naturalis. Qui autem societatem naturalem ingrediuntur stricto et naturali officio tenentur conspirare in finem quem natura ex societate illa intendit. Ergo parentes stricto et naturali officio tenentur prosequi finem quem natura ex societate paterna intendit. Atqui finis ille est educatio prolis. « In bono prolis, quod est principalis matrimonii finis, intelligitur non solum procreatio sed etiam educatio[1].....Non intendit natura solum generationem prolis, sed etiam traductionem et promotionem usque ad perfectum statum hominis, in quantum homo est, qui est virtutis status. »[2] Ergo primum officium parentum et praecipuum est filiorum educatio.

Haec filiorum educatio in solidum committitur patri et matri, qui simul conjunctis viribus eam procurare debent. « In specie humana, inquit doctor angelicus,[3] femina minime sufficeret sola ad prolis educationem, cum necessitas humanae vitae multa requirat, quae per unum solum parari non possunt. » Quod quidem ex necessitate educationis moralis maxime apparet. « Ad hanc instructionem longum tempus requiritur : et tunc etiam propter impetus passionum quibus corrumpitur aestimatio prudentiae, indigent non solum instructione sed etiam repressione. Ad hoc autem mulier sola non sufficit, sed magis in hoc requiritur opus maris, in quo est et ratio perfectior ad instruendum et virtus potentior ad castigandum. »[4]

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, Suppl., q. 65, a. 1, ad 8.
(2) *Ibid.*, q. 41, a. 1.
(3) *Cont. Gent.*, l. III. c. 23.
(4) *Ibid.*

III. Educatio.— Educatio in progressiva et ordinata evolutione facultatum hominis consistit. Igitur *educatio* est auxilium puero praestitum ad facultates ejus perficiendas in ordine ad finem suum ultimum. Etenim, ut docet Aristoteles, intellectus hominis est veluti *tabula rasa* in qua a nativitate nihil actu scribitur, et ipse Plinus addit: « homo nihil scit, nisi doceatur. » Facultates igitur hominis indigent perfici mediante auxilio magistri.

Praecipuae autem hominis facultates sunt intellectus et voluntas, quarum prima cognitione veri perficitur, secunda operatione boni. Auxilium puero praestitum ad perficiendum ejus intellectum, dicitur *educatio intellectualis* seu *instructio*.— Auxilium puero praestitum ad perficiendum voluntatem, dicitur *educatio moralis* seu *educatio* simpliciter.— Auxilium puero praestitum ad perfectam evolutionem aliarum facultatum scilicet inferiorum, dicitur *educatio physica.*

Educatio physica perficitur his praesertim quae ad vitam physicam, sanitatem seu valetudinem servandam et explicandam inserviunt. Igitur parentes tenentur alere, nutrire filios, et de valetudine ipsorum sollicite curare.

Facultates intellectuales perficiuntur cognitione veri, unde parentes tenentur *instruere* filios veritatibus quae ad vitam rationalem ducendam requiruntur ; « proles non indiget tantum *nutritione* quoad corpus, sed etiam *instructione*, quantum ad animam ». (1)

Educatio moralis, quae in formatione voluntatis consistit, praecipuum tenet locum in munere parentum ; ideoque nomen *educationis* simpliciter retinet. (2) Supremum enim

---

(1) S. Thomas, *Cont. Gent.* l. III, c. 22.

(2) « Il faut distinguer l'*instruction* de l'*éducation* et la simple culture intellectuelle de la formation morale, de la formation du cœur. La première consiste à orner les jeunes intelligences d'un certain nombre de connaissances qui varient selon l'âge des enfants et leur aptitude à appliquer au travail leurs facultés intellectuelles et physiques. La seconde, l'éducation,

bonum hominis in eo est ut ad finem suum, nempe ad Deum attingat. Jamvero ad finem attingere non potest nisi actibus bonis et honestis, qui, secundum quod sunt legi morali conformes, ad finem ultimum homines ducunt. Unde educatio bene ordinata, ad finem ad quem homo ordinatur, semper spectare debet, et perficere in pueris morales facultates, quibus mediantibus homo ad finem suum tendit. Parentes igitur maxima diligentia debent curare, ut bonis exemplis et consiliis filii omnia moralia officia addiscant et adimpleant, et opem dare ut voluntas ipsorum efformetur continuo virtutum moralium exercitio.

Inter officia moralia quibus homo adstringitur per ordinem ad finem suum ultimum maxime eminent officia religionis. Unde educatio moralis *religiosa* sit oportet. Supremum igitur parentum est officium, ut jam teneris ab annis infantes instruantur de his quae ad Deum et ad religionem pertinent, et in eam consuetudinem adducantur, ut Deo cultum Ipsi debitum omnibus modis exhibeant.

IV. De jure parentum in educationem filiorum (1).—Jus educandi prolem parentibus denegatur a communistis et

---


qui a pour but de parfaire le développement moral de l'enfant, lui enseigne à mettre en pratique, dans la vie de famille et dans la vie sociale, les grands principes religieux et moraux. Avec de la science, de l'instruction, vous aurez des jeunes gens instruits et savants, l'éducation vous donnera des citoyens honnêtes et vertueux. Celle-là, sans le secours de celle-ci, sert plus à rendre vain l'esprit du jeune homme qu'à le former véritablement. Au contraire, une bonne éducation, sous la direction de cette religion divine qui agit sur le cœur de l'homme en lui inspirant de pures et généreuses affections, parvient à enraciner la vertu dans les âmes les plus grossières, sans le secours de la science et de l'instruction. L'instruction ne suffira donc pas, si étendue, si variée soit-elle, pour assurer l'heureux avenir de vos fils, si vous négligez leur éducation ». Card. J. Pecci, plus tard Léon XIII, *Œuvres pastorales* (2 édit. trad. Lury) pp. 135, 136.

(1) Cf. Mgr Louis-Adolphe Paquet, *Droit public de l'Eglise: l'Eglise et l'Education*, pp. 167 et seq.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

ANSI and ISO TEST CHART No. 2



APPLIED IMAGE Inc

socialistis qui ipsum transferunt ad statum civilem, vel quia parentes illud jus amittunt eo ipso quod societatem civilem ingrediuntur et ab ipsa auctoritate civili dependent, vel saltem quia parentes in exercitio illius juris gubernio civili subjiciuntur. Qui massonicis sectis sunt addicti, et in genere religionis catholicae hostes, illud jus in educationem prolis auctoritati civili etiam tribuunt, ut facilius religionem a scholis ejicere possint. Contra illos omnes jus naturale parentum demonstrabitur.

THESIS.—Jus directe et immediate curandi educationem liberorum, in ordine naturali, per se ad solos parentes pertinet.

Sensus propositionis explicatur :

a) Dicitur : *jus directe et immediate curandi educationem liberorum*, quia non denegamus statui civili jus quoddam indirectum et mediatum in educationem. Ad statum pertinet adjuvare parentes et quandoque supplere, v. g. in institutione scholarum, in remuneratione praebenda magistris, etc.

b) In ordine naturali, quia in ordine supernaturali Ecclesia jus directum et immediatum habet in omnes fideles, ideoque parentes non sunt nisi mandatarii Ecclesiae quoad educationem religiosam liberorum. « Tenentur igitur parentes non solum filiis secundum Ecclesiae mentem educationem christianam impertire et educationem profanam religiosae subordinare, sed etiam Ecclesiae ministros non impedire, quominus immediate quidem, si eis videtur, religiosam institutionem in se suscipiant ». (1)

c) Per se ad solos parentes pertinet, quia, *per accidens*, ubi constaret parentes educationem liberorum plane negligere,—

---

(1) Cathrein, *Phil. mor.*, édit. III, p. 400.

id quod non supponendum est sed probandum,—magistratus civilis eos intuitu boni communis congruis mediis adigere, ut suo muneri saltem in essentialibus satisfaciant, nequaquam autem per se educandi curam directe assumere, quamdiu parentes eidem satisfacere valent.

Demonstratur thesis:—

1° Solis parentibus a natura directe commissum est officium educandi prolem. Atqui qui habet officium, habet jus officium adimplendi. Ergo ad solos parentes pertinet jus directe et immediate curandi educationem liberorum.

Ad majorem:—Haec propositio evidenter communi sensu constat. Supponatur enim quosdam parentes educationem filiorum prorsus negligere; nemo est qui statum accusaret, et parentes a culpa, eaque maxima, excusaret. Atqui culpa nulla adesset nisi parentes officio educandi prolem directe tenerentur. Ergo officium directe curandi de educatione prolis solis parentibus a natura commissum est.—Eadem veritas ex vehementi amore quo parentes prolem prosequuntur, ex instinctu quo proles ad parentum curam qu[illegible]n ducuntur evidenter manifestatur.

2° Educatio est auxilium puero praestitum ut perficiatur in facultatibus suis, scilicet, in suo esse et agere. Atqui ejusdem est dare esse et ipsum complere. Ergo educatio qua completur esse physicum, intellectuale et morale pueri, ad parentes directe et immediate pertinet.

3° Finis matrimonii non est sola procreatio, sed etiam educatio prolis. Etenim societas viri et mulieris non ordinatur ad multiplicationem generis humani more pecudum, sed ad formationem hominis perfecti cujus scilicet facultates ita perfectae sint, ut possit per se rationaliter agere et ad finem suum attingere: quod quidem mediante educatione habetur. Atqui finis societatis cujuscumque est mensura

jurium ipsius. Ergo educatio prolis ad familiam, scilicet, ad parentes directe et immediate pertinet.[1]

4° Societas quae prior est altera sibi vindicat jura antecedenter et independenter ab ipsa. Atqui familia seu societas domestica, cum omnibus suis juribus ex suo fine manantibus, natura sua prior est societate civili. Ergo familia, cujus finis est procreatio et educatio prolis, jus habet educandi prolem antecedenter et independenter a statu civili, ideoque jus directum et immediatum educandi prolem per se ad solos parentes pertinet.

Rationes adversariorum solvuntur.

1° Educatio connectitur cum bono publico. Atqui jus curandi bonum publicum ad statum civilem pertinet. Ergo jus educandi prolem ad statum civilem pertinet.

Transeat major.

Dist. min. Jus indirectum et subsidiarium, *conc.*; jus directum, *subsdist*, si aliunde pro cura talis boni per alia instituta a natura provisum non sit, *conc.* aliter, *nego.*

2° Filii sunt membra societatis civilis. Atqui societas civilis jus directum habet in membra sua. Ergo.

Dist. maj. Immediate et per se, *nego*; mediante familia, *conc.*

« Filii sunt aliquid patris ; non ipsi per se, sed per communitatem domesticam, in qua generati sunt, civilem ineunt ac participant societatem. » Leo XIII, *Rerum novarum.*

Ceterum etiamsi filii immediate ad societatem civilem pertinerent, ex hoc non sequeretur jus directum status civilis ad educationem prolis, quia primarius finis status civilis est jura propria et anteriora membrorum suorum non absorbere sed tueri. Jus autem directum educandi prolem parentibus a natura concessum est.

---

(1) « Le droit du père à diriger l'éducation de ses enfants est la condition même de l'existence de la famille toute entière fondée sur lui et sur son autorité. Toucher à ce droit directement ou indirectement constitue un véritable crime social. » Paul Bourget, *Lettre au Comte de Mun*—.« L'école primaire n'est autre chose qu'une modeste succursale du foyer domestique et de l'église. » F- Leplay, *Réforme sociale.* II, p. 369.

3° Ad societatem civilem pertinet tueri jura filiorum. Atqui curare educationem filiorum est tueri jura ipsorum. Ergo.

Dist. maj. indirecte, scilicet, deficientibus vel abutentibus parentibus vel aliis a parentibus delegatis, *conc.*; immediate et directe, *nego.*

Corollaria.—1° Cum potestas educandi prolem, a natura ipsa parentibus concessa, sit verum jus, exigit « ne quis in educationem filiorum, invitis parentibus sese directe ingerat, ne quis eam vel ex toto vel ex parte sibi usurpet, ne quis libero potestatis praedictae exercitio directum impedimentum apponat.

« Et sane, quando natura ipsa quoddam officium proprie ac directe alicui committit, eo ipso ceteris imponit obligationem, non se directe immiscendi in tali munere, quamvis de munere agatur prorsus necessario, cujus scilicet impletioni natura alio illo pacto providit. Atqui natura ipsa parentibus proprie et directe committit educationem filiorum, ut probatum est. Ergo eo ipso prohibet, ne alii directe in illiusmodi munus sese ingerant. »[1]

2° Jus parentum in educationem filiorum est jus *inalienabile,* [2] quia conjungitur cum officio naturali quo strictissime adstringuntur parentes. Ergo non tantum auctoritas civilis non potest, invitis parentibus, sibi directe usurpare jus educandi filios, sed nec parentes possunt absolute cedere

---

(1) Ferretti, *Phil. mor.*, t. III, p. 23.

(2) « Ce droit des parents est inaliénable. Léon XIII l'enseigne assez ouvertement, lorsqu'il déclare qu' « une étroite obligation leur incombe : celle d'employer tous leurs soins et de ne négliger aucun effort pour repousser énergiquement toutes les violences qu'on veut leur faire en matière scolaire, et pour réussir à *garder en leurs mains l'éducation de leurs enfants.* » *Sapientiae christianae.* Mgr L.-A. Paquet, *l'Eglise et l'Education,* p. 209.

« Dans ces devoirs qui dérivent de la procréation même des enfants, que les parents sachent qu'il y a, de par la nature et la justice, autant de droits, et que ces droits sont de telle nature qu'on n'en peut rien délaisser ici-même, ni rien en abandonner à quelque puissance que ce soit, attendu qu'il n'est pas permis à l'homme de délier une obligation dont l'homme est tenu envers Dieu. » Léon XIII, *Officio sanctissimo,* 22 déc. 1887.

jure suo, et ipsi gubernio committere curam educandi prolem suam.

3° Jus status civilis in educationem liberorum est jus *indirectum* et *subsidiarium*. Ad ipsum enim pertinet protegere jura parentum et filiorum, adjuvare parentes aperiendo scholas quae sint fontes veri et honesti ; providere bonos magistros quibus *libere, non autem violentia adhibita,* uti possint ; filiorum institutioni providere quando parentes nequeunt vel nolunt de filiis suis curam habere. Hoc quidem non est jus parentum usurpare, sed ipsos adjuvare, et onus educandi filios indirecte assumere, parentum defectui supplendo.

4° Jus directum et immediatum educandi prolem quod parentibus a natura conceditur, complectitur jus determinandi modum educationis et omnia quae ad instructionem et educationem filiorum pertinent, ideoque eligendi magistros, accipiendi vel rejiciendi libros, scilicet, vigilandi ne a magistris, sive in studiorum methodis, sive in libris quibus utuntur, aliquid fiat vel doceatur contra religionem vel legem moralem. (1)

---

(1) « Cette surveillance et ce contrôle constituent une des attributions les plus importantes des chefs de famille. L'âme de leurs enfants est en jeu ; leur avenir temporel et éternel en dépend. C'est un droit supérieur à toutes les lois humaines, et l'Eglise, d'accord avec la morale naturelle, l'a élevé à la hauteur d'un devoir. « Les parents, écrit Léon XIII, (*Cari-« tatis providentiaeque*, 19 mars 1894), ne doivent pas croire qu'ils pourront « pourvoir à une bonne et honnête éducation de leurs enfants, ainsi qu'il « est nécessaire, sans *une très grande vigilance*. Non seulement ils doivent « fuir les écoles et les collèges ou à la science on mêle de parti pris l'erreur « au sujet de la religion, où domine l'impiété, mais aussi ceux dans lesquels « on ne donne aucune règle ni aucun enseignement relatif aux préceptes de « la morale chrétienne, comme si c'étaient des objets inutiles. »

C'est dire que le droit de contrôle des parents sur les écoles n'atteint pas seulement les maîtres, mais qu'il s'étend également aux livres mis entre les mains des élèves, ainsi qu'aux méthodes employées dans l'éducation. Ces livres doivent être bons, ces méthodes doivent être saines, s'ils ne le sont pas, comment ne pas s'en effrayer, de nos jours surtout où le poison de l'erreur et du mal s'insinue sous tant de formes diverses dans les esprits et dans les cœurs ? En matière aussi délicate, toute imprudence est une faute, toute insouciance est un crime. » Mgr L.-A. Paquet, *l'Eglise et l'éducation*, pp. 178-179.

V. De jure educationis in ordine supernaturali.—Christus Dominus Ecclesiae commisit jus et officium docendi omnes gentes de veritatibus quae ad beatitudinem assequendam sunt necessariae. Quapropter in ordine supernaturali, quoad educationem religiosam, jus primum, directum et immediatum ad Ecclesiam pertinet, et parentes non sunt nisi *mandatarii* Ecclesiae, scilicet, educationem religiosam nomine et mandato Ecclesiae et dependenter ab ipsa filiis suis tradunt. Jus divinum Ecclesiae in educationem superius est jure naturali parentum, tamen jus parentum non destruit, sed tantum sibi subordinat. Quemadmodum enim educatio physica, intellectualis et moralis educationi religiosae subordinatur, ita jus parentum, juri Ecclesiae.

VI. De schola.—Parentes muneri educationis per se semper satisfacere non possunt, ideoque alios vocant in auxilium, quibus illud officium tanquam a mandatariis adimplendum committunt. Unde magister vices parentum gerit, et schola est extensio quaedam et institutum subsidiarium familiae. Schola est « magistri cum discipulis societas hos instituendi gratia [1] ». Haec autem societas non est absolute necessaria, cum parentes jure gaudent per se educandi et instituendi filios suos ; tamen schola tam multa confert commoda ut possit dici moraliter necessaria. « Melius enim finis educationis obtinetur in schola ubi plures infantes, fere ejusdem aetatis et conditionis, simul a communi ludimagistro erudiuntur. Tunc magis excitatur adolescentulorum per mutuam aemulationem industria, quam inter domus parietes, ubi facile puerorum ardor languescit. Dein educatio, quae fit in schola circa infantes diversarum familiarum eos detegit

---

(1) Jansen, *De facultate docendi.*

defectus, quos oculi paterni et praesertim materni persaepe non vident, non videre vel agnoscere volunt ; eosque corrigit monitione a parentali diversa, imo mutua cum aliis characteribus confricatione ». [1]

Jam quaeritur de jure parentum in scholas erigendas, necnon de jure auctoritatis civilis. Solutio hujus quaestionis facili negotio deducitur ex his quae jam dicta sunt de jure parentum et status in educationem liberorum. Etenim 1° cum jus parentum in educationem sit directum et immediatum, *obligatio et jus scholas erigendi per se et primo familiae incumbit.* Schola enim in subsidium familiae erigitur, ad finem consequendum domesticum, idcirco a familia immediate pendet. Familiae autem singulae non possunt scholas erigere, unde inter se uniuntur ad scholam aperiendam. « Ex quo infertur in ordine naturali officium erigendi scholas a parentibus, quando eidem ipsi satisfacere nequeant, proxime devolvi non in societatem publicam, sed in *pagum* seu municipium.» [2]

2° Cum jus auctoritatis civilis in educationem liberorum sit *indirectum* et *subsidiarium*, « in casu, in quo neque singulae familiae, neque pagi scholas erigere valent, aut id facere graviter negligunt, auctoritati politicae supremae est eis succurrere et ex communibus mediis scholas erigere, quantum publici proventus permittunt et ad bonum commune necessarium est.» [3]

His positis facile demonstratur sequens propositio quae quidem sese habet ut praecedentium corollarium.

---

(1) Godts, *Sanctificetur educatio*, 1897, p. 37.
(2) Cathrein, *Phil. mor.*, p. 401.
(3) *Ibid.*— (3) Cf. Cathrein, *Phil. mor.*, p. 402 ; Godts, *op. cit.* p. 164, 165.

THESIS.—JURI NATURALI REPUGNAT AUCTORITATEM CIVILEM SIBI RESERVARE JUS EXCLUSIVUM APERIENDI SCHOLAS, scilicet, MONOPOLIUM INSTRUCTIONIS. [3]

1° *Illud monopolium juri naturali parentum repugnat.*—De jure naturali parentibus demandatur officium et jus directum educandi prolem, ideoque jus determinandi media quibus educatio perficietur, eligendi magistros quibus tanquam mandariis committetur. Atqui denegata parentibus facultate aperiendi scholas, et admisso monopolio status, jam parentes privantur jure determinandi media quibus educatio filiorum suorum perficietur et eligendi magistros. Ergo monopolium illud juri naturali parentum repugnat. [1]

2° *Monopolium status libertati naturali docendi et discendi adversatur.*—Etenim *intra ordinem mere naturalem*, quilibet homo habet jus naturale communicandi aliis suas cogitationes et ab aliis discendi, prout vult, et nemo hac in re eum impedire potest quamdiu non apertos et funestos errores spargere conatur. Atqui auctoritas civilis non potest sibi reservare jus exclusivum aperiendi scholas nisi denegando civibus hanc naturalem libertatem docendi. Ergo.

Dicitur *intra ordinem mere naturalem*, quia in ordine supernaturali, Ecclesia sola jus habet doctrinam christianam docendi.

---

(1) « Ce monopole soit qu'il vise directement l'étranglement de la liberté par une loi qui ne reconnaisse et ne laisse subsister que les établissements de l'Etat, soit qu'il s'exerce indirectement par des entraves de toutes sortes mises au fonctionnement des écoles libres, et par un contrôle illégitime qui livre ces établissements à l'arbitraire des pouvoirs publics, cet envahissement, dis-je, du domaine scolaire est odieux et inadmissible, L'Etat n'a pas plus le droit de s'immiscer dans la conduite des écoles ouvertes par les particuliers ou par l'Eglise qu'il ne lui est permis de s'ingérer dans le gouvernement intérieur des familles ou dans la direction d'une entreprise privée quelconque. » MGR L. A. PAQUET, *op. cit.*, p. 298.

3° *Monopolium juri Ecclesiae adversatur.*—Etenim Ecclesia munus a Domino accepit docendi omnes gentes, et ideo jus divinum docendi includit jus aperiendi scholas. Ergo auctoritas civilis sibi reservando jus exclusivum aperiendi scholas, juri Ecclesiae adversatur.

Corollarium.—Cum jus status in educationem sit *indirectum* et *subsidiarium*, non tantum status non potest sibi reservare jus exclusivum aperiendi scholas, sed ubi jam adsunt scholae sufficientes *numero* et *efficacitate*, nullum jus ipsi auctoritati civili competit condendi scholas in quibus ipse status sese haberet ut docens, vel ut magister. Etenim illud jus *directe* ipsi statui competere non potest, cum auctoritas civilis nullum jus directum (1) habeat in educationem; nec quidem *indirecte* ipsi competit, quia jus indirectum status in educationem est *suppletivum*, (2) *subsidiarium*, et in casu nihil invenitur supplendum. (3)

---

(1) « La nature ne l'a (l'état) pas fait éducateur. Elle a désigné pour ce rôle les auteurs de l'enfant, c'est-à-dire ses parents. Elle leur a donné les lumières, la tendresse et l'autorité nécessaires à l'accomplissement de cette œuvre ; elle leur en a imposé les charges pesantes et la responsabilité non moins lourde, et les lois positives n'ont fait, à ce point de vue, que conformer leurs prescriptions à celles de la loi naturelle.

« Si d'autres que les parents prennent part à l'éducation de l'enfant, ce ne peut donc être que par délégation de la famille, comme ses réprésentants, en vertu d'un mandat spécial et toujours révocable. Il n'y a pas de droit qui puisse prévaloir contre celui de l'enfant, qui est d'être élevé par son père, ni contre celui du père qui est d'élever son enfant.

« L'Etat n'a pas, à ce point de vue, de privilège. S'il intervient comme puissance publique et en vertu de son droit propre pour défendre l'enfant contre les abus possibles de l'autorité paternelle, il ne peut, au contraire, agir comme éducateur qu'en qualité de réprésentant de cette même puissance paternelle. » RÉNÉ LAVOLLÉE, *L'Etat, le Père et l'Enfant*, pp. 336, 337.

(2) « Tant que les parents sont là pour veiller à la formation de leurs enfants et qu'ils s'acquittent de leur devoir, en quelque manière d'ailleurs et sous quelque forme qu'ils s'en acquittent, l'Etat n'a pas à intervenir. Il n'aurait à intervenir que si les parents ou leurs tenants lieu abandonnaient les enfants. » P. PÈGUES, *Revue thomiste*, 1906, p. 555.

(3) « Plus que cela nous osons affirmer qu'il (l'Etat) sort de son rôle, lorsque, à côté d'établissements libres bien organisés, il fonde ses propres écoles et que, par le choix des maîtres, par la fixation des programmes,

VII. De educatione religiosa.—Quanta sit necessitas educationis religiosae, ex necessitate officiorum hominis erga Deum facile apparet. Denegata enim religione jam moralitas omni fundamento destituitur, et homo ad finem suum ultimum attingere non potest. Quapropter *supremum* diximus esse parentum officium, ut infantes, jam a tenera aetate, instruantur de his quae ad Deum et ad religionem pertinent.

Ab hoc supremo officio parentes retrahere conantur infensissimi Ecclesiae et religionis hostes, qui, unitis viribus

---

par la réglementation de la discipline, il prend lui-même en main l'éducation de l'enfance et de la jeunesse.—Ce n'est pas là une simple opinion personnelle : nous exprimons le sentiment d'hommes de très haute valeur et dont l'accord en pareille matière constitue plus qu'une probabilité, des jésuites de la *Civilta cattolica* et des *Etudes*, des dominicains de la *Revue thomiste*, des rédemptoristes représentés par le P. Godts, du cardinal Manning, de l'abbé Moulart, professeur à l'université de Louvain, de Mgr Freppel, des PP. Chabin, Russo, Conway, Holaind, Higgins et d'une infinité d'autres. » MGR PAQUET, *op. cit.*, pp. 208-209.

« La fonction éducatrice, dit Mgr Freppel, n'entre nullement dans l'idée de l'Etat, qui est un pouvoir de gouvernement et non un pouvoir d'enseignement. On a beau presser en tous sens les divers pouvoirs qui constituent l'Etat, le pouvoir législatif, le pouvoir exécutif, le pouvoir judiciaire, jamais l'on n'en fera sortir la fonction éducatrice. « *La Révolution française à propos du centenaire de 1789*, p. 91.

« D'excellents esprits voudraient que l'enseignement fut exclusivement distribué par les soins des parents, des particuliers, des associations, laïques et religieuses, au besoin même dans des établissements dépendant des communes, mais jamais par l'Etat. Non seulement disent-ils, l'Etat ne peut avoir le monopole de l'éducation, mais encore sa nature, son origine, sa constitution, ses fonctions s'opposent à ce qu'il joue le rôle d'éducateur. Il y est souverainement impropre. Création factice et contingente des hommes réunis en société, organisme politique essentiellement variable et passionné, il ne possède aucune des qualités requises pour cette mission si haute et si délicate de l'éducateur. Maniant des affaires plus que des esprits, servant des intérêts plus que des doctrines, il manque évidemment de l'impartialité et de la sérénité indispensables dans l'œuvre de l'éducation. L'idéal serait donc une société dans laquelle l'Etat n'aurait en matière d'éducation, que les droits de contrôle et de répression. Cet idéal est réalisé dans certains pays étrangers, où il n'existe pas d'enseignement d'Etat et où nous ne voyons pas que le sentiment national et l'ardeur du patriotisme en soient aucunement diminués. » RENÉ LAVOLLÉE, *op. cit.*, p. 337.

in secta massonica pluries ab Ecclesia damnata, ad educationem religiosam a scholis ejiciendam, rationem agendi inierunt diligentissime cogitatam, qua, repetitis impugnationibus et artificiis, victoriam gradatim reportare contendunt. Summa instituti operis capita haec sunt : *uniformitas librorum, schola gratuita, schola obligatoria, schola laïca seu neutra.* (1) Hisce quidem ab auctoritate publica acceptis, jam non tantum educatio religiosa a scholis ejicitur, sed catholici dolose et injuste adducuntur ad sustentandum propria pecunia scholas quibus in conscientia uti non possunt. Ut juvenes catholici apprime muniantur contra tam exitiosas doctrinas quaedam dicemus de hisce quatuor capitibus.

VIII. De uniformitate librorum.—Uniformitas librorum est statuta obligatio utendi eisdem libris in omnibus scholis. Haec uniformitas dicitur *absoluta* quando ab auctoritate publica statuitur pro omnibus scholis ipsius regionis ; *relativa*, si statuatur tantum pro scholis ejusdem municipii vel civitatis.

Quod autem familiae ejusdem pagi determinent ad tempus seriem librorum ad usum scholarum suarum, utuntur jure suo, et nullum jus alterius violant, dummodo illi libri, approbante auctoritate competenti, nihil contineant contra religionem et bonos mores.

In civitate vero frequenti, haec uniformitas relativa librorum, licet, consentientibus familiis et auctoritate ecclesiastica, nulli juri parentum et Ecclesiae esset opposita, non foret tamen accipienda utpote contraria ipsi progressui pedagogico, necnon varietati methodorum qua melius multitudini et aptitudinibus liberorum consulitur.

Tandem uniformitas absoluta ab auctoritate civili praescripta, juri parentum et Ecclesiae opponitur. Parentes enim

---

(1) Cf. L'Abbé J. Ant. Huot, *Le fléau maçonnique*, pp. 45-47, 157-160.

et Ecclesia habent jus eligendi et determinandi libros quibus liberi edoceri debent, parentes ubi agitur de educatione profana, (1) Ecclesia ubi agitur de educatione religiosa.

IX. De schola gratuita.—*Schola gratuita* est schola aperta omnibus liberis quin ulla retributio pecuniara ab ipsis exigatur. Gratuitas est *absoluta* si a nullis retributio exigatur ; *relativa*, si pro indigentibus et pauperibus tantum nulla sit retributio solvenda. Gratuitas relativa semper exstitit in societate catholica (2) in qua Ecclesia educationem tum religiosam tum profanam sine ulla retributione, non tantum clericis, sed etiam pauperibus, et saepe saepius omnibus pueris, in suis scholis praestabat. Haec autem gratuitas adhuc invenitur in nostris scholis sive primariis sive secundariis. (3) Sed gratuitas a *massonicis* et socialistis proposita, est *gratuitas absoluta*, quae obtinetur secundum quod auctoritas publica omnes expensas scholae solvit mediantibus publicis vectigalibus, nulla directa retributione a parentibus exigenda, ad scholas liberis suis frequentandas. Haec autem gratuitas absoluta est omnino rejicienda.

---

(1) « C'est aux parents qu'il appartient, de par la loi naturelle, d'élever leurs enfants. C'est par là même leur droit,—droit sacré, intangible, inaliénable,—de choisir eux-mêmes les maisons d'études, les méthodes d'enseignement, les maîtres et les instruments de savoir qu'ils estiment les plus propres à assurer la bonne éducation des jeunes êtres dont la Providence leur a confié la garde. Une seule autorité leur est, en cela, supérieure, et peut leur commander : c'est l'Eglise. Quant à l'Etat, toute tentative faite par lui contre le libre exercice et les libres déterminations, en matière scholaire, de la puissance paternelle, mérite le nom de vexation et d'oppression. » Mgr L. A. Paquet, *op. cit.*, pp., 256, 257.

(2) Cf. Mgr L. A. Paquet, *op. cit.*, pp. 242 et seq.

(3) *Ibid.* p. 246.« —La gratuité réelle de l'instruction, l'histoire en fait foi, est le vœu et la pratique constante de l'Eglige. Elle existait anciennement dans les écoles épiscopales et les maîtrises. Peu après ce sont les ordres religieux enseignants qui l'ont pratiquée. » D. Onclair, *Les revendications populaires en Belgique*, Grenoble, 1887, p. 39.

THESIS.—Gratuitas absoluta scholae ab auctoritate civili instituta est omnino rejicienda.

1° *Haec gratuitas est mendacium.* — Etenim omnia expensa ad institutionem et sustentationem scholae necessaria a gubernio solvuntur mediantibus vectigalibus. Atqui illa vectigalia ab omnibus quidem civibus directe vel indirecte pecunia praestantur. Ergo in casu scholae gratuitae non exigitur retributio directa, sed exigitur indirecta ; ideoque schola quae dicitur gratuita, revera gratuita non est. (1)

2° *Haec gratuitas est injustitia.*—Ad justitiam distributivam pertinet distribuere onera ita ut pauperes non teneantur tributa solvere pro divitibus. Atqui in casu scholae gratuitae pauperes pro divitibus expensas scholae solvere tenentur. Ergo haec gratuitas est injustitia.

Ad minorem. In casu enim gratuitatis relativae pauperes nihil solvere tenentur pro educatione filiorum suorum, et expensa scholae a divitibus solvuntur; in casu vero gratuitatis absolutae expensa scholae mediantibus vectigalibus solvuntur. Atqui vectigalia eodem modo a pauperibus et

(1) « Que ce mot de gratuité est joliment dit ! Cette parole sonne bien à l'oreille du peuple, qui se paie aisément de paroles.

Puisque l'Etat n'a pas d'autres ressources que celles qu'il puise dans la bourse des contribuables, ce seront ces derniers qui devront payer, à l'aide d'un nouvel impôt, l'immense somme exigée pour entretenir des écoles et des maîtres en nombre suffisant pour instruire les garçons et les filles de tout le pays.

Ce nouvel impôt, les contribuables le paieront toute leur vie, même ceux qui n'ont pas d'enfants.

Voilà une gratuité d'un nouveau genre, une gratuité très coûteuse !

Et qui paiera cet impôt ? C'est vous, contribuables ; vous qui n'avez point d'enfants, où n'en avez point à envoyer à l'école ; c'est vous, pères de famille pauvres, qui jusqu'ici avez trouvé parfaitement le moyen de faire élever gratuitement vos enfants. Au lieu de payer la rétribution scolaire, vous paierez l'impôt scolaire, vous paierez d'une autre façon, mais vous paierez davantage, voilà ce qu'il y a de plus clair. » P. Vadon, *Les Etudes, des Pères Jésuites*, 1876, t. IX, p. 746.

divitibus sunt exigenda. Ergo in casu gratuitatis absolutae pauperes pro divitibus expensas scholae solvere tenentur.[1]

Haec autem injustitia fit major si schola gratuita sit hujusmodi ut parentes nequeant in conscientia infantes suos huic scholae committere. In hoc enim casu tenerentur bis solvere impensa institutionis: solvendo vectigalia, pro schola qua non utuntur, et retributionem scholarem pro alia schola.[2]

---

(1) « La gratuité relative, c'était donc les riches payant pour les pauvres, les classes fortunées ou simplement aisées venant en aide aux classes nécessiteuses par des aumônes, des legs, des fondations... La gratuité absolue de l'école multiplie les frais scolaires et grève inutilement les budgets de l'Etat.

« Plus que cela : sous les dehors d'une bienfaisance élevée et d'une générosité humanitaire, elle cache, à l'endroit des pauvres, un manque d'équité et presque une injustice. Le mot n'est pas trop fort. N'y a-t-il pas, en vérité, une sorte d'injustice à établir un système d'écoles qui ne se soutiennent que par une augmentation de charges pour les familles indigentes et une diminution correspondante d'obligations pécuniaires au profit des familles riches? C'est l'anomalie qui résulte de la gratuité scolaire générale. L'Etat en l'établissant semble faire aux citoyens pauvres une faveur. Ce n'est qu'un leurre. En effet, dans le système des écoles payantes, le devoir de les soutenir pèse à peu près uniquement sur les personnes d'une certaine aisance. Là où règne ce qu'on nomme la gratuité absolue, et ce qui n'est au fond, qu'une forme spéciale d'emploi des deniers publics, pauvres et riches, et, par suite de beaucoup d'impôts également onéreux de douane, de consommation, d'enregistrement, pauvres comme riches ont à porter le fardeau proportionnellement accru, de leur part contributive. « On arrive, dit Mgr Freppel, à ce résultat étrange que, sous prétexte de gratuité absolue, l'école aura cessé d'être gratuite pour les pauvres, c'est-à-dire, précisément pour ceux qui en auraient le plus besoin, et que les riches seuls auront bénéficié d'une mesure qu'ils ne réclamaient en aucune façon. » Mgr L.-A. Paquet, *op. cit.*, p. 250.

(2) « Au point de vue de la justice, comment faire accepter que ceux qui envoient leurs enfants à une école libre, soient obligés de payer deux fois, comme pères, pour l'école dont ils usent, et comme contribuables, pour celle dont ils n'usent pas? » René Lavollé, *op. cit.*, p. 333.

« Les parents qui pour de bonnes raisons, préfèrent l'école libre à l'école officielle, ces parents paieront deux fois Ils paieront pour l'école officielle dont ils ne veulent pas; ils paieront encore la rétribution scolaire à l'école libre, qui a leurs préférences. Il s'ensuit que dans ce système préconomisé à la fois par le libéralisme et le socialisme, ceux-là seuls pourront bénéficier de la liberté, qui seront assez riches pour la payer. Etranges démocrates en vérité. » D. Onclair, *op. cit.*, p. 40.

3° *Gratuitas absoluta spiritum familiae destruit.*—Spiritus familiae oritur et conservatur ex mutua relatione inter parentes et filios, secundum quod utrique mutua officia adimplent. Atqui schola gratuita illas mutuas relaxat relationes absolvendo parentes et filios a mutuo beneficio quod ex munere educationis exurgit, scilicet, eximendo patrem ab obligatione directae retributionis scolaris solvendae, et filios a gratitudine manifestanda pro solutione hujus retributionis. Ergo recte dicitur gratuitatem scholae vincula familiae dissolvere et ad socialismum ducere.(1)

4° *Gratuitas pretium detrahit scholae.*—Justo enim pretio non aestimatur nisi id quod operis vel pecuniae sacrificio solvitur ; gratuitas communis enim res vilescit. Ubi igitur instructio et educatio, nulla soluta retributione, aequaliter omnibus dispensatur, ipsa vilescit et pro nihilo reputatur.(2)

---

(1) « Elle prive le père de la noble satisfaction d'avoir élevé sa famille du fruit de ses sueurs et découronne ainsi l'autorité paternelle ; lui enlève aussi tout souci pour l'instruction de ses enfants.

Elle exempte les enfants du devoir de la reconnaissance ; un fils ne devra plus, en fait d'instruction, rien à son père, rien à sa famille ; il devra tout à l'Etat.

L'idée de famille, si affaiblie déjà dans la société moderne, recevra de ce côté une nouvelle atteinte. » D. Onclair, *op. cit.*, p. 39.

« La famille doit garder ses charges. Qu'on l'aide à les porter, c'est ce qui sera juste et nécessaire ; mais puisque c'est le besoin qui sert de principe à cette intervention, ce sera le besoin et lui seul, qui en devra fixer la mesure. Pourquoi la loi de l'enseignement pour l'enfant que ses parents nourrissent, logent, habillent, font voyager, amusent, sans que le budget de famille en pâtisse ? L'enseignement serait-il un cas si particulier ? N'est-il pas nourriture de l'esprit tout comme le pain est nourriture du corps ? Quelle raison de nourrir gratuitement l'un des deux, quand on ne nourrit pas l'autre ? » Mgr L.-A. Paquet, *op. cit.*, p. 249.

(2) Aux yeux des parents et de leurs enfants la gratuité absolue de l'instruction en rabaisse singulièrement le prix. Les parents, voyant l'Etat prendre à sa charge l'éducation, s'en désintéressent ; leur ardeur s'émousse ; leur zèle se ralentit. Les enfants de leur côté, moins astreints au travail et à l'assiduité par leurs parents, suivent plus volontiers l'instinct de leur indolence naturelle, et n'éprouvent aucun scrupule à faire l'école buissonnière. « Pense-t-on, remarque à ce sujet, Lavollée, que « l'école gratuite sera plus assiduement fréquentée que l'école payante ? Ce

X. De schola obligatoria.—*Schola obligatoria*, est obligatio a lege civili parentibus imposita mittendi infantes ad scholas publicas. Schola obligatoria distinguenda est ab *instructione obligatoria*, quae nihil aliud est nisi obligatio civibus a lege imposita infimae mensurae instructionis, quae in arte legendi, scribendi et computandi consistit. Unde duplex proponitur quaestio quarum prima sic proponitur: potestne status civilis cogere parentes ut infantes mittant ad scholas a gubernio institutas vel libere erectas? Huic quaestioni sic respondetur:

THESIS.—STATUS CIVILIS NULLUM JUS HABET IMPONENDI SUOS MAGISTROS ET SUAS SCHOLAS PATRIBUSFAMILIAS QUOAD FILIORUM EDUCATIONEM TUM INTELLECTUALEM, TUM MORALEM.

1° *Schola obligatoria adversatur juri parentum.* — Parentes in educationem filiorum suorum habent jus directum et perfectum, vi cujus facultate donantur eligendi magistros, determinandi scholas et omne id quod ad educationem filiorum pertinet. Atqui cogere parentes ad mittendos filios suos ad scholas determinatas, vel ipsis determinatos magistros imponere est illud jus directum et parentum violare et destruere.(1) Ergo status civilis nullum jus habet imponendi

---

« serait une singulière illusion que dissipent et l'expérience des pays « voisins et la nôtre, et la connaissance du caractère populaire. L'assui- « dité scolaire n'est-elle pas aussi grande, sinon plus grande, dans les « écoles libres et payantes, que dans les écoles officielles et gratuites ? « Personne ne s'en étonnera parmi ceux qui ont vu de près le paysan et « l'ouvrier ; car on sait qu'il n'attache réellement de prix qu'à ce qu'il a « payé.» Mgr L.-A. Paquet, *op. cit.* p. 248.

(1) N'est-il pas, en effet, véritablement oppressif d'exiger par une loi que des enfants, dont l'éducation peut se faire au sein de leurs familles, et que de longues distances, des chemins fangeux, neigeux, peu praticables, séparent peut-être des établissements scolaires, fréquentent néanmoins en toute régularité ces écoles ? N'est-il pas souverainement vexatoire que l'Etat, pour s'assurer de l'exécution de ses décrets, surveille minutieusement ces

suos magistros et suas scholas patribusfamilias. Haec valent, etsi scholae sint bonae, si autem religioni et bonis moribus essent oppositae, major adhuc injuria fieret parentibus et liberis.

2° *Haec doctrina ducit ad socialismum.*—Si enim status civilis juste potest sibi assumere munus parentum educandi pueros, cur non posset aequali jure alia parentalia jura sibi vindicare, et omnem familiae administrationem, ut volunt socialistae et communistae? Si status civilis potest sibi arrogare munus educationis puerorum quoad educationem intellectualem et moralem, cur non posset quoad educationem physicam, si quoad instructionem, cur non quoad nutritionem? Agnoscere jus status imponendi suos magistros et suas scholas patribusfamilias est igitur viam aperire ipsi socialismo. (1)

---

enfants, les soumette aux tracasseries d'un régime policier, suppute leurs années de scolarité, additionne leurs heures d'absence, et aille, d'un œil inquisiteur, surprendre jusque dans l'intimité du foyer domestique les raisons secrètes qui expliquent ou justifient certains manques d'assiduité? Ces conséquence fâcheuses, onéreuses, injurieuses pour un peuple libre, sont inséparables du systême, sérieusement appliqué de l'école obligatoire. » Mgr. L. A. Paquet, *op. cit.*, p. 257.

« L'obligation légale de l'instruction est une intervention dans le domaine de la famille, une humiliation imposée, une contrainte apportée à l'autorité paternelle. » Guizot, *Journal des Débats*, 1865.

« L'enseignement obligatoire, tel qu'on l'a institué est une tyrannie, un attentat contre le premier des droits individuels placés au-dessus de l'atteinte des majorités: le droit pour les pères de famille d'être les guides, les maîtres, les législateurs de leurs enfants. » Emile Ollivier, *Le concordat est-il respecté?* p. 22.

(1) « Du moment que l'Etat imposera aux enfants du peuple l'instruction primaire, pourquoi ne ferait-il pas, de l'enseignement secondaire, une obligation pour d'autres enfants? pourquoi n'appellerait-il pas de force aux écoles militaires tous ceux qui peuvent rendre des services comme officiers? pourquoi ne se mêlerait-il pas d'indiquer les vocations et de désigner à chacun le poste qui lui convient dans la vie civile? Dès que vous ouvrez la porte à un de ces empiètements, il faut de toute nécessité que les autres soient légitimés. » P. Matignon, *La Paternité chrétienne*, 14e conférence: *De l'instruction obligatoire*, 2e édit., p. 69.

Corollaria. 1° Idem dicendum est de quacumque obligatione a lege imposita parentibus mittendi pueros ad scholas quascumque. Etiam supposita libertate omnibus concessa scholas aperiendi, status civilis nullum jus habet cogendi parentes ad tradendum filios suos alicui scholae. Jus enim parentum nullam coactionem admittit ex parte status ; est quidem prius et independens ab auctoritate civili.

2° Si agatur de educatione religiosa, Ecclesia quae jus directum in ipsam habet, potest cogere parentes ut infantes mittant ad scholas, si aliquando ipsa schola judicetur unicum medium ad hoc ut pueri catholici doctrinam necessariam ad salutem addiscere possint. Nec repugnat in hoc casu, auctoritatem civilem, non *jure proprio*, sed *nomine Ecclesiae*, si ab ipsa requiratur, cogere ad frequentandas scholas.

3° Confirmatur thesis ex inefficacitate et impossibilitate practica obligationis scholaris, etenim ad scholam lege imponendam invocant adversarii necessitatem promovendi instructionem, illuminandi suffragium populare et minuendi numerum illitteratorum. Jamvero in pluribus regionibus in quibus schola obligatoria existit, obligatio contrarium effectum produxit : puta, dum apud Belgos, ubi viget libertas scholae minuitur de die in diem illitteratorum numerus, idem numerus crevit apud Gallos, ubi invenitur schola obligatoria jam a fere triginta annis. (1)

---

(1) M. Briand constatait lui-même la faillite de l'école primaire obligatoire, et l'irrégularité de la fréquentation scolaire ; Voir *Questions actuelles*, 23 mars 1907.

—« Le ministère précédent a mis a exécution une loi sur l'instruction obligatoire, bien qu'elle fût le produit d'une politique différente. J'appartiens au parti libéral qui a cru faire œuvre utile en créant cette loi. Après l'expérience qui vient d'être faite, je suis aujourd'hui d'avis que l'expérience n'a pas été heureuse et qu'il est désirable de laisser tomber la loi en desuétude. » M. Prack, juge cantonal, *Lettre sur l'instruction obligatoire en Hollande.*—Le Bien Public, 28 oct. 1905.

—« Il ne paraît guère que l'instruction gratuite, obligatoire et laïque ait éclairé le suffrage universel. La superstition du savoir a jeté dans

Secunda quaestio (1) est de instructione obligatoria, utrum scilicet status civilis imponere possit saltem minimum instructionis quod in arte legendi, scribendi et computandi consistat ? Plures scriptores catholici hoc affirmant, alii autem etiam plures negant, quibus quidem consentimus. Hoc jus enim tribuitur auctoritati civili, vel directe quia hoc necessarium est bono communi et fini societatis, vel indirecte propterea quod auctoritas publica protegere debet jus pueri ad hoc instructionis minimum. Atqui neutrum demonstrari potest. Non *primum*, quia si a bono communi et a fini societatis exigatur homines singulos officia sua moralia cognoscere, quod oraliter fieri potest, et quosdam homines certa instructione esse munitos, nullo modo requiritur singulos homines artem legendi, scribendi et computandi cognoscere (2). Nec *secundum*, quia jus strictum pueri est ad ea cognoscenda tantum quae sunt necessaria ad finem suum ultimum assequendum, quod quidem dici non potest de arte legendi, scribendi et computandi ; quantum vero ad alia jus strictum non habet, licet caritate teneantur parentes ad instructionem procurandam pueris suis perfectissimam quam

---

l'enseignement des fils et des filles du peuple et de la petite bourgeoisie, qui infiniment plus nombreux que les places à occuper, n'ont fait que des déclassés et des malheureuses. » JULES LEMAITRE, (Discours de réception à l'Académie française).

—« La situation est aujourd'hui (1904) à peu près ce qu'elle était avant l'application de la loi de 1882 ; une moyenne de 5°/o dans les campagnes, 10°/o dans les centres populeux n. fréquentent aucune école ; et chose plus grave, les 95 centièmes fréquentent d'une manière tout à fait insuffisante.» CASE, inspecteur général, cité par G. Goyau, dans *La Revue des deux mondes*.

(1) Cf. MGR L.-A. PAQUET, *op. cit.*, pp. 259 et seq.

(2) « Si l'on excepte l'éducation morale et religieuse que les parents doivent procurer à leurs enfants sous la direction du pouvoir ecclésiastique et non du pouvoir civil, l'enseignement des arts et des sciences, qui se donne dans les écoles, ne peut être légitimement imposé à tous. Ces arts et ces sciences doivent être rangés au nombre des biens qui sont dus au perfectionnement du *corps social*, mais *non de chacun* de ses membres. » P. SCHIFFINI, *Disputationes phil. mor.*, t. II, n. 517.

possunt, secundum conditiones fortunae, regionis et temporis in quibus vivunt. Ergo hortandi sunt parentes et adjuvandi quam maxime ut benificium instructionis profanae in filios suos conferant, non possunt autem cogi. [1]

XI. De schola neutra. [2]—*Schola neutra* ~~*seu laica*~~ dicitur illa a qua excluditur omnis instructio religiosa, saltem *confessionalis*, ut dicunt. Haec est terminus conatuum sectarum massonicarum. « Satanae, cujus eae (sectae massonicae) instrumenta sunt, spiritu pervasae, in Christum Jesum et ab Eo institutam Ecclesiam mortali atque implacabili odio, sicut earum inspirator diabolus, adeo exardescunt, ut, quoad possunt, eam labefactare, aut saltem compedire conentur....Moralem cleri, id est catholicae Ecclesiae, in populos auctoritatem ab imis radicibus, atque ex ipsis socialis vitae fontibus, *schola* videlicet et familia, funditus evellere, *axioma est a massonicae sectae scriptoribus authentice declaratum.*»[3]

---

(1) « Pour notre part, nous croyons que les parents de nos jours sont, dans les circonstances ordinaires, tenus en conscience de fournir à leurs enfants l'avantage non seulement d'une éducation religieuse, mais encore d'une instruction profane au moins élémentaire ; mais nous nions à l'Etat le droit d'intervenir à ce sujet par des lois pénales. Les parents sont également tenus en conscience de fournir à leurs enfants une nourriture saine, le vêtement et le logement : cependant qui voudrait en conclure que l'Etat a le droit de régler les affaires de cuisine et autres choses domestiques, de légiférer sur la matière et la forme des habits qui conviennent aux enfants selon les différentes saisons de l'année? Dieu a chargé les parents d'y veiller, et ce n'est que dans les cas de négligence complète que l'autorité extérieure peut intervenir. Ces cas extrêmes d'entière négligence en matière d'éducation ne peuvent se vérifier que par l'abandon de l'enfant. C'est alors que l'Etat doit entrer en scène et pourvoir aux besoins de l'éducation. » P. Conway, *The respective rights, etc.*, p. 30, cité par Mgr Paquet, *op. cit.*, p. 262.

(2) Cf. Mgr L.-A. Paquet, *op. cit.*, *op, cit.*, c. 6. *L'école neutre et laïque*, pp. 229 et seq.

(3) « Animées de l'esprit de Satan, dont elles sont l'instrument, les sectes maçonniques s'inspirent d'une haine mortelle, implacable, contre Jésus-Christ et contre son œuvre, qu'elles s'efforcent par tous les moyens possibles de détruire et d'enchaîner........et grâce à

THESIS. — SCHOLA NEUTRA UT PESSIMA EST REFUGIENDA.

1° *Schola neutra est injusta violatio jurium parentum et liberorum.*—Primum enim et supremum officium, ideoque jus inalienable parentum est curandi de educatione morali et religiosa filiorum suorum, qui jus strictum habent ad talem educationem sine qua ad finem suum ultimum attingere non possent. Atqui schola neutra est injusta violatio utriusque juris. Ergo schola neutra est absolute damnanda.

Ad minorem.—Etenim excludendo a schola institutionem religiosam, schola neutra educationem moralem impossibilem reddit. Moralitas enim sine religione nulla est, (1) et

---

l'instruction que l'on veut exclusivement laïque depuis les premiers éléments jusqu'à l'enseignement supérieur des Universités, les nouvelles générations, autant que cela dépend de l'Etat, sont comme contraintes de grandir en dehors de toute idée religieuse, et dans une ignorance complète des premières et des plus essentielles notions de leurs devoirs envers Dieu. C'est là mettre la cognée à la racine de l'arbre, et l'on ne saurait imaginer un moyen plus universel et plus efficace pour soustraire à l'influence de l'Eglise et de la foi la société, la famille et les individus. « Saper par tous les moyens l'influence du clergé et l'autorité de l'Eglise dans ses fondements et aux sources mêmes de la vie sociale, c'est-à-dire à l'école et dans la famille,» tel est le mot d'ordre des écrivains francs-maçons.» LÉON XIII, *Lettre aux Italiens*, 15 oct. 1890.

(1) « Il n'y a pas d'éducation morale sans religion. » V. COUSIN

«Sans religion, point d'éducation morale digne de ce nom, ni vraiment efficace : attendu qu ... nature même et la force de tout devoir dérivent de ces devoirs spéciaux qui relient l'homme à Dieu ; à Dieu qui commande, qui défend et qui appose une sanction au bien et au mal. C'est pourquoi, vouloir des âmes imbues de bonnes mœurs, et les laisser en même temps dépourvues de religion, c'est chose aussi insensée que d'initier à la vertu après en avoir ruiné la base. Or, pour le catholique, il n'y a qu'une seule vraie religion, la religion catholique ; et c'est pourquoi en fait de doctrines de moralité ou de religion, il n'en peut accepter ni reconnaître aucune qui ne soit puisée aux sources même de l'enseignement catholique. La justice et la raison exigent donc que nos élèves trouvent dans les écoles non seulement l'enseignement scientifique, mais encore des connaissances morales en harmonie, comme nous l'avons dit, avec les principes de leur religion, connaissances sans lesquelles loin d'être fructueuse, aucune éducation ne saurait être qu'absolument funeste. De là, la nécessité d'avoir des maîtres catholiques, des livres de lecture et d'enseignement approuvés par les

jam pluries rejicimus moralem quae dicitur independentem et laïcam. [1] Omnis moralitas quidem ordinem importat ad Deum, qui sese habet lege aeterna ut principium et fundamentum ejus. Igitur schola neutra denegat liberis educationem moralem et religiosam quae ipsis est pernecessaria, [2] ideoque tanquam pessima calamitas est refugienda.

Non dicatur scholam neutram abstrahere a religione docenda, ipsam tamen non offendere, ideoque educationi

---

évêques, et d'avoir la liberté d'organiser l'école de façon que l'enseignement y soit en plein accord avec la foi catholique, ainsi qu'avec tous les devoirs qui en découlent. » Léon xiii, Lettre aux évêques du Canada : *Affari vos*, 1897.

(1) Vide pp. 56, 162.

(2) « L'éducation, nous l'avons prouvé, doit, pour être complète, atteindre et façonner l'homme tout entier. Ce n'est pas assez qu'elle forme son corps et qu'elle infuse en son esprit les notions grammaticales, littéraires ou scientifiques par lesquelles s'élabore son avenir terrestre. S'en tenir là, c'est s'arrêter à une conception toute naturaliste de l'être humain et de ses destinées. Le naturalisme est en effet le principe de l'école neutre. Il fait, systématiquement, abstraction du surnaturel. Il dérobe aux regards de l'enfant les grands et sublimes horizons de la vie future. Il enferme son intelligence dans le cercle vulgaire de connaissances toutes profanes ; il frappe d'anémie son esprit et son cœur. Ne se préoccupant que de l'instruction utilitaire qu'il dispense, il néglige les soins les plus indispensables à la culture morale de l'âme et il livre le jeune homme sans lumière et sans défense à la perversité de ses instincts.

Qui ne sait où la passion grandissante mène celui dont elle a fini par se rendre maîtresse ?

Seule la religion, par sa doctrine si haute et son action si pénétrante, pourrait faire échec aux appétits déréglés. Mais sous le régime de l'école neutre, l'accès à l'intelligence et au cœur de l'enfant lui est interdit. La souveraineté de Dieu sur toute créature, et en particulier sur la créature raisonnable, est méconnue, les réclamations de son Eglise, à qui il a légué l'empire des âmes, sont foulées aux pieds, le cri indigné des parents expire sans écho sur leurs lèvres, et l'être chéri, qui devait trouver dans les enseignements de l'école une reproduction agrandie des leçons fortifiantes de la famille, n'y rencontre en général que le mépris de la conscience et l'oblitération de l'idée même de Dieu.

C'est, de la part de l'Etat, la violation de tous les droits, conséquence de la transgression du plus sérieux et du plus impérieux de tous les devoirs, celui de favoriser, au lieu de l'entraver, l'éducation morale et religieuse de l'enfance et de la jeunesse. » Mgr Paquet, *Op. cit.* p. 231.

religiosae non nocere. Etenim, etiamsi accipiatur neutralitas ut possibilis, (1) solo facto tacendi de Deo et de officiis religiosis jam denegatur momentum maximum religionis, quae necessario habetur ut aliquid secundarium et liberum.(2)

Nec dicatur scholam esse posse *non confessionalem*, et tamen plura de Deo et de religione docere, quae scilicet sunt communia omnibus confessionibus religiosis. Etenim illa communia docere et de aliis tacere, esset innuere in mentibus discipulorum haec quidem communia esse necessaria, alia autem esse libera, quod est pessimus error indifferentismi dogmatici.(3)

Nec tandem affirmetur educationem religiosam fieri posse hora determinata post scholam, vel domi a parentibus, vel ecclesia. Etenim in hoc casu religio apparebit adhuc ut aliquid secundarium et liberum, vel saltem ut aliquid separabile a caeteris materiis scholae, quasi veritates religiosae non debeant omnes scientias illuminare, necnon omnem adolescentium formationem intime penetrare. (4)

---

(1) « La neutralité est une duperie. On ne peut pas être neutre. Le silence est une opinion. Se taire sur les mystères religieux, c'est indiquer qu'on n'y croit pas.» HENRY MARET, dans *le Radical*, fév. 1884.

«Il n'y a pas de neutralité possible....Du moment qu'un instituteur n'enseigne pas la religion, il enseigne par là-même l'incredulité.» JULES SIMON, *Disc. au Sénat*, mars 1883.

(2) « La neutralité n'a jamais été qu'une école irréligieuse.» ALBERT DURUY, ministre de l'Instruction publique en France.

(3) « Pareillement, il faut fuir à tout prix comme très funestes, les écoles où toutes les croyances sont accueillies indifféremment et traitées de pair, comme si, pour ce qui regarde Dieu et les choses divines, il importait peu d'avoir ou non de saines doctrines, d'adopter la vérité ou l'erreur.

Vous êtes loin d'ignorer, Vénérables Frères, que toute école de ce genre a été condamnée par l'Eglise, parce qu'il ne se peut rien de plus pernicieux de plus propre à ruiner l'intégrité de la foi, et à détourner les jeunes intelligences du sentier de la vérité.» LÉON XIII. Lettre aux évêques du Canada : *Affari vos* 1897.

(4) « Il faut, non seulement que la religion soit enseignée aux enfants à certaines heures, mais que *tout le reste de l'enseignement* exhale comme une odeur de piété chrétienne. S'il en est autrement, si cet arôme sacré

2° Schola neutra ad pessima mala ducit.—Etenim sive tacendo de religione, sive ipsam aperte impugnando, (neutralitas est mendacium,) magistri scholae neutrae fundamentum moralitatis everterunt. Negatis enim officiis erga Deum, nulla solida ratione firmari possunt alia hominis officia. Unde e scholis neutris processerunt generationes incredulae et perversae, quarum crimina ita de die in dies numero et atrocitate creverunt, ut ipsi scholae laïcae defensores et patroni, remedium inquirunt ne societas impetu hujus torrentis absorbeatur.(1)

---

ne pénètre pas à la fois l'esprit des maîtres et celui des élèves, l'instruction, quelle qu'elle soit, ne produira que peu de fruits et aura même de graves inconvénients. » Léon XIII, Lettre aux évêques d'Autriche, d'Allemagne et de Suisse : *Militantis Ecclesiae*, 1er août 1897.

« On peut diviser l'enseignement, on ne divise pas l'éducation ; on peut limiter à certaines heures les leçons qui s'adressent à l'intelligence seule ; on ne mesure pas, on ne cantonne pas ainsi les influences qui s'exercent sur toute l'âme, notamment les influences religieuses. Pour atteindre leur but, il faut que ces influences soient partout présentes et habituellement senties. L'instruction civile peut former l'esprit et le caractère ; elle ne forme et ne règle point l'âme ; Dieu et les parents ont seuls ce pouvoir. Il n'y a de véritable éducation morale que par la famille et la religion. Et là où n'est pas la famille, c'est-à-dire dans les écoles publiques, l'influence de la religion est d'autant plus nécessaire. » Guizot, *Mémoires*, tôme III, c. XV.

« L'instruction morale et religieuse n'est pas comme le calcul, la géométrie, l'orthographe, une leçon qui se donne en passant, à une heure déterminée, après laquelle il n'en est plus question. La partie scientifique est la moindre de toutes dans l'instruction morale et religieuse. Ce qu'il faut, c'est que l'atmosphère générale de l'école soit morale et religieuse... Il arrive un âge où l'instruction religieuse devient l'objet d'un enseignement scientifique qui est donné spécialement ; mais pour la première enfance, dans les écoles primaires, si l'instruction morale et religieuse ne plane pas sur l'enseignement tout entier, vous n'atteindrez pas le but que vous vous êtes proposé, quand vous l'avez mise en tête de l'instruction primaire. »

M. Guizot, Discours à la chambre sur la loi de l'enseignement primaire, p. 833.

(1) « Des publicistes sérieux, des statisticiens impartiaux ont fait en ces derniers temps un examen attentif de la question de la criminalité chez les jeunes, question dont personne ne peut méconnaître l'extrême et redoutable gravité. Le résultat de leurs recherches n'a rien de flatteur pour l'école laïque. Les laïcisateurs eux-mêmes s'en rendent compte, et quelques-uns d'entre eux, tout en couvrant d'explications boiteuses les

Corollarium.—Jure merito igitur schola neutra pluries ab Ecclesia damnata est ut religioni injuriosa, et societati perniciosa. «Ecclesia, integritatis fidei custos et vindex,

---

défauts de leur œuvre, sont incapables de dissimuler l'inquiétude qui les ronge.

En vérité, il faudrait être bien aveugle pour ne pas voir ce que l'école sans Dieu prépare à la société d'infortunes et de tristesses. Des générations avortées, des âmes flétries dans leur fleur, des consciences faussées, des convoitises surexcitées, des intelligences brisées et désemparées, semblables à l'épave que le flot vomit sur la rive, tels sont les fruits lamentables d'un enseignement sans religion et d'une instruction sans éducation.» MGR. PAQUET, *op. cit.*, p. 240

«Prenez garde à un fait qui n'a jamais éclaté peut-être avec autant d'évidence que de notre temps: le développement intellectuel, quand il est uni au développement moral et religieux, est excellent.... mais le développement intellectuel tout seul, séparé du développement moral et religieux, devient un principe d'orgueil, d'insubordination, d'égoïsme et par conséquent de danger pour la société.» GUIZOT, *Discours à la chambre sur la loi de l'instruction primaire*, 1833.

«Il nous faut rendre compte de la singulière force, du prestige que prend un professeur éloquent, sincère, qui arrive de Paris et qui tombe au milieu de jeunes provinciaux. L'influence du père de famille est bien peu de chose à côté de celle du brillant éducateur qui apparaît à des enfants comme une sorte de porte lumière. Le père a son métier, prosaïque, banal; il est occupé toute la journée à casser du sucre, à lire le *Petit journal*, à remplir, au mieux, dignement, son modeste emploi. Que peut-il à côté de cet envoyé de Paris qui est chargé de toutes les cultures, qui représente le mouvement? Le professeur aura une action formidable sur ces jeunes cerveaux au milieu desquels soudain le voilà qui tombe comme un jeune Phébus. Que leur donnera-t-il? Prendra-t-il cette âme au point où elle est encore rattachée aux vieux cadres? Il donnera à ces enfants de l'excitation, parfois une prodigieuse excitation, mais nulle règle. L'excitation ce n'est qu'une part de l'éducation. Il faut, en outre, pouvoir donner de la fixité, pouvoir donner une morale à ces enfants; il faut leur donner un frein. Vos professeurs traitent l'intelligence de nos lycéens comme des automobiles dont on augmenterait le nombre des chevaux vapeurs, tout en diminuant les freins, ou bien encore comme des locomotives qu'on lancerait de plus en plus vite, en négligeant d'affermir les rails.

Je fais allusion,—je serais étonné de ne pas me faire comprendre—à ce fait connu de tous les pédagogues, que lorsqu'on donne de la culture à une jeune intelligence, lorsqu'on multiplie ses vues et ses connaissances, ce que l'on produit d'abord chez cet être jeune, c'est une force qui en elle-même est une noblesse, qui peut être utile, mais auprès de laquelle il faut placer un frein, sans quoi vous avez de petits êtres déchainés, déchainés contre la société et déchainés contre eux-mêmes.» MAURICE BARRÈS, *Disc. à la Chambre des députés*, 21 juin 1910.

quae, delata sibi a Deo conditore suo auctoritate, debet ad sapientiam christianam vocare gentes, semper scholas, quas appellant *mixtas* vel *neutras*, aperte damnavit, monitis etiam atque etiam patribusfamilias, ut in re tanti momenti animum attenderent ad cavendum.»[1]

XII. De auctoritate paterna. — Pater exsistit familiae caput, auctoritatem exercens in membra familiae, secundum quod exigitur a fine societatis domesticae. Paterna autem potestas utrique parenti per se competit, cum ab utroque tanquam a principio filii dependent, tamen apud patrem potestas illa praecipue residet, cum a natura ipsa melius instructus est dotibus ad hoc officium adimplendum necessariis.

Paterna auctoritas est naturalis, fundatur enim primo *in facto generationis*, et consequenter *in officio educationis*. Cum

---

(1) Leo XIII, Lit. ad Episc. Galliae, 8 feb. 1884.—« Il ne saurait être permis à nos enfants d'aller demander le bienfait de l'instruction à des écoles qui ignorent la religion catholique ou qui la combattent positivement, à des écoles où sa doctrine est méprisée et ses principes fondamentaux répudiés. Que si l'Eglise l'a permis quelque part, ce n'a été qu'avec peine, sous le coup de la nécessité et en entourant les enfants de multiples sauvegardes qui, trop souvent d'ailleurs, sont reconnues insuffisantes pour parer au danger. Pareillement, il faut fuir à tout prix, comme très funestes, les écoles où toutes les croyances sont accueillies indifféremment et traitées de pair, comme si, pour ce qui regarde Dieu et les choses divines, il importait peu d'avoir ou non de saines doctrines, d'adopter la vérité ou l'erreur.» Léon XIII, *Affari vos*, 8 dec. 1797.

« La nécessité de l'instruction chrétienne apparaît évidemment accrue soit par toute l'évolution des temps et des mœurs modernes, soit spécialement par ces écoles publiques vides de toute religion où on se fait comme un plaisir de tourner en dérision toutes les choses les plus saintes, et où sont également ouvertes au blasphème les lèvres des maîtres et les oreilles des disciples. Nous parlons de cette école qui se dit très injurieusement neutre ou laïque, mais qui n'est autre chose que la tyrannie toute-puissante d'une secte ténébreuse. Ce nouveau joug d'hypocrite liberté, vous l'avez dénoncé à haute voix et intrépidement, ô Vénérables Frères, surtout en ces pays où les droits de la religion et de la famille ont été plus effrontément foulés aux pieds, et où a été étouffée la voix de la nature elle-même qui veut que l'on respecte la foi et l'innocence de l'enfance. » Pie X. *Editae saepe Dei*, 1910.

autem auctoritatis ratio in officio ducendi membra societatis in finem totaliter consistat, natura et limites ejus ex finis indole desumuntur. Idcirco ex officio educationis filiorum quae est finis societatis paternae, determinanda est et limitanda paterna potestas.

« Hinc *a)* ad ea quae praeter finem educationis, multoque magis quae contra eum finem sunt, parentes potestatem non habent.—Hinc etiam *b)* quo minor evadit in filiis educationis necessitas, eo minor est in parentibus potestas illa in filios : educationis autem necessitas eo minor est in filiis, quo magis, crescente aetate, vires augentur et ratio adolescit : ergo patria potestas, crescente filiorum aetate, decrescit, eoque magis, quo magis vires et ratio filiorum explicantur. Idcirco recte tria in aetate filiorum spatia temporum distinguuntur.

« Primum tempus est, quum filii sunt *impuberes*, quum nempe incapaces sunt sibi prospiciendi de alimentis et bonum a malo sufficienter discernendi. Hoc primo tempore, patria potestas est maxima, et ad externas non solum, sed etiam ad internas filiorum actiones dirigendas se porrigit.

« Alterum tempus est, quum sunt *minores*, quo tempore etsi actiones suas regere valeant, non tamen possunt ea quae ad vitam sunt necessaria sibi comparare, nec res suas recte administrare. Hoc altero tempore minor est patria potestas, et ad externas potius filiorum actiones sese extendit.

« Tertium tempus est, quum sunt *majores*, et apti ad se regendum tum quoad internas, tum etiam quoad externas actiones. Tunc autem educatio censetur completa : et ad eam quod spectat, filii a directiva patris potestate *emancipantur*. Quoadusque tamen filii *separatum*, ut aiunt, a patre *focum*, non habent, eidem tanquam familiae seu domus capiti subduntur in iis, quae ad ordinem domus pertinent. »[1]

---

(1) Ferretti, *Phil. mor.*, t. III, pp. 122-123.

XIII. De mutuis parentum et filiorum officiis.—1° *De officiis parentum.*—Parentes tenentur filios suos diligere ex speciali pietatis praecepto, eisque procurare, ut diximus, educationem tum physicam, tum intellectualem, tum moralem et religiosam, scilicet, ipsis ministrare illa quae sunt necessaria ad cibum, vestitum et habitationem, curare de instructione ipsorum, invigilare ne aliquid detrimenti subeant, ipsos delinquentes prudenter corrigere, tandem bonum exemplum ipsis praebere.

2° *De officiis filiorum. — a)* Filii parentibus debent amorem et gratitudinem. Ex jure naturali praecipitur maxima gratitudo ob maximum existentiae et educationis beneficium a parentibus receptum. Unde filii debent exhibere parentibus officia pietatis filialis, ipsos diligere, honorare, adsistere cum senuerint vel in egestatem devenerint.

b) Ratione auctoritatis quam parentes habent a natura, filii tenentur ipsis praestare obedientiam in omnibus quae sunt de jure parentum, nempe in his quae pertinent ad educationem, usquedum perficiatur, et ad gubernationem familiae quamdiu sub eorum potestate versantur.

« Parentibus aliquid debetur dupliciter: *uno modo* per se, *alio modo* per accidens. *Per se* quidem debetur eis id quod decet patrem, inquantum pater est : qui cum sit superior quasi principium filii existens, debetur ei a filio reverentia et obsequium. *Per accidens* autem aliquid debetur patri, quod decet eum accipere secundum aliquid quod ei accidit : puta si sit infirmus, quod visitetur, et ejus curationi intendatur, si sit pauper, quod sustentetur et sic de aliis hujusmodi, quae omnia sub debito obsequii continentur. »[1]

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-VI, q. 101, a. 2.

ARTICULUS III

DE SOCIETATE HERILI

I. **Definitio.** — Societas domestica cujus habetur fundamentum in unione viri et mulieris, extensio naturalis in unione filiorum cum parentibus, complementum invenit in societate herili quae definitur : *unio inter dominum et famulos qua famulus propriae utilitatis gratia ad domini commodum operam suam ordinat.* Haec societas dicitur complementum naturale familiae, quia ad finem societatis paternae rite obtinendum, ut ex experientia constat, familia indiget plerumque cooperatione stabili aliorum. Unde famulus inseritur familiae quasi membrum ejus, et sub directione ipsius domini ad bonum familiae modo stabili et permanenti operatur.

II. **De servitute et famulatu.** — Famulus potest fieri membrum societatis domesticae dupliciter ; vel ratione *famulatus*, quo quis suas operas ad tempus alteri locat libera conventione, et proprie dicitur *famulus* ; vel ratione *servitus* quo quis familiae inseritur in perpetuum pro nulla alia mercede quam victu, et dicitur proprie *servus*.

Servitus autem est duplex alia *absoluta*, alia *mitigata*. *Servitus absoluta* dicitur illa in qua servus fit *res* domini, quam scilicet dominus tractare, alienare vel destruere potest ad libitum. Servus igitur in servitute absoluta nullum habet jus, ideoque non dicitur *persona*, sed res ; non tantum ipsi aufertur libertas externa, sed etiam ipsi denegantur jura inalienabilia ad vitam et personalitatem.

Servitus mitigata est illa in qua servus sese habet ut *persona*, omnia jura naturalia et inalienabilia servans, cujus tamen omnia opera in perpetuum domino debentur pro nulla alia mercede quam victu.

Servitus absoluta nullo modo admitti potest ; servitus mitigata, licet minus sit dignitati humanae conformis, non tamen repugnat legi naturali.

THESIS.—SERVITUS ABSOLUTA JURI NATURALI REPUGNAT, NON AUTEM SERVITUS MITIGATA.

Prima pars.—*Servitus absoluta juri naturali repugnat.*—Id naturali juri repugnat quod tollit ab homine jura naturalia, essentialia et inalienabilia. Atqui servitus absoluta est hujusmodi, in qua homo non ut persona, sed ut res omni jure etiam essentiali et inalienabili destituitur. Ergo servitus absoluta juri naturali repugnat, ideoque damnandum est infame nigritarum commercium a pluribus olim Europae et Americae, nunc Asiae mercatoribus sordidissime perpetratum.

Secunda pars.—*Servitus mitigata juri naturali non repugnat.*—Homo licite potest operam suam alii tradere dummodo jura naturalia inalienabilia tuto serventur. Atqui servitus mitigata est traditio seu donatio operae alicui domino, tuto servatis omnibus juribus naturalibus inalienabilibus. Ergo servitus mitigata non repugnat juri naturali.

Dummodo enim homo tuto servat jura inalienabilia quibus indiget ad finem suum ultimum attingendum, nihil videtur prohiberi a jure naturae quominus pro perpetuo victu se alteri ad perpetuum famulatum adstringat. Sane homo potest operam suam pro 10, 20 annis alteri locare, cur non posset pro tota vita ea conditione, ut dominus teneatur ad nutrimentum, vestitum, habitationem, curam in infirmitate et senectute ipsi praestandum. Hoc quidem juri naturali non repugnat, licet tamen possit esse, propter hominum malitiam et infirmitatem, quibusdam periculis obnoxium, totam activitatem suam in alterius utilitatem secundum ejusdem arbitrium ordinare. Igitur servitus mitigata est potius toleranda quam approbanda.

III. De mutuis famulorum et herorum officiis.—1° *De officiis famulorum.*—Famuli ex sua naturali conditione, et ex conventione libere inita tenentur exhibere dominis suis *reverentiam, obedientiam* et *fidelitatem.* Sunt enim membra familiae seu societatis domesticae, unde domino seu patrifamilias in quo residet auctoritas reverentiam et obsequium seu obedientiam exhibere debent. Fidelitas ex justitia debetur, inita enim conventione de opere praestando, et de stipendio accipiendo.

2° *De officiis herorum.*—Heri tum ex charitate, tum ex aequitate vel etiam ex justitia, tenentur famulos suos ob dignitatem humanam *benigne tractare; «si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta*[1];—*instruere et corripere,* quasi filios, cum membra sint familiae;—*justum pretium ipsis solvere,* dignus est enim operarius mercede sua.

(1) *Eccli.*, 33, 31.

CAPUT SECUNDUM

DE SOCIETATE PROFESSIONALI

Prologus.—*Domus* est prima societas, *professio*, secunda. Etenim familiis jam constitutis, homines qui eadem artificia exercent vel in eisdem artibus versantur, communi utilitate sponte sua coadunantur et societatem naturalem constituunt, quam *professionalem* vocavimus. De hac societate specialem instituimus sermonem propter momentum et actualitatem quaestionum quae hac de re quotidie disputantur. Duplex erit hujus capitis articulus : *primus*, de *associatione professionali* ; *secundus*, de *officio professionali*.

DE SOCIETATE PROFESSIONALI

- De associatione professionali
  - Associatio in genere
    - notio
    - species
  - Jus associationis
    - definitio
    - existentia : Jus associationis est naturale
    - limites
  - Operariorum consociationes
    - legitimitas
    - utilitas
  - De salario
    - definitio
    - species
    - liceitas et commoda
    - causae augmentationis et minutionis salarii
    - salarium justum
      - notiones praeviae
      - doctorum sententiae
      - doctrina Leonis XIII
      - salarium familiale
  - Contractus locationis operae
    - in genere
    - contractus collectivus
  - Operistitia
    - notio et causae
    - effectus
    - honestas
    - interventus legitimus potestatis publicae
    - remedia
  - Patronorum consociationes
  - Monopolia

- De officio professionali
  - De officiis operariorum
  - " " patronorum
  - " " mercatorum
  - " " medicorum
  - " " advocatorum
  - " " judicum

ARTICULUS I

DE ASSOCIATIONE PROFESSIONALI

I. **Associatio in genere.—Notio.**—Associatio, secundum vim vocis, idem sonat ac societas et definitur : unio duorum vel plurium in eumdem finem iisdem mediis conspirantium; usu tamen verborum associatio dicitur de societatibus liberis et imperfectis, quae in societatibus perfectis existunt et ab ipsis dependent.

Species.—1° Alia est associatio *capitalium*, alia associatio *personarum*, prout capitalia sociorum praesertim uniuntur, vel personalis activitas ipsorum. (1)

2° Associationes personarum distinguuntur ad invicem ratione finis quem prosequuntur. Finis ille est vel bonum publicum, vel bonum privatum ; unde associationes dicuntur *publicae* vel *privatae*, prout ab auctoritate publica ad finem

(1) « Il existe deux grandes catégories d'associations : les associations de capitaux et les associations de personnes ; les premières exigent des conditions matérielles et intellectuelles qui ne peuvent être un peu répandues que dans un état assez avancé de civilisation ; aussi, en général, sont-elles assez récentes, en tant du moins, qu'organismes développés et fréquents ; les secondes, au contraire, que le simple rapprochement des personnes et l'analogie de leur genre de vie et de leurs besoins peuvent susciter, sont fort anciennes ; le moyen âge en a foisonné et l'antiquité les a connues. » PAUL LEROY-BEAULIEU, *Traité d'Economie politique*, 4ième édit., t. IV, p. 324.

societatis attingendum instituuntur, ut sunt consilia municipalia, vel originem ducunt ex personis privatis ad finem particularem obtinendum.

3º Associationes privatae sunt multiplices, et nomen accipiunt ex fine ad quem ordinantur ; puta dicuntur *religiosae, scientificae, politicae, industriales, commerciales*, etc., etc.

4º Inter ipsas eminet *associatio professionalis* quae definitur : *unio stabilis hominum qui eamdem vel similem professionem, seu eadem artificia exercent, ad bonum ipsius professionis seu artificii procurandum :* tales sunt societates medicorum, advocatorum, consociationes patronorum et operariorum. Uniones professionales operariorum vel solos operarios complectuntur, vel operarios et patronos, in quo casu dicuntur mixtae.

II. Jus associationis.—*Definitio.*—*Jus associationis* est facultas homini a natura concessa jungendi vires suas viribus et activitati aliorum hominum, ad finem communem licite et honeste attingendum. [1]

Existentia.—Quod jus associationis sit *a natura* homini concessa, sequenti thesi demonstratur.

THESIS.—Jus associationis est jus naturale.

1º Homo a natura ordinatur ad progressivam evolutionem et perfectionem facultatum suarum, necnon ad perfectam activitatis suae explicationem. Atqui ad hunc finem obtinendum, ut evidenter constat, homo indiget conjungere vires suas viribus aliorum hominum in consociationibus a societate

(1) « Le droit d'association est la faculté qu'a tout homme d'unir ses forces à celles de ses semblables, d'une façon constante, dans le but de réaliser une fin commune, licite et honnête. » CHS. ANTOINE, *Cours d'Economie sociale*, p. 424.

domestica et civili distinctis. Ergo jus associationis est jus innatum, a natura homini concessum. (1)

2° Hoc jus sese habet ut corollarium ipsius libertatis et juris proprietatis. Ad libertatem enim et ad jus proprietatis pertinet ut unusquisque possit exercere propriam activitatem et de ea disponere pro lubitu intra limites honestatis. Jamvero sine jure associationis haec impossibilia forent. (2)

Limites.— Jus associationis est jus naturale; sed limitatur tum lege morali, tum juribus societatis perfectae cui associatio subordinatur. Nullum igitur jus associationis datur ad finem obtinendum qui opponeretur honestati et justitiae, vel

---

(1) » L'homme est un être qui a, par nature, le goût de l'association. Ce goût de nature, l'éducation et l'expérience l'ont encore développé. » PAUL LEROY-BEAULIEU, op. cit., t. IV, p. 676.

« L'expérience quotidienne que fait l'homme de l'exiguité de ses forces l'engage et le pousse à s'adjoindre une coopération étrangère. C'est dans les saintes Lettres qu'on lit cette maxime : *Il vaut mieux que deux soient ensemble que d'être seul, car alors ils tirent de l'avantage de leur société, si l'un tombe, l'autre le soutient. Malheur à l'homme seul ! car lorsqu'il sera tombé, il n'aura personne pour le relever.* » (Eccl., IV, 9-12). Et cette autre : *Le frère qui est aidé par son frère est comme une ville forte.* » (Prov. XVIII, 19).

« De cette propension naturelle, comme d'un même germe, naissent la société civile d'abord, puis, au sein même de celle-ci, d'autres sociétés qui, pour être restreintes et imparfaites, n'en sont pas moins des sociétés véritables......

« De ce que les sociétés privées n'ont d'existence qu'au sein de la société civile, dont elles sont comme autant de parties, il ne suit pas, à parler en général, et à ne considérer que leur nature, qu'il soit au pouvoir de l'Etat de leur dénier l'existence. Le droit à l'existence leur a été octroyé par la nature elle-même, et la société civile a été instituée pour protéger le droit naturel, non pour l'anéantir. C'est pourquoi une société civile, qui interdirait les sociétés privées, s'attaquerait à elle-même, puisque toutes les sociétés publiques et privées tirent leur origine d'un même principe, la naturelle sociabilité de l'homme. » LÉON XIII, *Rerum novarum.*

(2) « La liberté d'association est le corollaire de la liberté du travail ; car serait-on libre de travailler, si on n'était pas libre d'unir ses efforts pour produire ? Elle est aussi le corollaire du principe de propriété ; car serait-on propriétaire de ses facultés et de ses instruments de travail, si on ne pouvait les réunir pour produire. » MAURICE BLOCK, *Dictionnaire de la politique*, au mot *association*, XI.

qui esset contrarius paci et tranquillitati civium. Unde status civilis, cujus est pacem et tranquillitatem civium procurare non tantum potest sed debet impedire ne tales associationes formentur, vel eas dissolvere ubi formatas inveniuntur.[1] Status civilis tamen non potest jus associationis denegare nisi associatio cum justitia, cum aequitate, cum ordine publico pugnat.

II. De consociationibus operariorum. — Consociationes operariorum, praesenti tempore, tantas difficultates et oppositas sententias sustulerunt ut speciali modo de ipsis sermonem institui oportere videatur. Dicemus de legitimitate et utilitate ipsarum.

De legitimitate. — Dubitari non potest sodalitia opificum esse legitima. Etenim unicuique inest jus naturale associationis ad finem honestum obtinendum. Jamvero opifices consociantur ad bonum professionis obtinendum vel defendendum, ut facilius obtineant aequiores et humaniores conditiones in locatione laboris sui, quod quidem est finis honestus et licitus. Ergo sodalitia opificum sunt legitima, et dummodo ad finem suum attingendum nullis utuntur mediis injustis, nihil in ipsis invenitur honestati et justitiae repugnans.

(1) « Assurément il y a des conjonctures qui autorisent les lois à s'opposer à la formation de quelques sociétés de ce genre (sociétés privées). Si une société, en vertu même de ses statuts organiques, poursuivait une fin en opposition flagrante avec la probité, avec la justice, avec la sécurité de l'Etat, les pouvoirs publics auraient le devoir d'en empêcher la formation, et, si elle était formée, de la dissoudre. Mais encore faut-il qu'en tout cela ils n'agissent qu'avec une grande circonspection, pour éviter d'empiéter sur les droits des citoyens, et de statuer, sous couleur d'utilité publique, quelque chose qui serait désavoué par la raison ; car une loi ne mérite obéissance qu'autant qu'elle est conforme à la droite raison et à la loi éternelle de Dieu. » Léon XIII, *Rerum novarum*.

Coeterum patroni et capitalistae, qui operariis jus associationis denegant, perpetuo consociantur ut pingue ex rebus suis lucrum reportant, et nemo est qui has patronorum consociationes reprobat. Operarii igitur eodem jure utuntur cum associationes constituunt, et a nemini possunt legitime prohiberi. (1)

2° *De utilitate.*—Non tantum opificum consociationes legitimae sunt, sed etiam, docente Leone XIII (2), peropportunae. « Quorum collegiorum (opificum) utilitatem si majores nostri diuturni temporis usu et periclitatione senserunt, sentiet fortasse magis aetas nostra, propterea quod singularem habent ad elidendas sectarum vires opportunitatem. »

Sicut diximus sodalitia opificum esse legitima cum finem honestum mediis justis et licitis prosequuntur, ita dicuntur peropportuna, non sodalitia socialistarum qui operarios contra capitalistas et proprietatem privatam ad decertandum impellunt, sed sodalitia catholica quae doctrinae Ecclesiae innixa, bonum prosequuntur ipsorum operariorum intra limites honestatis, nullis patronorum juribus violatis.

(1) « Le droit d'association ouvrière est la faculté pour chaque ouvrier d'unir, autrement qu'en passant, ses forces à celles d'un certain nombre de camarades exerçant la même profession que lui, et cela dans le but de se protéger, d'assurer le respect de sa personne et de ses intérêts et de se procurer le plus possible du bien-être auquel il peut légitimement prétendre. Ce droit, ce ne sont pas les lois qui le confèrent, ce n'est pas une convention qui le crée, c'est la nature qui le donne. » L. Garriguet, *Régime du travail*, t. I, p. 84.

(2) « Si la pierre de touche d'une longue expérience avait fait apprécier à nos ancêtres l'utilité de ces associations, notre âge en retirerait peut-être de plus grands profits, tant elles offrent de précieuses ressources pour combattre avec succès et écraser la puissance des sectes. » Léon XIII, *Humanum genus*.

« Parmi les institutions qui ont pour but de secourir les ouvriers et de rapprocher les classes, la première place appartient à la corporation ouvrière, qui embrasse à peu près toutes les œuvres. » Léon XIII, *Rerum novarum*.

Haec enim sodalitia plura commoda conferunt, tum operariis, tum patronis, dum utilitati ipsius professionis inserviunt. (1)

III. De salario. — Hac praesertim ratione operarii consocientur ut aequiores et humaniores conditiones in locatione laboris sui obtineant, scilicet, ut salarium justum et sufficiens a patronis accipiant. Unde de salario instituenda est quaestio « sat magni momenti quae recte intelligatur necesse est, in alterutram partem ne peccetur. » (2)

1° Definitio. *Salarium est merces pacta inter patronum et operarium pro labore ab hoc altero impenso vel impendendo in illius favorem.* (3) Salarium est contractus onerosus, bilateralis, libero consensu contrahentium initus, quo operarius cedit jus in propriam operam et in fructus ejus, et jus acquirit in mercedem, dum patronus jus cedit in mercedem et jus acquirit in laborem operarii. (4)

---

(1) « Les syndicats d'ouvriers poursuivent les buts les plus utiles : organiser l'enseignement professionnel au moyen de cours du soir, procurer le placement de leurs membres, ériger des caisses de secours et de retraites, veiller à la bonne éxécution des contrats d'apprentissage, provoquer la formation de sociétés coopératives de diverses formes, surtout de production, enfin défendre les intérêts professionnels, spécialement en ce qui concerne le taux des salaires et les conditions du travail. » CHS ANTOINE, *op. cit.*, p. 447.

(2) LEO XIII, *Rerum novarum.*

(3) « Le salaire est le prix convenu entre le patron et l'ouvrier, en échange du travail fait ou à faire par le second pour le premier. Cette rénumération est réglée à forfait par le contrat de louage de services conclu entre l'employeur et l'employé. » CHS. ANTOINE, *op. cit.*, p. 606.

(4) « Le contrat de louage de services, étant bilatéral, impose des obligations aux deux partis. L'ouvrier loue son travail, ses forces, son intelligence pour un temps convenu à des conditions qui doivent être librement fixées ; il n'a aucun droit sur le produit, ni sur le bénéfice, qui appartiennent entièrement au patron ; mais il est rémunéré de son travail par le salaire qui doit satisfaire aux prescriptions de la justice. De son côté, le patron, qui reste le maître absolu du produit, doit payer le salaire convenu, et le juste salaire, et, en outre, il doit placer l'ouvrier dans les conditions de salubrité matérielle et morale auxquelles il a un droit naturel. » CHS. ANTOINE, *op. cit.*, p. 608.

2° Species. — Salarium dividitur *a)* in *nominale* et *reale*.

Salarium nominale est summa pecuniae realiter vel equivalenter a patrono opifici praestita.

Salarium reale est quantitas rerum utilium quam operarius comparare potest cum salario nominali. Salarium enim realiter aestimatur, non secundum quantitatem pecuniae quae recipitur, sed secundum pecuniae valorem, seu secundum quantitatem rerum utilium quae cum pecunia recepta opifex sibi comparare potest. Ita, habita locorum diversitate, salarium nominale potest esse majus in uno loco quam in alio, et tamen esse realiter minus, propterea quod minor quantitas rerum utilium cum ipso comparatur.

b) Salarium solvitur vel *in pecunia*, vel *in natura*, vel partim in pecunia, et partim in natura. Modus solvendi salarium tradendo operariis tesseras quas permutare possunt contra venales merces *(truck-system)*, licet in se honestus, tam multis abusibus ex malitia hominum locum dedit, ut fere in omnibus regionibus a lege prohiberi debuerit.

c) Salarium dicitur *directum*, illud quod immediate pro labore praestito retribuitur; *indirectum*, quod per modum subventionis vel praemii ipsi operario traditur. Salarium directum solvitur vel secundum temporis quantitatem ad laborandum impensam, scilicet, ad horam, ad diem, ad hebdomadam, etc., vel secundum quantitatem operis producti. *(Salaire au temps, salaire à la tâche)*.

3° Liceitas et commoda. — Contractus salarii, quem Socialistae reprobant, ipsi opponendo contractum associationis cum beneficiorum participatione, est absolute licitus. Locatio enim operae, dummodo servantur jura inalienabilia personae humanae, nihil continet quod sit contrarium legi naturali. (1)

---

(1) « L'ouvrier est un être intelligent et moral que l'on emploie et envers lequel on se lie, non par un contrat de vente incompatible avec la

Salarium plura commoda ipsi operario confert, inter quae duo praecipua : *a)* salarium ipsis operariis praestat singulis diebus, vel hebdomadibus, pecuniam necessariam ad sustentationem sui et familiae, quin expectare teneantur fructus et reditus rei inceptae ; *b)* salarium liberat operarium ab aleis et jacturis quas patronus subire debet. (1)

4° **De causis augmentationis et minutionis salarii.** — Salarium sese habens ad modum mercis, fluctuationi augmentationis et minutionis subjicitur, et variatur sive in eadem professione, sive in diversis professionibus consideretur.

In eadem professione praecipuae causae variationis salarii sunt : productivitas seu fertilitas major vel minor laboris

dignité de la personne humaine, mais par un contrat de location, impliquant l'usage tout en excluant l'abus. Cet auxiliaire que l'on utilise ainsi comme cause instrumentale du travail, à le droit d'être respecté dans toutes les conditions de sa nature spirituelle et corporelle. En conséquence, ce serait manquer non seulement *à la charité*, mais encore *à la justice*, que de l'assujettir à un travail excédant la limite de ses forces, que d'entraver sa liberté religieuse en l'obligeant à transgresser la loi divine du repos dominical, que d'introduire dans l'usine des conditions et des habitudes de travail qui serait une clause de démoralisation pour la femme, et d'affaiblissement pour l'enfant. C'est de justice qu'il s'agit à tous ces points de vue, et non pas seulement d'humanité ou de charité, parce que l'ouvrier, tout en s'appliquant à une tâche matérielle, est un agent moral, et que c'est sa personnalité tout entière qu'il apporte dans un contrat où l'on ne peut faire abstraction de ses droits et de sa dignité d'homme, sans tomber dans l'arbitraire et l'injustice. » Mgr Freppel, *Discours à l'assemblée générale des Cercles catholiques*, 1886.

(1) « Ce mode de rétribution (le salaire) assure le paiement de ses services (l'ouvrier) à échéances fixes et généralement très rapprochées. La plupart des ouvriers n'ayant ni capitaux ni avances, c'est pour eux un avantage très considérable que de recevoir pour faire face à leurs besoins quotidiens des ressources immédiates et régulières.

« Ce mode de rétribution offre à l'ouvrier un second avantage non moins appréciable. Il le met à l'abri des risques industriels, risques qu'il n'est pas capable de supporter. Le droit au salaire naissant immédiatement du travail et nullement de la réussite de l'affaire, l'ouvrier est payé alors même que l'entreprise échoue complètement. Les pertes sont toutes supportées par le patron. De la sorte, le travailleur n'est pas exposé à se voir privé des ressources qui lui sont absolument nécessaires pour subvenir à ses besoins et aux besoins de sa famille. » L. Garriguet, *Régime du travail*, t. I, pp. 199-200.

ipsius artificis, concurrentia (*l'offre et la demande*), consuetudo, pretium majus vel minus rerum venalium quae vitae sustentationi necessariae sunt.

In diversis vero professionibus varietas salariorum pendet ex tirocinii diuturnitate et expensis, ex aleis et incommodis laboris, ex repugnantia et fastidio, honore vel infamia quae ab artificiis afferuntur, ex difficultate quam importat, etc.

5° **De justo salario.** (1) *a) Notiones praeviae.*—Salarium dicitur *justum* ex eo quod conforme est justitiae. Jamvero justitia importat aequalitatem rei ad rem. Igitur salarium justum importat aequalitatem inter laborem et mercedem quae retribuitur. Salarium dicitur justum *stricto sensu*, quod solvi debet *ex justitia commutativa ; lato sensu*, quod debetur *ex aequitate.*

Ad salarium justum determinandum distinguunt quidam moralistae salarium *personale* seu *individuale*, et salarium *familiale*. Salarium *personale* est illud quod sufficit ad sustantationem ipsius operarii ; *familiale*, illud quod sufficit ad sustentationem honestam familiae.

Minimum salarium est infimum pretium pro labore solutum in determinatis circumstantiis. Dicitur *minimum de facto*, illud quod actualiter solvitur ; *de jure*, illud salarium infimum infra quod justitia laederetur. Salarium minimum *de facto* potest congruere cum salario minimo *de jure*, vel esse supra, vel infra ipsum : in isto ultimo casu, dici debet injustum.

a) Sententiae doctorum.—Non consentiunt doctores in stabilienda determinatione justi salarii. Quatuor quidem proponuntur sententiae.

(1) Cf. CHS. ANTOINE, op. cit., c. XIX ;—L. GARRIGUET, *Régime du travail*, c. I, c. IV ;—GODTS, *Scopuli vitandi*, c. XXVI.—VERMEERSCH, *Quaestiones de justitia*, q. 10, c. 2.

Prima sententia, quae dicitur *theoria associationis*, affirmat laborem et capitale necessario associationem constituere, et justum esse salarium quod libere acceptum respondet tum necessitatibus opificis, tum beneficiis quae patronus ex labore ejus reportat. In hac sententia, operarius, soluto salario, jus adhuc retinet in beneficia, deductis expensis productionis et retributionis capitalis. Hoc autem naturae salarii opponitur. Vi enim contractus salarii « patronus jus acquirit in labore operarii ; operarii labor fit res patroni. Jamvero res fructificat domino. Ergo quaevis utilitas ex labore proveniens ad patronum pertinet, non secus atque ipse labor. » (1)

Secunda sententia est eorum qui dicunt salarium esse justum dummodo sit libere acceptum, scilicet, absque fraude et violentia. Haec sententia opponitur doctrinae Leonis XIII, in Litt, Encycl. *Rerum novarum* traditae, uti videbimus infra.

Tertia senteñtia est eorum qui docent salarium esse justum quod aestimationi communi respondet *(théorie du prix courant)*.

Quarta sententia est catholicorum qui cum Leone XIII, docent salarium non esse justum nisi, in conditionibus normalibus, necessitatibus operarii sobrii et honesti respondeat.

« Esto igitur ut opifex atque herus libere idem placitum, ac nominatim in salarii modum consentiant, subest tamen semper aliquid ex justitia naturali, ideoque libera paciscentium voluntate majus et antiquius, scilicet, *alendo opifici, frugi quidem et bene morato, haud imparem esse mercedem oportere*.

« Quod si necessitate opifex coactus, aut mali pejoris metu permotus, duriorem conditionem accipiat, quae etiamsi nolit accipienda sit, quod a domino vel redemptore operum imponitur, istud quidem est subire vim, cui justitia reclamat. » (2)

---

(1) N. Russo, *Phil. mor.*, p. 180.

(2) « Que le patron et l'ouvrier fasse donc tant et de telles conventions qu'il leur plaira ; qu'ils tombent d'accord notamment sur le chiffre du

c) Sententia Leonis XIII declaratur et firmatur.—Haec regula, a Leone XIII tradita, minimum salarium absolutum seu *de jure* determinat, scilicet, *ex justitia naturali, alendo opifici, frugi quidem et bene morato haud imparem esse mercedem oportere.*

Re quidem vera operari est exercere propriam activitatem ad comparandas res quae ad varios vitae usus, potissimumque ad tuitionem sui, sunt necessariae. Atqui homo tenetur lege naturali tueri vitam suam. Ergo eadem obligatione naturali homo debet adhibere fructus laboris sui ad vitam tuendam. Atqui fructus laboris est salarium. Ergo ex naturali justitia salarium hujusmodi esse debet ut sufficiat in conditione normali necessitatibus (1) opificis sobrii et honesti.

In labore tamen duo sunt elementa consideranda: elementum naturale et necessarium, elementum personale et liberum. Activitas enim humana a natura ordinatur ad sustentationem ipsius agentis, « *fructus laboris est homini opus ad vitam tuendam* »: unde ex ordinatione naturae salarium non debet esse insufficiens ad sustentationem agentis. Insuper activitas hamana est vis quaedam personae inhaerens, cujus

salaire : au-dessus de leur libre volonté, il est une loi de justice naturelle plus élevée et plus ancienne, à savoir que le salaire ne doit pas être insuffisant à faire subsister l'ouvrier sobre et honnête. Que si, contraint par la nécessité ou poussé par la crainte d'un mal plus grand, il accepte des conditions dures, que, d'ailleurs, il ne lui était pas loisible de refuser, parce qu'elles lui sont imposées par le patron ou par celui qui fait l'offre du travail, c'est là subir une violence contre laquelle la justice proteste. » Léon XIII, *Rerum novarum.*

(1) « Le nécessaire comprend en premier lieu le vivre, le logement, l'habillemennt, le blanchissage, le chauffage, l'éclairage ; mais il comporte aussi les dépenses accessoires, auxquelles ne peut convenablement se soustraire l'ouvrier, telles sont : les distractions honnêtes, les fêtes religieuses, etc. Enfin le salaire devant suffire à toutes les nécessités normales de la vie du travailleur, doit lui permettre de s'assurer contre la maladie, le chômage, l'invalidité, la vieillesse. » Chs Antoine, *op. cit.*, pp. 660, 661.

valor objectivus et oeconomicus determinatur secundum adjuncta productionis, et aestimatione communi tanquam a norma sua cognoscitur. Secundum autem hunc valorem salarium est proxime determinandum. Audiatur Leo XIII :

« Hoc est enim operari, exercere se rerum comparandarum causa, quae sint ad varios vitae usus, potissimumque ad tuitionem sui necessariae. *In sudore vultus tui, vesceris pane. (Gen.*, III, 19). Itaque duas velut notas habet in homine labor natura insitas nimirum ; ut *personalis* sit, quia vis agens adhaeret personae, atque ejus omnimo est propria a quo exercetur, et cujus est utilitati datâ : deinde ut sit *necessarius*, ob hanc causam, quod fructus laborum est homini opus ad vitam tuendam : vitam autem tueri ipsa rerum cui maxime parendum, natura jubet. Jamvero si ex ea dumtaxat parte spectetur quod personalis est, non est dubium quin integrum opifici sit pactae mercedis augustius finire modum ; quemadmodum enim operas dat ille voluntate, sic et operarum mercede vel tenui vel plane nulla contentus esse voluntate potest. Sed longe aliter judicandum si cum ratione *personalitatis* ratio conjungitur *necessitatis*, cogitatione quidem, non re ab illa separabilis. »[1]

Primum autem elementum, nempe naturalis ordinatio seu necessitas comparendi victum labore, fundat *regulam remotam* salarii, vi cujus *salarium non potest esse infra mensuram sustentationis opificis sobrii et honesti* ; secundum vero elementum, nempe valor objectivus laboris, fundat *regulam*

(1) Travailler, c'est exercer son activité dans le but de se procurer ce qui est requis pour les divers besoins de la vie, mais surtout pour l'entretien de la vie elle-même. *Tu mangeras ton pain à la sueur de ton front. (Gen.*, III, 19). C'est pourquoi le travail a reçu de la nature comme une double empreinte : il est *personnel*, parce que la force active est inhérente à la personne, et qu'elle est la propriété de celui qui l'exerce et qui l'a reçue pour son utilité ; il est *nécessaire*, parce que l'homme a besoin du fruit de son travail pour conserver son existence, et qu'il doit la conserver pour obéir aux ordres irrétragables de la nature. Or, si l'on ne regarde le travail que par le coté où il est personnel, nul doute qu'il ne soit au pouvoir de l'ouvrier de restreindre à son gré le taux du salaire ; la même volonté qui donne le travail peut se contenter d'une faible rénumération ou même n'en exiger aucune.

« Mais, il en va tout autrement si, au caractère de *personalité*, on joint celui de *nécessité*, dont la pensée peut bien faire abstraction, mais qui n'en est pas séparable en réalité. » Léon XIII, *Rerum novarum*.

proximam salarii, vi cujus *salarium adaequate labori respondere debet.* In contractu enim oneroso justitia importat aequalitatem dati et accepti. Hanc regulam proximam ipse Leo XIII posuit alloquens peregrinos Galliae (1): « Perfecta justitia requirit salarium adaequate labori respondere. »

d) De salario familiali.—Salarium familiale, ut diximus, est illud quod sufficit ad honestam familiae sustentationem. Quaeritur autem utrum illud salarium familiale sit ex justitia opifici debitum. Plures quidem catholici affirmant, ex eo quod status conjugalis est status communis hominum, ideoque inter necessitates opificis recenseri debet jus fundandae et officium alendae familiae.

Plures etiam negant, quibus assentimus. Salarium enim est retributio operis. Jamvero, ut affirmat Card. Zigliara, (2) « ex hoc ipso quod aequalitas mercedis et operis observatur, plene satisfacit exigentiis justitiae commutativae. Opus autem est opus personale operarii et non familiae ipsius, nec ad familiam ipsam refertur primo et per se, sed secundario et per accidens, quatenus mercedem acceptam operarius cum suis distribuit. Sicut ergo familia opus in casu non auget, ita ex justitia non requirit ut merces debita operi ipsi augeatur. »

Tamen, si salarium familiale non debetur ex justitia commutativa, concedunt doctores catholici ipsum deberi saltem ex honestate naturali seu ex aequitate. Igitur in statu normali industriae, salarium normale sufficere debet ad sustentationem operarii et familiae ejus. (3)

---

(1) « La parfaite justice réclame que le salaire réponde adéquatement au travail. » *Discours aux pèlerins français*, 1891.

(2) Responsum missum a Leone XIII, ad archiepiscopum Mechliniensem circa salarium, 1891.

(3) Le salaire normal doit suffire, dans les conditions ordinaires, à faire subsister l'ouvrier et sa famille. Si la justice commutative ne l'exige pas en vertu du contrat, il y a d'autres devoirs qui découlent de l'équité naturelle. » Chanoine Dehon, *Manuel social chrétien*, 5 édit. p. 19.

IV. De contractu locationis operae. — Consociationes operariorum constituunt personas morales quae membra ipsarum collectim sumpta representant ita ut, sub associationum regimine, in his quae ad professionem spectant, in contractibus ineundis vel vindicationibus exprimendis, actioni individuali substituitur actio collectiva. Haec autem actio collectiva operariorum novum introduxit modum ineundi contractum locationis operae. Etenim contractus locationis operae erat *individualis*, fit nunc *collectivus*. Habito igitur sermone de contractu locationis operae in genere, quaedam addemus, de contractu collectivo.

1° *De contractu locationis operae in genere.* (1). — *Locatio operae* est contractus quo quis operam suam alteri dat ad usum, pro certa mercede. Ex parte accipientis contractus dicitur *conductio operae*. Qui suam operam praestat dicitur *locator*, qui pretium tradit, dicitur *conductor*.

Subjectum hujus contractus est ipse homo, *objectum* vero est ipsa activitas humana. Quia tamen activitas humana non est separabilis a persona humana, sequitur personam humanam *indirecte* materiam contractus constituere. Ex quo sequitur duplicem obligationem justitiae oriri ex hoc contractu ex parte conductoris; 1° justam mercedem tribuere, omnesque stipulationes contractus servare; 2° sancta et tuta habere jura inalienabilia personae humanae. (2) Unde ad essentiam hujus contractus pertinet quod homo non impediatur a fine suo ultimo obtinendo, nec leadatur in jure quod habet ad vitam, ad sanitatem, ad moralitatem.

---

(1) Cf. MICHEL BODEUX, *Etudes sur le contrat de travail*. — L. GARRIGUET, *Regime du travail*, t. I. c. II. — G. THERY, *Exploiteurs et salariés*, c. 7, 8, 9.

(2) « Le contrat de travail donne naissance à deux obligations de stricte justice : 1° l'obligation de remplir toutes les stipulations du contrat : 2° l'obligation pour l'employeur de respecter et de sauvegarder les droits inaliénables de l'ouvrier, tels que le droit à la vraie liberté de conscience, à la vie, à la conservation de la santé, à la moralité. » CHS ANTOINE, *op. cit.*, p. 352.

Contractus locationis operae dicitur *individualis*, cum fit inter patronum et singulos operarios; dicitur *collectivus*, si fiat inter patronum et aliquam associationem operariorum qui collective contrahunt, mediantibus procuratoribus.

2° *De contractu collectivo locationis operae.* — Contractus collectivus locationis operae est pactum initum inter patronum unius opificinae vel inter patronos unius industriae et delegatos operariorum, quo e communi consensu, conditiones salarii vel laboris determinant. (1)

Hic modus contrahendi licitus est in se et honestus: operarii enim jus habent associationis, et, ut associati, possunt omnes quod possunt singuli. Licet patroni in genere aegre ferant talem contractum inire cum operariorum consociationibus, dicendum est tamen illum contractum plura commoda conferre tum operariis, tum patrono. Majorem enim affert aequalitatem in controversiis inter patronos

---

(1) « Par contrat collectif du travail, on entend une convention passée entre les délégués des patrons et les délégués des ouvriers pour fixer d'un commum accord les conditions du travail. » Chs Antoine, *Les trois sociétés nécessaires*, *Assoc. Cat.*, 1906, t. 62, p. 433.

« On peut concevoir deux formes du contrat collectif du travail. La première qui constituerait le contrat collectif parfait consisterait en ce que tous les ouvriers d'une même industrie travaillant dans une même ville ou une même région, représentés par le bureau de leur syndicat ou par des délégués, discutent et arrêtent, avec les représentants de leurs patrons, tout ce qui concerne le travail et le salaire dans les maisons de la profession situées dans le pays. Les diverses clauses seraient ainsi le résultat de l'entente, non de deux individus, mais de deux collectivités: la collectivité des patrons et la collectivité des ouvriers. La seconde forme, moins rigoureusement collective que la première, est celle dans laquelle le syndicat, prenant en main les intérêts des onvriers d'une usine, traite en leur nom et à leur place, uniquement avec le chef de cette usine et non avec tous les chefs locaux de la même industrie. Quelquefois même ce ne sont que les seuls ouvriers d'une maison ou d'une entreprise qui, soit par eux-mêmes, soit par des représentants nommés par eux, arrêtent avec leur patron les conditions d'un arrangement englobant tout le personnel de l'entreprise ou de la maison. » L. Garriguet, *op. cit.*, t. I. pp. 112, 113.

et operarios circa laboris et salarii conditiones, [1] necnon limites imponit concurrentiae et rivalitatibus tum operariorum inter se, tum patronorum, propter identitatem conditionum laboris. [2]

Attamen ut contractus collectivus omnes suos effectus producat, perfectior videtur requiri associationum professionalium constitutio. Etenim duplex imperfectio in ipso invenitur, consideratis praesentibus associationum conditionibus: *prima* apparet ex identitate salarii quod exigitur pro omnibus et singulis operariis ejusdem professionis. Justitia enim importat salarium proportionari quantitati et qualitati laboris, quae quidem quantitas et qualitas non eadem invenitur in singulis operariis. Unde associatio professionalis efformare conetur, mediante institutione et disciplina professionali operarios quorum aptitudo ipsi salario recepto respondeat. Hoc jam fit in quibusdam regionibus, nempe in Belgio, in quibus uniones professionales speciales scholas habent adjunctas.

Secunda imperfectio habetur ex defectu sanctionis ex parte operariorum vel associationis, cum obligationes contractus non servant. Hoc vitium tolleretur, si operariorum consociationes haberent personalitatem juridicam, et facultatem possidendi bona mobilia et immobilia. In hoc

---

(1) « Le jour où l'industriel, au lieu de traiter individuellement avec chacun de ses employés, trouve en face de lui un groupement organique et stable, il ne doit plus songer à gouverner son atelier autocratiquement, il faut qu'il accepte de substituer au régime de la discussion unilatérale, le régime de l'entente bilatérale et du contrôle. » PAUL BUREAU, *Le contrat de Travail*, p. 249.

(2) Dans de telles conditions, la concurrence ne saurait exister et les ouvriers sont dans l'impossibilité de se nuire les uns aux autres en acceptant des salaires inférieurs. De plus, la concurrence devient plus difficile entre patrons, les conditions du travail étant les mêmes pour chacun d'eux les rabais deviennent impossibles. Cf. GARRIGUET, *op. cit.* pp. 119, 121.

casu, violato contractu recursus haberetur contra associationem.[1]

V. De operistitiis[2]. — **1° Notio et causae.** — Operistitium est communis et completa multorum operariorum cessatio laboris, ex composito, ad meliores faciendas laboris conditiones.[3] Causae autem cessationis laboris, sunt: rejecta petitio augmentationis salarii; vindicatio spectans ad laboris conditiones; exclusio quorumdam operariorum; etc.

2° Effectus operistitiorum. — Operistitia commoda et incommoda belli secunderunt, et sicut bellum, inter ingentia mala annumerantur. Beneficia quae a victoribus ex ipsis reportantur maximo pretio solvuntur. Saepe saepius operarii, suppresso stipendio, ad inopiam rediguntur, patroni maximis damnis afficiuntur, et ipsa societas magnum patitur detrimentum, cum irae et odia inter cives acceduntur quorum memoria *difficile et tarde* extinguitur.

« Genus istud cessationis non heros dumtaxat atque opifices ipsos afficit damno, sed mercaturis obest reique

(1) « Par une législation à la fois courageuse et prudente, par une sage éducation des forces syndicales, par une sincère bonne volonté du coté des ouvriers et du coté des patrons on peut arriver à applanir la plupart des difficultés signalés. Si l'on n'arrive pas à établir un régime échappant à toute critique, il faudra ne pas oublier que la perfection n'est pas de ce monde et que toute institution humaine offre des inconvénients. L'important est que ces inconvénients soient largement compensés par des avantages.

« La meilleure réponse que l'on puisse faire à ceux qui attaquent, avec plus ou moins de violence et plus ou moins de parti-pris, le principe du contrat collectif, c'est de leur rappeler que cette forme de convention ouvrière à été essayée dans les deux pays les plus industriels du monde. (L'Angleterre et les Etats-Unis), qu'elle s'y vulgarise et qu'elle y a donné de très satisfaisants résultats. Les travailleurs y ont trouvé un accroissement de bien-être, les patrons d'incontestables avantages compensatoires, et la paix sociale de précieuses garanties. » L. Garriguet, *op. cit.*, p. 126.

(2) Cf. L. Garriguet, *Régime du Travail* t. I. p. 126 et seq. Vermeersch, *Quaestione de Justitia*, pp. 603-609--L'abbé F. Scaloni, *Capital et Travail*, pp. 107-111.

(3) « La Grève est une cessation complète de travail provoquée par une entente des ouvriers dans le but d'améliorer les conditions du travail. » Chs Antoine, *Cours d'Economie Sociale*, p. 511.

publicae utilitatibus, cumque haud procul esse a vi turbisque soleat, saepenumero tranquillitatem in discrimen adducit. »[1]

Tamen negari non potest operistitia operariis non parum profuisse, et patronos magis sollicitos reddidisse in negotiis componendis.

3° **Honestas.**—Operistitium est in se licitum et honestum. Unusquisque operarius jus habet recedendi a labore, dummodo nullo justo contractu ligetur, in quo casu patronus nullum jus habet ad laborem ipsius. Unde recedendo a labore operarius utitur jure suo, et nullum jus alterius violat. Operistitium tamen, sicut bellum, est medium extremum quod adhiberi non debet, nisi exhaustis aliis conciliationis mediis. Quia autem bonum est ex integra causa, malum ex quocumque defectu, non sufficit ad liceitatem operistitii operarium jus habere recedendi a labore, sed requiritur ut operistitium ex fine justo, rationabili et proportionate gravi suscipiatur, mediisque justis continuetur. Unde proponuntur sequentes regulae:

(1) Léo XIII, *Rerum novarum*.

« La grève étant un moyen de guerre a les avantages et les inconvénients de la guerre. Elle apporte quelques bénéfices au vainqueur, mais ces bénéfices sont chèrement achetés toujours. Quand elle réussit, elle fait augmenter les salaires, ou améliore par quelqu'autre coté la condition des ouvriers ; mais que de sacrifices ceux-ci ne doivent-ils pas s'imposer, à quelles privations ne doivent-ils pas se soumettre avant de faire accepter leurs revendications ?

« La grève est un fléau terrible, elle entraine un énorme gaspillage de forces productives, elle cause de grandes souffrances, et laisse dans le cœur du vaincu (patron ou ouvrier) des retentissements qui préparent de nouveaux conflit. Elle est préjudiciable à tous, même quand elle n'est accompagnées d'aucune de ces violences qui la rendent plus redoutable encore. Elle est préjuciable au patron auquel elle cause des pertes souvent énarmes et qu'elle aigrit contre son personnel. Elle est préjudiciable aux ouvriers qu'elle plonge dans la misère en les privants d'un salaire dont ils ont besoin pour subvenir aux nécessités les plus pressantes de la vie. Elle est préjudiable à la société qu'elle divise davantage en creusant encore le fassé qui sépare les classes. Elle est préjudiciable à l'industrie nationale qu'elle ruine au profit des concurrents étrangers qui accaparent le marché. Il faut donc tout faire pour l'empêcher, en écartant autant que possible les causes qui peuvent faire naître. » L. Garriguet, *op. cit.*, p. 131.

a) Operarii nullo contractu ligati, de causa justa, rationabili et proportionate gravi, exhaustis aliis mediis ad jus suum sibi vindicandum idoneis legitime possunt cessare a labore.

b) Operarii non possunt licite a labore recedere, quando contractu ligantur,[1] nisi iste contractus sit manifeste injustus, vel patronus clausulas ejus prius violaverit. Ubi enim justus datur contractus obligat in justitia, nisi mutuo contrahentium consensu rescindatur. Unde, in hoc casu, si operarius recederet a labore invito domino, violaret justitiam. Sed si contractus sit manifeste injustus, ut nullus habetur: et ubi patronus contractum prius violavit, jam censetur velle rescissionem ejus.

c) Illicita sunt operistitia quae fiunt ad *perturbandam civitatem*, ad extorquendum salarium ultra summam justam, vel alio fine injusto et inhonesto.

d) Operarii non possunt licite violentia cogere sodales suos ad cessandum a labore, licet possint, ubi agitur de operistitio justo, ipsos persuasione et exhortatione invitare ad talem cessationem.

e) Nunquam licet uti mediis injustis, violando jura personarum vel jus proprietatis.[2]

---

(1) « L'ouvrier doit fournir intégralement et fidèlement tout le travail auquel il s'est engagé par contrat libre et conforme à l'équité. » *Léon XIII, Rerum novarum.*

(2) « Dans presque toutes les grèves se commettent de véritables attentats ; on y arrive à de véritables scènes de vandalisme. Il n'est malheureusement pas rare que, sous l'influence de l'exaspération qui les gagne ou de mauvaises passions qui les travaillent, les grevistes détruisent l'outillage des usines, causent en pure perte des préjudices graves et se rendent coupables des pires excès. Des torts, même considérables, de la part des patrons ne sauraient légitimer de pareils actes. Seraient-ils commis à titre de représailles ils n'en seraient pas moins criminels. Ils sont aussi injustes que déraisonnables. » L. Garriguet, *Régime du Travail*, t. 1, pp. 135, 136.

1° **Interventus legitimus potestatis publicae.** [1] « Longinquior vel operosior labor, ait Leo XIII [2], atque opinatio certae mercedis causam non raro dant artificibus quamobrem opere se solvant ex composito, otioque dant voluntario. Cui quidem incommodo usitato et gravi *medendum publice*, quia genus istud cessationis non heros dumtaxat, atque opifices ipsos afficit damno, sed........saepenumero tranquillitatatem publicam in discrimen adducit. Qua in re illud magis efficax et salubre antevertere auctoritate legum, malumque ne erumpere possit prohibere, amotis mature causis unde dominorum atque operariorum conflictus videatur extiturus. »

Nemo est qui denegat ad potestatem publicam pertinere, pro viribus, causas tollere operistitiorum, fovereque instituta quibus dissidia inter patronos et opifices pacifice componantur. Ad ipsam adhuc pertinet reprimere et punire delicta et injurias quae in operistitiis committuntur; sartum et tectum habere jus laborandi et libertatem eorum qui a labore recedere recusant, imo, si ad bonum commune et ad protectionem societatis requiratur, imminente turbae atque injuriae tumultu, potestas publica potest suspendere vel etiam in determinato casu prohibere operistitium. Tamen

(1) Cf. Chs. Antoine, *Cours d'Economie sociale*, p. 514.

(2) Il n'est pas rare qu'un travail trop prolongé ou trop pénible, et un salaire réputé trop faible donnent lieu à ces chômages voulus et concertés qu'on appelle des grèves. A cette plaie si commune et en même temps si dangereuse, il appartient au pouvoir public de porter un remède ; car ces chômages, non seulement tournent au détriment des patrons et des ouvriers eux-mêmes, mais ils entravent le commerce et nuisent aux intérêts généraux de la société, et comme ils dégénèrent facilement en violences et en tumultes, la tranquilité publique s'en trouve souvent compromise. Mais, ici, il est plus efficace et plus salutaire que l'autorité des lois prévienne le mal et l'empêche de se produire, en écartant avec sagesse les causes qui paraissent de nature à exciter des conflits entre ouvriers et patrons. » Leon XIII, *Rerum novarum*.

cum operistitium sit jus legitimae defensionis, et possit haberi, nullo civium jure violato, non videtur quod auctoritas publica possit modo absoluto ipsum prohibere. (1)

5° **Remedia.** — Maxime conferunt ad operistitia praepedienda institutiones consiliorum vel tribunalium arbitrorum ad quae patroni et operarii *libere* deferre possunt controversiae derimendae. Jam etiam in nostris regionibus multum invaluit ad eumdem effectum producendum lex federalis cui nomen *loi Lemieux*. Si autem arbitratus hujusmodi sit commendabilis et laudabilis, non idem dicendum videtur, de *arbitratu obligatorio*, seu a lege imposito, quem quidam ut remedium magis efficax proponunt. Haec enim obligatio cum libertate tum operariorum, tum patronorum, componi non potest ; supposita nempe obligatione et sanctione sententiae tribunalis, jam cessat libertas laboris.

Magis efficax remedium contra operistitia invenietur, legibus faventibus, in perfectiori consociationum opificum temperatione, vi cujus, istae consociationes personalitate juridica gaudentes, necnon bona mobilia et immobilia possidentes, inire poterunt cum patronis contractus locationis operae quorum violatio resarcietur recursu efficaci ad tribunalia juridica, sive haec violatio sese teneat ex parte operariorum, sive ex parte patronorum.

(1) « La grève, pourvu qu'elle soit légitime, étant l'exercice d'une juste liberté fondée sur le droit naturel de légitime défense, n'est point illicite, et partant ne peut pas être défendue d'une manière absolue par la loi. Le pouvoir suprême n'a donc pas le droit de la supprimer sous prétexte qu'elle est inutile, ou au nom des dommages qu'elle cause aux ouvriers. En se mettant en grève, l'ouvrier ne fait qu'user de son droit. L'Etat gardien de l'ordre public, doit intervenir lorsque les droits des citoyens sont violés. Y a-t-il violation des droits soit des patrons, soit des ouvriers, dans une grève légitime ? Pas le moins du monde : l'ouvrier est libre de travailler ou de ne pas travailler ; personne ne peut contraindre le patron à conserver ses ouvriers. » CHS. ANTOINE, *op. et loc. cit.*

VI. **De consociationibus patronorum.**—Idem dicendum est de consociationibus patronorum, quoad honestatem, ac de sodalitiis opificum. Sicut etiam operarii, servatis servandis, legitime operistitiis uti possunt ad vindicanda jura sua contra patronos, ita patroni jure suo utuntur dum ad sese defendendum contra operarios, coalitiones ineunt, vi quarum fores officinarum suarum claudunt et sese obligant ad operarios non conducendos nisi determinatis conditionibus sese subjiciant (*lock-out*). (1) De istis coalitionibus, quae dici possunt operistitia patronorum, idem dicendum est, sed inversa ratione, ac de operistitiis. Licitae enim in se, quando non

---

(1) « On appelle *lock-out* (mettre dehors) un arrêt de travail provenant de la fermeture des ateliers par la volonté patronale. Les causes en sont extrêmement variées, c'est en somme le suprême moyen de défense des patrons contre les prétentions ouvrières.

« Sur le principe de la légitimité du lock-out, il ne saurait y avoir le moindre doute. C'est en somme la contre partie de la grève, et il puise sa justification dans des considérations identiques.

« Quelles sont alors les exigences de la conscience ?

1° Il faut que la cause du lock-out soit raisonnable et proportionnée, sans pour cela qu'elle soit nécessairement d'ordre matériel.

2° Même quand les patrons défendent de graves intérêts, ils doivent encore, avant de prononcer l'ultimatum, faire leur possible pour l'éviter. Toutefois, on ne peut pas leur faire grief de déclarer le lock-out d'avance, par exemple de ne pas attendre la reprise des affaires pour affronter une lutte qu'ils savent inévitable.

3° Quand on aura fait tous les efforts possibles pour éviter les hostilités, on devra respecter, comme dans les guerres, les droits des belligérants et des neutres.

4° Dans la conduite comme dans la conclusion du lock-out, on évitera les sévices inutiles, les recours aux moyens trop violents.

5° On ne prolongera pas le lock-out, sans nécessité. Si les ouvriers se rendent à merci, les patrons seraient coupables d'exiger des sacrifices d'intérêt ou même d'amour-propre. Si même pour obtenir l'apaisement plus vite ils devaient consentir un sacrifice d'argent momentané, il ne faudrait pas hésiter, car le bien de la paix est infiniment supérieur à la perte de quelques milliers de francs.

6° Dans la reprise du travail, les patrons n'ont pas le droit d'exiger le renvoi des délégués qui auraient accepté de se faire les porte-parole de leurs camarades, ou les membres d'un Syndicat professionnel qui auraient pris en main les revendications des ouvriers avant le lock-out. » *Le lock-out et la morale*, Conf. de l'abbé Loiselet, *le Bien public*, Gand, 1er mai 1909.

datur contractus ligans patronos, possunt fieri illicitae ex fine, vel ex modo agendi.

VII. De monopoliis. — Diximus de associationibus *personarum*, quaedam remanent dicenda de associationibus *capitalium*.

Monopolium dicitur facultas exclusiva vendendi, penes unum vel paucos tantum existens. Aliud est monopolium *legale*, quod auctoritate publica conceditur ; aliud *privatum* quae conspiratione unius vel plurium mercatorum exercetur.

Monopolium legale licitum est, dummodo justa de causa inducatur, et potestas publica impediat ne societas monopoliis hujusmodi gravetur.

Monopolium *privatum* triplici modo haberi potest : 1° si mercator impediat ne alii merces important, ut ipse solus merces suas vendat ; 2° si unus vel pauci emant omnes res vel quasi omnes tempore opportuno, ut deinde soli revendant ; 3° si mercatores conspirent inter se de pretio ut non minoris vendant.

Monopolium privatum potest esse licitum et justum, quando nulla fraus intercedit, et non exigitur pretium injustum, scilicet ultra summum.

Illud monopolium est injustum, quando fraude vel mendacio mercator impedit ne aliae merces advehantur; quando omnes res emit ut pretio injusto vendantur; quando fit conspiratio ad exigendum pretium supra summum.

Ad monopolia privata reducuntur sodalitia mercatorum et artificum, necnon capitalium coalitiones, quae ex hodiernis negotiandi moribus increbuerunt, variasque induerunt formas, necnon diversis in regionibus diversa receperunt nomina. Talia sunt praesertim consortia quae dicuntur *cartells* et *trusts*.

« Fieri quidem potest ut etiam haec foedera, si huc spectant ut honestum obtineatur lucrum et arceantur damna

nimiae aemulationis, nec causa nec utilitate careant: quare non ita male audiunt *kartelle*(1) Germaniae quibus inest potius ratio cujuspiam defensionis. Sed saepe non tam defensio propria quam aliorum intenditur oppressio; vel mere agitur de augendis quaestibus et fortunis. Imo in quibusdam partibus Americae eo devenere nonnulla *trusts*,(2)

---

(1) « Le *cartell* est une entente conclue entre producteurs de marchandises ou denrées identiques ou similaires, en vue de restreindre la concurrence et d'assurer soit par la dimunition du prix de revient de leurs produits, soit par la limitation de la production, soit enfin par la fixation d'un prix de vente minimum, la stabilité de leurs entreprises et la permanence de leurs bénéfices industriels.—Tout cartell présente un triple caractère: 1° Il est une association libre, 2° Il n'enchaîne la liberté de ses membres que sur un ou plusieurs points déterminés. S'il y a fusion complète des entreprises et annihiiation complète de l'indépendance des syndiqués, l'association cesse d'être un cartell. C'est un trust. 3° Il a pour but essentiel la limitation de la concurrance. » ET. MARTIN SAINT-LÉON, *Cartells et Trusts*, pp. 21, 22.

« Les cartells offrent des avantages aux fabricants, à leurs ouvriers, et même aux consommateurs. *a*) Aux *fabriquants* le cartell offre un triple avantage—Il leur permet d'avoir à meilleur compte les matières premières et les matières de consommation nécessaires à la production. Passant le marché au nom de tous ses membres et achetant pour tous, il achète en grande quantité et par conséquent, achète moins cher.—Il leur permet de réaliser de sérieuses économies sur les frais de réclame, de publicité, de représentation et autres encore, qu'il simplifie ou rend inutiles.—Il leur permet d'écouler toujours leur marchandise et de l'écouler à des conditions suffisamment rémunératrices, en supprimant, entre eux, la concurrence.

b) Aux *ouvriers* le cartell peut assurer une amélioration de salaire. La concurrence entre les patrons est presqu'aussi funeste à leurs ouvriers qu'elle l'est à eux-mêmes, Les travailleurs sont les premières victimes des mauvaises dispositions du marché.

c) Aux *consommateurs eux-mêmes*, le cartell peut offrir des avantages. Grâce à des prix convenables, qu'il arrive à imposer, il peut fournir des produits excellents, et en dernière analyse, le consommateur, loin d'être la victime, devient le bénéficiaire du groupement patronal.

Les cartells sont cependant exposés à abuser de la force de leur groupement, pour imposer aux consommateurs non pas seulement des prix suffisamment rémunérateurs: mais des prix exagérés. » L. GARRIGUET, *Régime du Travail*, t. II. pp. 221-224, *passim*.

(2) « Le trust est une coalition de capitalistes formée pour accaparer, dans tout un pays, telle ou telle branche de la production. Ces coalitions formidables s'arrangent pour s'emparer de la plupart des usines; elles font une guerre sans merci aux entreprises qui refusent de se laisser englober et émettent la prétention de demeurer autonomes; elles les étranglent par

ut etiam politicum in civitate obtinerent dominatum. Quis non videt haec plurimum nocere reipublicae.

---

n'importe quels moyens ; et, devenues maîtresses de la fabrication, elles la dirigent à leur guise, en écoulent les produits à des conditions qui leur permettent de réaliser d'énormes bénéfices.

« Le trust se propose, non seulement de supprimer ou d'atténuer la concurrence entre producteurs, mais encore de diminuer le plus possible les frais de production.

« Pour atteindre ce résultat il ferme un certain nombre d'usines, celles qui sont mal situées, mal outillées, mal organisées, mais les usines conservées et agrandies il les fait travailler à *plein (at full capacity)*.

« Il réalise des économies considérables sur les frais généraux ; il simplifie l'administration ; il réduit le haut personnel ; il diminue le travail humain qu'il remplace par le travail mécanique moins coûteux. Il obtient, de la sorte, le maximum de rendement avec le minimum de dépenses.

« Néanmoins des enquêtes faites aux Etats-Unis, il résulte que toutes les fois que le trust est parvenu à se rendre mettre du marché—c'est à cela qu'il tend avant tout—il s'est empressé d'élever le prix de vente et de s'assurer un bénéfice aussi considérable qu'il l'a pu. Ce n'est pas seulement par l'absence de concurrence qne les trusts sont amenés à élever les prix de leurs produits au delà de ce qui est légitime ; ils y sont fatalement entrainés par la nécessité de rémunérer convenablement un capital exagéré.

Il y a toujours disproportion dans le trust, entre la valeur réelle des entreprises fusionnées et le chiffre du capital social constitué en vue d'unifier et d'absorber ces entreprises. Il n'est pas rare que le capital dépasse deux trois et même quatre fois la valeur des apports ; c'est ce que les Américains appellent surcapitalisation ou mouillage *(Over-capitalization, Watering)*. Dans ces conditions alors même que, par l'organisation concentrée et scientifique de la production, le trust arrive à produire à meilleur compte que les particuliers, il lui est difficile de céder ses produits à meilleur marché. Il faut qu'il gagne de quoi payer les intérêts des énormes capitaux qn'il a engagés dans l'affaire, capitaux dont une partie a été prise par le promoteur et dont le reste a servi à indemniser, au delà de leur apport, les industriels entrés dans la combinaison.

« Le trust tend à créer partout où il s'établit un régime de tyrannie industrielle, et s'il enrichit quelques-uns au delà de toutes limites, il est par contre, habituellement préjudiciable à l'intérêt général.

« Le trust constitue un véritable accaparement et établit, de fait, un monopole redoutable entre les mains de gros capitalistes ou d'audacieux brasseurs d'affaires qui disposent, par là, d'une puissance excessive et peuvent non seulement imposer leur volonté en matière d'industrie ou de commerce, mais encore peser lourdement sur la vie intérieure et sur les relations extérieures de tout un peuple. » L. Garriguet, *Régime du Travail*, t. II, pp. 227-235, *passim*. Cf. Et. Martin Saint-Léon, *Cartells et Trusts*,- Claudio Jannet, *Le Capital, la Spéculation et la Finance*, C. XIII.—Paul Leroy-Beaulieu, *Traité d'Economie politique*, t. IV, C. II.

« Quid, quod quaelibet jam pactiones *de rebus ad victum necessariis* commune solent parere incommodum et detrimentum.

« Quare olim justissime contra coemptores legibus saeviebatur. Quod si tunc forte peccatum est nimia severitate, hodie potius nimis abstinent imperantes funestis coercendis artibus. *Per se* autem jam haec monopolia adversantur *caritati*, quae, ubi commune agitur detrimentum, obligat etiam cum gravi incommodo.

« Quod attinet ad *justitiam commutativam*, redit solutio jam data de privato monopolio. Sine injuria exigi nequit pretium ultra summum quod secus esset consuetum.» [1]

ARTICULUS II

DE OFFICIO PROFESSIONALI

I. De operariorum et patronorum officiis. [2] – Leo XIII officia patronorum et operariorum, in litteris encyclicis *Rerum novarum* sic declaravit.

1° *Officia operariorum* :—« Quïbus ex officiis illa proletarium et opificem attingunt :

a) Quod libere et cum aequitate factum operae sit, id integre et fideliter reddere.

b) Non rei ullo nocere, non personam dominorum violare ;

(1) A. Vermeersch, *Quaestiones de Justitia*, pp. 437-438.
(2) Cf. Leon Harmel, *le Catéchisme du patron.*

c) In ipsis tuendis rationibus suis abstinere a vi, nec seditionem induere unquam ;

d) Nec commisceri cum hominibus flagitiosis, immodicas spes et promissa ingentia artificiose jactantibus, quod fere habet poenitentiam inutilem et fortunarum ruinas consequentes. » [1]

e) « Mercedem si ferat opifex satis amplam ut ea se uxoremque et liberi commodum queat, facile studebit parcimoniae, si sapit, efficietque, quod ipsa videtur natura monere, ut detractis sumptibus, aliquid etiam redundet, quo sibi liceat ad modicum censum pervenire. » [2]

Reddere integre et fideliter id ad quod adstringuntur vi contractus libere initi ; non laedere patronum in suis bonis, nec personam ejus violare ; semper sese abstinere a violentia et seditione ; fugere homines flagitiosos ; parcimoniae studere, en sunt igitur officia operariorum.

2° *Officia patronorum.* « Ista vero ad divites spectant ac dominos :

a) Non habendos mancipiorum loco opifices ; vereri in eis aequum esse dignitatem personae, utique nobilitatem ab eo, character christianus qui dicitur. [3]

---

(1) « Voici les devoirs qui regardent l'ouvrier : *a)* il doit fournir intégralement et fidèlement tout le travail auquel il s'est engagé par contrat libre et conforme à l'équité ;—*b)* il ne doit léser son patron ni dans ses biens, ni dans sa personne ;—*c)* ses revendications mêmes doivent être exemptes de violence et ne jamais révêtir la forme de séditions ;—*d)* Il doit fuir les hommes pervers qui, dans des discours artificieux, lui suggèrent des espérances exagérées et lui font de grandes promesses, qui n'aboutissent qu'à de stériles regrets et à la ruine des fortunes. »

(2) « L'ouvrier qui percevra un salaire assez fort pour parer aisément à ses besoins et à ceux de sa famille suivra, s'il est sage, le conseil que semble lui donner la nature elle-même ; il s'appliquera à être parcimonieux et fera en sorte, par de prudentes épargnes de se ménager un petit superflu, qui lui permette de parvenir, un jour à l'acquisition d'un modeste patrimoine. »

(3) « Quant aux riches et aux patrons, ils ne doivent pas traiter l'ouvrier en esclave ; il est juste qu'ils respectent en lui la dignité de l'homme relevée encore par celle du chrétien. »

b) Similiter praecipitur, religionis et bonorum animi habere rationem in proletariis oportere. Quare dominorum partes esse, efficere ut idoneo temporis spatio pietati vacet opifex ; non hominem dare obvium lenociniis corruptelarum illecebrisque peccandi, neque ullo facto a cura domestica parcimoniaeque studio abducere. (1)

c) Item non plus imponere operis, quam vires ferre queant, nec id genus quos cum aetate sexuque dissideat. (2)

d) In maximis autem officiis dominorum illud eminet, justa unicuique praebere. » (3)

Igitur non habere opifices ut mancipia, sed aeque vereri in ipsis personam humanam et dignitatem christiani ; ipsos adjuvare in officiis religionis adimplendis, et in vitiis vitandis ; non plus ipsis imponere quam vires ferre possunt ; justum praesertim salarium ipsis praebere, en sunt officia patronorum.

II. De mercatorum officiis. — Mercatorum officia sunt maximi momenti, cum fundantur in justitia commutativa, cujus violatio restitutionis obligationem inducit.

1° Ne mendacio vel fraude utantur mercatores ad fidem emptorum captandam.

2° Justitiam servent in ponderibus et mensuris. Parva enim furta, quae ex usu falsorum ponderum vel mensurarum sequuntur, in gravem coalescunt materiam quae gravem restitutionis obligationem importat.

(1) « Il est pareillement prescrit qu'il soit tenu compte des intérêts spirituels de l'ouvrier et du bien de son âme. Aux maîtres il revient de veiller qu'il y soit donné pleine satisfaction ; que l'ouvrier ne soit point livré à la séduction et aux sollicitations corruptrices ; que rien ne vienne affaiblir en lui l'esprit de famille ni les habitudes d'économie. »

(2) Défense encore aux maîtres d'imposer à leurs subordonnés un travail au-dessus de leurs forces, ou en désaccord avec leur âge ou leur sexe. »

(3) « Mais parmi les devoirs principaux du patron, il faut mettre au premier rang, celui de donner à chacun le salaire qui lui convient. »

3° Aequalitatem servent in venditionibus et emptionibus inter pretium et mercem, ideoque non vendant supra pretium vulgare summum, nec emant infra pretium vulgare infimum.

Pretium enim potest esse justum vel injustum. Pretium justum est illud quod, spectata rei natura, spectatis circumstantiis temporis et loci, vel a legitima auctoritate, vel a communi aestimatione taxatur tanquam rei venalis aequivalens. Unde pretium dicitur *legale* quod a legitima auctoritate determinatur, *vulgare*, quod aestimatione communi statuitur.

Pretium vulgare non arithmetice determinatur, sed inter justi limites quemdam admittit latitudinem. Triplex quidem distinguitur vulgare pretium : *summum*, *medium*, *infimum*. *Summum* est illud supra quod—*infimum* illud infra quod res communiter non aestimatur; *medium* inter utrumque consistit.

Si res venalis pretium habet legale, illud ex justitia est servandum: si res venalis non habeat pretium legale, ex justitia standum est pretio vulgari hic et nunc currenti, ita ut non liceat vendere supra pretium vulgare summum, nec emere infra pretium vulgare infimum. Qui vendit supra pretium vulgare summum laedit justitiam et tenetur ad restitutionem excessus; qui emit infra pretium vulgare infimum, eodem modo justitiam offendit et ad restitutionem defectus tenetur. Attamen damnum emergens, lucrum cessans, modus vendendi possunt licitas constituere rationes vendendi supra pretium summum, item, emendi infra pretium infimum.(1)

III. De medicorum officiis.—Medici in arte sua exercenda, ad sequentia attendant officia:

1° Tenentur scientiam et peritiam sufficientem habere.

---

(1) Cf. C. Marc, *Inst. theol. mor.*, numeris 1127-1130:—Konings, *Theol. mor.*, 961 et seq.

2° Diligentiam et curam adhibeant quae sit morbi gravitati proportionata.

3° Justitiam et aequitatem servant tum in stipendio exigendo, tum in expensis occasione morbi curandi suscipiendis.

4° Pauperibus artis suae operam gratuito navare debent.

5° Medicamenta certa et tuta adhibere, necnon opiniones medicorum securas et tutas sequi, aliis omissis tenentur.

6° Strictissimo officio adstringuntur ad praemonendum infirmos, sive per se sive per alios, de gravi periculo morbi, ut animae suae saluti consulant.

« Hinc graviter peccat medicus, 1° si absque sufficienti capacitati gravem morbum curare aggrediatur. 2° Si incurrente gravi et insolito morbo, specialem operam non impendat. 3° Si medicamenta inexplorata, explorandi gratia, adhibeat. 4° Si medicos alios advocari non permittat, ubi oporteret, vel si, alios consulendi causa convocans, ad amicitiam potius quam ad peritiam attendat. 5° Si e contrario sine necessitate alios medicos advocet cum expensis inutilibus aegroto, aut si contra suam conscientiam eorum consiliis adhaereat. 6° Si curationem protrahat lucri causa, visitationes inutiliter multiplicet, ubi pro singulis salarium exigatur ; vel si pretium nimium exigat. 6° Si ad favendum pharmacopolis amicis pharmaca superflua praescribat. 7° Si secreta suae fidei in ordine, ad artem suam commissa non servet, etc. » [1]

IV. De advocatorum officiis.—Haec sunt pracipua advocati officia :

1° Advocatus non debet causam suscipere injustam, et causam jam susceptam deserere tenetur, cum advertit eam esse injustam.

(1) Konings, *Theol. mor.* numero 1078.

2° Causam justam suscipere non debet nisi scientiam et peritiam rei gravitati proportionatam habeat, et vera sit spes felicis exitus in clientis favorem. Aliter moneatur cliens oportet, et, ipso monito, desiderio ejus assentiri potest.

3° Causam susceptam mediis justis sustinere debet, nullis adhibitis mendaciis, dolis vel perjuriis.

4° Non debet causam indebite protrahere ad majora emolumenta comparanda.

5° Nihil ultra justum stipendium exigat, habita consideratione rei, propriae peritiae, laboris impensi et consuetudinis receptae.

6° Pauperes gratis defendere tenetur, etiam cum gravi incommodo, quando in extrema necessitate versantur ; item quando gravi necessitate laborant, licet non cum gravi incommodo.

V. **De judicum officiis.** —1° Judicis dotes sunt *scientia* et *integritas*. Scientia idonea requiritur ad tantum munus adimplendum, qua deficiente, saepe saepius laeditur justitia quae semper restitutionem damni reclamat, cum ignorantia culpabilis causa ipsius fuerit. Eodem modo exigitur incorruptibilis integritas, ut semper justitia servetur et non cedatur amicitiae, odio, vel praejudiciis.

2° Judex judicium ferre debet secundum leges et ordinem a legibus determinatum ; non enim constituitur ad leges condendas vel reformandas, sed ad eas executioni mandandas. Unde *a)* in modo procedendi, non potest, absque justa causa, damnum vel infamiam litigantibus inferre ;—*b)* protegere debet testes contra advocatorum intemperantiam ;—*c)* sententiam ferre tenetur secundum *allegata et probata*, scilicet, ex scientia juridice accepta, non autem ex scientia privata ; *d)* in causis criminalibus, *reo*, in causis vero civilibus, *certo possessori* favere debet.

3° Nunquam debet judex a litigantibus accipere munera.

CAPUT QUARTUM

DE SOCIETATI CIVILI

Prologus.—Societas civilis oritur ex familiis et associaciationibus, sive naturalibus sive liberis, quae ab hominibus instituuntur ad majorem virium suarum explicationem; unde, praehabita consideratione societatis domesticae, et societatis professionalis, sermo nunc proponitur de societate civili. Hic autem erit ordo materiae. Dicemus *primo*, de natura societatis civilis; *secundo*, de auctoritate civili; *tertio*, de diversis regiminis formis; *quarto*, de functionibus auctoritatis publicae; tandem *quinto*, de gubernantium et subditorum officiis. Quinque igitur erunt articuli hujus capitis quarti.

DE SOCIETATE CIVILI

- **De natura societatis civilis**
  - Definitio
  - Origo
    - Status quaestionis
    - Diversae sententiae
      - contractus socialis
      - progressiva evolutio
      - societas est a natura
    - Thesis: Homo natura sua ad societatem ordinatur.
    - Corollaria
  - Finis
    - Status quaestionis
    - Thesis: Finis societatis civilis est tueri jura civium et procurare prosperitatam publicam
  - Causa materialis: Familiae, non individua, immediate civitatem constituunt.
  - Corollaria
  - De territorio.

- **De auctoritate civili**
  - De origine auctoritatis
    - Status quaestionis
    - Sententiae diversae
    - Thesis: Auctoritas civilis est a Deo auctore naturae.
    - Corollaria
  - De subjecto auctoritatis
    - Status quaestionis
    - Diversae sententiae
    - Thesis: Populus nequit esse auctoritatis subjectum.
    - Corollaria
    - Difficultatum solutio
  - De determinatione subjecti auctoritatis
  - De suffragio universali:
    - Thesis.—Suffragium universale, tanquam jus naturale omnibus debitum, nequit requiri, nec haberi ut regimen opportunum.
  - De exercitio auctoritatis
    - Potestas legislativa
      - existentia
      - limites
      - vis obligativa
    - Potestas judiciaria
    - Potestas executiva
    - Jus gladii, seu infligendi pœnam capitalem.

- **De diversis formis regiminis**
  - Diversae regiminis formae
    - Monarchia
      - absoluta, constitutionalis
      - haereditaria, electiva
    - Aristocratia
      - pura
      - repraesentativa
    - Democratia
      - pura
      - repraesentativa
  - Formae oppositae
    - Tyrannis
    - Oligarchia
    - Demagogia
  - Liceitas diversarum formarum
  - Comparatio ad invicem
  - De regimine repraesentativo

- **De functionibus status**
  - Functiones status
    - Functio protectionis
    - Functio assistentiae
  - Munia status in re oeconomica
  - » » circa educationem et scholas
  - » » in ordine ad bonum morale

- **De gubernantium et subditorum officiis**
  - Officia utrisque communia
    - religio
    - amor patriae
  - Officia gubernantium
    - Justas ferre leges, intuitu solius boni societatis
    - Sacra et tecta habere jura Dei et religionis
    - Protegere non autem tollere jura individuorum et familiae
    - Scientiam acquirere ad imperium et curam reipublicae necessariam.
  - Officia subditorum
    - Reverentia et obedientia
    - Tributa fideliter solvere
    - Electoribus grave munus eligendi deputatos probos.
  - De resistentia contra tyrannum:
    - Thesis I.—Illicita absolute est subditis resistentia offensiva contra tyrannum regiminis.
    - Thesis II.—Contra excessivam tyrannidem resistentia defensiva potest esse licita.
  - De gubernio « facti ».

ARTICULUS I

DE NATURA SOCIETATIS CIVILIS

I. **Definitio.**—Societas civilis ab Aristotele[1] brevi sermone definitur: societas naturalis et perfecta. Explicitius describitur: *coetus naturalis et perfectus plurium familiarum, sub eodem regimine, bonum commune et temporale directe prosequentium.*

1° Dicitur *coetus naturalis et perfectus*, quia « insitum homini natura est, ut in civili societate vivat », [2] et haec societas, independens est, in genere suo, a qualibet alia societate.

2° Dicitur *plurium familiarum*, quia familiae constituunt materiam proximam societatis civilis.

3° Dicitur *sub eodem regimine*, scilicet, sub eadem auctoritate: auctoritas enim est elementum formale societatis.

4° Dicitur *bonum commune et temporale directe prosequentium*, quia his verbis determinatur finis societatis civilis quae ad bonum commune temporale membrorum suorum immediate et directe tendit, *indirecte* quidem et mediate ad

(1) *Polit.*, l. 3, c. 6,
(2) Leo XIII, *Immortale Dei.*

finem ultimum hominis. Societas civilis fine illo distinguitur a societate religiosa quae bonum spirituale et aeternum prosequitur.

Haec definitio quatuor societatis civilis causas determinat: causam *efficientem*, nempe naturam, *finalem*, bonum commune et temporale, *materialem*, familias, *formalem*, auctoritatem.

II. De origine societatis civilis.—1° *Status quaestionis.*—Duplex proponi potest quaestio de origine societatis: vel enim quaeritur de societate *in genere* et *in abstracto*, ex quonam scilicet principio repetitur quod homines in societate vivant; vel quaestio proponitur de societate *in particulari* et *in concreto*, scilicet, ex quonam facto concreto pendet constitutio hujus determinatae societatis sub tali regiminis forma. Hic agitur de prima quaestione; secunda autem ad historiam pertinet potiusquam ad philosophiam.

2° *Philosophorum sententiae.*—Triplex sententia habetur de societatis origine. *Prima sententia* est eorum qui docent societatem originem ducere ex libero hominum consensu; dicitur *theoria contractus socialis*. Haec theoria jam antiquitus cognita [1], faventibus Protestantium doctrinis, modernis temporibus ab *Hobbes* (1588-1679) et praesertim *J.-J. Rousseau* (1712-1778) systematice renovata est.

Juxta *Hobbes* « natura dedit unicuique jus in omnia... Ab aequalitate naturae oritur jus unicuique ea quae cupit acquirendi. Quoties ergo duo idem cupiunt quo frui ambo non possunt, alter alterius hostis fit... Negari non potest

---

(1) « Il fut un temps où les hommes erraient sur la terre à la façon des bêtes. Une nourriture grossière suffisait à l'entretien de leur vie. Ils n'agissaient jamais d'après les principes de la raison, la force physique du corps suffisait à régler toutes choses. On n'avait pas l'idée de la religion, ni celle du devoir. Le mariage n'existait pas, les livres étaient inconnus, nul ne croyait que le droit fut utile... » Cicero, *De Inventione*, l. 1, 2.

quin status hominum naturalis, antequam in societatem coïretur, bellum fuerit, neque hoc simpliciter, sed bellum omnium in omnes ». [1] Ex hoc statu belli, impellente metu, conventione mutua homines societatem inierunt.

Juxta Rousseau, homines in statu aliquo silvestri ab initio vivebant. [2] Ex proprietate lites et conflictus orti sunt inter homines, ad quos sedandos homines societatem civilem libero pacto inierunt, et auctoritatem civilem instituerunt.

Secunda sententia est evolutionistarum qui dicunt societatem civilem esse terminum progressivae evolutionis indefinitae, vi cujus, entia a statu inferioris perfectionis ad statum superioris transeunt. [3]

Tertia sententia est Aristotelis, sancti Thomae, omniumque philosophorum catholicorum, qui affirmant cum Leone XIII, insitum homini natura esse, ut in societate civili vivat.

---

(1) Hobbes, *Leviathan*, t. II, c. XIV.

(2) « L'homme naît bon, c'est la société qui le déprave... En le considérant tel qu'il a du sortir des mains de la nature, je vois un animal moins fort que les uns, moins agile que les autres, mais à tout prendre organisé le plus avantageusement de tous; je le vois se rassasiant sous un chêne, se désaltérant au premier ruisseau, trouvant son lit au pied du même arbre qui lui a fourni son repas, et voilà ses besoins satisfaits... Si le genre humain fut resté abandonné à lui-même, voilà l'état de nature, état de félicité réelle, dans lequel il eût vécu. » J.-J. Rousseau, *Disc. sur l'origine et le fondement de l'inégalité parmi les hommes.*

« Le premier qui, ayant enclos un terrain, s'avisa de dire, ceci est à moi, et trouva des gens assez simples pour le croire, fut le vrai fondateur de la société civile. Que de crimes, de meurtres, que de misères et d'horreurs n'eût point épargnés au genre humain celui qui arrachant les pieux ou comblant le fossé, eût crié à ses semblables : Gardez-vous de cet imposteur : vous êtes perdus si vous oubliez que les fruits sont à tous, et que la terre n'est à personne. » J.-J. Rousseau, *Contrat social*, l. I, c. 6.

(3) « La société est le résultat d'une force immanente qui agissant dans le grand creuset de la nature assemble et combine tout à son gré. Elle est le dernier terme de cette évolution grandiose qui, dans le règne de la matière fait surgir le règne de la vie, dans le règne de la vie le règne de l'animalité, dans le règne de l'animalité le règne humain avec ses perfectionnements. C'est la théorie de l'évolutionisme, du progrès indéfini ».

3° Sententia Aristotelis et S. Thomae demonstratur.

THESIS.—HOMO NATURA SUA AD SOCIETATEM ORDINATUR.

1° *Ex facto constanti et universali existentiae societatis civilis.* (1)—Historia constat semper et ubique homines in societate civili vixisse. Atqui factum constans et universale hujusmodi, in natura humana fundatur et ab ipsa sola explicatur : ipsa enim sola universalitatem et constantiam sibi vindicat ipsi facto proportionatam. Ergo homo natura sua ad societatem ordinatur.

2° *Ex indigentia naturae humanae.*—« Homo, ait Plinus, nascitur nudus in terra nuda », scilicet, destitutus omnibus quae necessaria sunt ad vitae conservationem. Insuper, acquisitis viribus physicis, homo indiget societate aliorum hominum ad explicationem facultatum suarum intellectualium, maxime quidem moralium. Atqui natura, scilicet auctor naturae, nequit permittere hominem privari his quae necessaria sunt ad conservationem vitae et ad debitam sui perfectionem. Ergo homo natura sua ad societatem ordinatur. (2)

3° Eadem veritas confirmatur *a)* ex comparatione hominis cum animali bruto : animal brutum jam a nativitate

---

(1) Comment l'homme est partout en société et l'on se demande s'il est né pour la société ? Qu'est-ce qu'un fait qui se reproduit partout le même, dans toutes les vicissitudes de la vie de l'humanité, sinon une loi de l'humanité ? » MONTESQUIEU.

(2) « L'homme est porté à constituer une société plus vaste que la famille par une double tendance naturelle et irrésistible, l'instinct de *conserver son être*, et l'instinct de le *développer* le plus possible. C'est le besoin de *sécurité* pour l'exercice de ses droits et le besoin de *progrès* matériel, intellectuel et moral qui poussent à entrer en société. C'est en effet sous l'empire de ces nécessités pressantes que les familles s'associent. Plusieurs familles, associées pour cette œuvre de commune défense et de perfectionnement forment une tribu. Celle-ci grandit, travaille, prospère : elle devient un peuple. » G. SORTAIS, *Fr. de Phil.* t. II. p. 584.

donatur instinctu, seu sensu utilis et nocivi ; homo autem indiget ad illa cognoscenda instructione et commercio aliorum hominum.

« Naturale est homini ut sit animal sociale et politicum, in multitudine vivens, magis etiam quam omnia alia animalia, quod quidem naturalis necessitas declarat.—Aliis animalibus insita est ex naturali industria ad omnia ea, quae sunt eis utilia vel nociva, sicut ovis naturaliter aestimat lupum inimicum. Quaedam etiam animalia ex naturali industria cognoscunt aliquas herbas medicinales, et alia eorum vitae necessaria. Homo autem, horum quae sunt suae vitae necessaria, cognitionem naturalem habet tantum in communi, quasi eo per rationem valente ex universalibus principiis ad cognitionem singulorum, quae necessaria sunt humanae vitae, pervenire. Non est autem possibile, quod unus homo ad omnia hujusmodi per suam rationem pertingat Est igitur necessarium homini quod in multitudine vivat, et unus ab alio adjuvetur, et diversi diversis inveniendis per rationem occupentur, puta unus in medicina, alius in hoc, alius in alio. » (1)

b) Ex mutuo *amore*, quo naturaliter homines se prosequuntur, et ex mutuis auxiliis et operibus quae sibi invicem praestant. (2)

c) Ex loquela, quae inutilis est, si homo est animal solitarium, non autem ad societatem a natura ordinatum.

---

(1) S. Thomas, Opusc. *De regimine principum*, l. t. c. 1.

(2) «Un vaste système de compensation et d'harmonie régit le monde: la prudence du vieillard vient en aide à l'inexpérience du jeune homme, comme la vigueur de celui-ci soutient la faiblesse de celui-là ; l'homme peut tout contre la femme et l'enfant, mais leurs charmes tout puissants arrêtent son bras, enchaînent son cœur ; le savant qui a pour lui la puissance du génie manque le plus souvent de la force et de la vigueur physique, et l'ignorant qui a besoin d'être guidé par lui, lui devient à son tour indispensable pour ses besoins matériels ; la richesse qui rend l'homme oisif le rend en même temps tributaire du pauvre qui a l'habitude du travail et de la fatigue. L'ordre social tout entier est fondé sur une réciprocité de besoins et de secours dont l'admirable répartition est faite avec infiniment de sagesse par l'Intelligence créatrice qui a voulu produire l'association, la société humaine. » Taparelli, *Saggio theoretica*, t. 1, p. 181.

4° *Corollaria.*—*a*) Falsa est igitur quaecumque theoria quae vult naturalem hominis statum esse antisocialem, ut posuit Hobbes, vel extrasocialem, ut docuit Rousseau. (1)

b) Homo nascitur membrum societatis domesticae, nempe familiae: supposita origine generis humani ab uno, societas domestica in societatem patriarchalem explicatur, dein in gentem. Unde factum primigenium ex quo orta est societas civilis in concreto considerata, fuit evolutio organica primae familiae in familiam patriarchalem, et dein integram gentem. « Hanc primam fuisse societatum civilium originem luculenter probare videtur tum historia primitiva multorum populorum, tum maxime historia sacra. Alia vero facta, quae multas familias congregare potuerunt, sunt diversarum familiarum vel tribuum libera conventio, major unius patrisfamilias potestas, vel subjectio in bello, et similia. » (2)

III. De fine societatis civilis. — *Status quaestionis.* — *a*) Quaestio proponitur de fine societatis proximo. Etenim societas civilis ex hominibus constat, ideoque finis ultimus ipsius alius esse non potest, nisi finis ultimus hominis, nempe Deus. Agitur ergo de fine proximo et immediato, priori subordinato.

b) Saepe saepius dicitur: finis immediatus societatis civilis est procurare media quibus facilius et efficacius hujus vitae imperfectam felicitatem socii consequi valeant. Hoc autem in praesenti non negatur, sed modo magis explicito enunciatur finis societatis dum determinatur quaenam sunt

---

(1) « Dieu a voulu que la sociabilité fut une loi de notre nature, et une loi tellement impérieuse, qu'aucune tendance à la singularité, aucun égoïsme, aucun dégoût même, ne puisse prévaloir contre elle. Il fallait toute la puissance de l'esprit de système pour faire dire à Hobbes que la société est un accident, et un formidable accès de mélancolie pour arracher à Rousseau cette parole extravagante, la société est un mal ». MONTESQUIEU.

(2) CATHREIN, *Phil. mor.*, 3 édit., p. 341.

illa media quibus societas felicitatem sociorum procurare valet.

c) Illa media sunt : *tutela jurium* qua mediante vitetur injuria vel vindicatur si inferatur [1] ; *prosperitas publica* importans complexum eorum quae requiruntur ad perfectam explicationem seu evolutionem facultatum hominum tum in ordine physico et materiali, tum in ordine intellectuali et morali. Ista perfecta vitae sufficientia ex apta artium industriarum, scientiarum morumque cultura exurgit.

THESIS. — FINIS SOCIETATIS CIVILIS EST : TUERI JURA CIVIUM ET PROCURARE PROSPERITATEM PUBLICAM.

Illud bonum constituit societatis civilis finem ad quod assequendum societas hominibus necessaria intelligitur. Atqui societas est civibus necessaria, et ipsam cives ineunt, ut ipsorum jura protegantur et prosperitas publica procuretur. Ergo finis societatis civilis est tueri jura civium et procurare prosperitatem publicam.

Ad minorem :—Duplex enim habetur in hominibus naturalis instinctus, *securitatis* scilicet et *progressionis* in evolutione propriarum facultatum, ad cujus expletionem societas civilis est necessaria. Crescente quidem familiorum numero, homines inter se concurrunt, nascuntur lites, et non potest pax conservari, nisi sit auctoritas societatis civilis cui competat jura civium tueri, injuriasque propulsare et vindicare. —Item in evolutione et explicatione propriarum facultatum homo societate indiget aliorum hominum non tantum domestica sed et civili, quia *aliqua* vitae sufficientia in societate

---

(1) « La protection des droits comprend trois attributions distinctes: *assurer* l'exercice des droits par la contrainte ; *déterminer* les droits par la loi ; *résoudre* par les tribunaux les conflits des droits. » ANTOINE, *Cours d'Economie sociale*, 3eme édition, p. 72.

domestica habetur, non autem *perfecta* prout requiritur ad explicationem omnium facultatum, tum in ordine physico et materiali, tum in ordine intellectuali et morali. Ergo homines se uniunt in societatem civilem ut inveniant jurium suorum tutelam, et perfectam vitae sufficientiam mediante prosperitate publica. (1)

IV. De causa materiali societatis civilis. – Materia proxima ex qua societas civilis constituitur immediate non sunt *singula individua*, sed *familiae*. Societas enim iis elementis coalescit ex quibus constituta fuit et in quae resolvitur. Atqui societas civiles est extensio naturalis familiae: nam « sicut vicus constituitur ex pluribus domibus, ita civitas ex pluribus vicis. » (2) Ita, si societas civilis dissolveretur, societas domestica remaneret. Ergo non singula individua sed familiae materiam proximam societatis civilis constituunt.

V. Corollaria. – 1° Soli patresfamilias, scilicet, qui familiam actualiter vel virtualiter repraesentant, proprie et directe cives sunt; alii, uxor nempe et liberi, nonnisi mediante familia ad civitatem pertinent.

2° Societas civilis est societas *organica* et *composita*. Illa enim societas dicitur organica, quae, immediate resultat non ex unione individuorum, sed societatum imperfectarum quae donantur proprio fine, mediis et activitate.

(1) « Par nature l'homme est fait pour vivre dans la société politique. En effet, dans l'état d'isolement, il ne peut ni se procurer les objets nécessaires au maintien de son existence, ni acquérir la perfection des facultés de l'esprit et du cœur.

Aussi a-t-il été pourvu par la divine Providence à ce que les hommes fussent appelés à former non seulement la société domestique, mais la société civile, laquelle seule peut fournir les moyens indispensables pour donner pleine satisfaction aux besoins de la vie (quae suppeditare vitae sufficientiam perfectam sola potest). » LEO XIII, *Immortale Dei*.

(2) S. THOMAS, *Ethica*. l. 1.

Hae societates imperfectae sese habent respectu perfectae tanquam organa quae finem suum proprium prosequendo, finem communem totius consequuntur.

3° Cives tantum jura politica habere possunt; feminae, igitur cum cives proprie et immediate non sunt, jura politica v. g. jus deputatos eligendi, habere nequeunt. Quod quidem ex communi usu fere omnium gentium confirmatur, et ex bono familiae praesertim exigitur. « Munus a divina Providentia speciali modo uxori commissum est *interior domus administratio* et praesertim *immediata cura infantium*, praecipue primis annis. Atqui haec administratio et cura generatim cum exercitio jurium politicorum conciliari non potest. Requirit enim sollicitudinem sedulam, eamque diu noctuque non intermissam per multos annos, quae cura negligeretur, si feminis jus et proinde etiam officium incumberet rebus politicis vacandi, concionibus publicis assistendi, etc. »[1]

VI. De territorio.—Ad societatem civilem constituendam simul cum populo *territorium* aliquo modo materialiter concurrit; tamen non ad essentiam societatis civilis pertinet, sed ad complementum et perfectionem ejus. Non quidem ad essentiam, quia ubi plures inveniuntur familiae sub eadem auctoritate suprema constitutae cujus sit jura potestatis politicae exercere, jam adsunt omnia ad essentiam societatis civilis requisita. Haec autem sine territorio adesse possunt, uti constat ex existentia vagarum gentium. Territorium igitur dici non potest de essentia societatis civilis.

---

(1) Cf. Cathrein, *Phil. mor.*, 3 edit. pp. 375, 376.

ARTICULUS II

DE AUCTORITATE CIVILI

I. De origine auctoritatis civilis.—1° *Status quaestionis.*— Auctoritas est jus obligandi et cogendi cives ad certo aliquo modo agendum vel non agendum, in ordine ad finem societatis obtinendum. Jam supra (1) demonstravimus auctoritatem esse elementum necessarium ipsius societatis; nunc quaeritur de origine ejus. Ad hujus quaestionis solutionem animadvertandum est auctoritatem considerari posse dupliciter, scilicet, in genere et in abstracto, in particulari vel in concreto. *In abstracto*, quando consideratur ipsa auctoritas in se, seu ipsum jus obligandi et cogendi cives; *in concreto*, quando consideratur subjectum seu ipsa persona sive physica sive moralis, in qua auctoritas residet. Unde duplex est quaestio, una de auctoritate, altera de subjecto auctoritatis. Hic quaestio proponitur de auctoritate in abstracto considerata, scilicet, quaenam sit causa, quinam sit auctor seu institutor auctoritatis quae in societate viget.

2° *Sententiae diversae.*—Duplex invenitur sententia. *Prima* tenet auctoritatem civilem esse ab hominibus, mediante pacto

(1) Vide p. 253.

sociali, et nihil aliud esse nisi aggregatum quoddam et summam omnium jurium, quibus se socii spoliarunt, in ordine ad bonum commune. Haec est theoria *contractus socialis.*

Secunda, quae ab omnibus sanis philophis docetur, tenet auctoritatem civilem esse a Deo.

THESIS.—AUCTORITAS CIVILIS EST A DEO, AUCTORE NATURAE.

1° Ille qui est immediatus auctor et institutor societatis civilis, eo ipso est auctor et institutor immediatus eorum sine quibus societas illa existere non potest. Atqui Deus est auctor et institutor societatis civilis quae naturalis est, et cujus elementum necessarium auctoritas invenitur. Ergo auctoritas civilis est a Deo auctore naturae.

« Homines in civili societate vivere natura jubet, seu verius auctor naturae Deus: quod perspicue demonstrant et maxima societatis conciliatrix loquendi facultas et innatae appetiones animi perplures et res necessariae multae magnique momenti, quas solitarii homines assequi non possunt, juncti et consociati cum alteris assequuntur. Nunc vero neque existere neque intelligi societas potest, in qua non aliquis temperet singulorum voluntates, ut velut unum fiat ex pluribus, easque ad commune bonum recte atque ordine impellat. Voluit igitur Deus, quod in civili societate essent, qui multitudini imperarent. » (1)

---

(1) « Ce qui réunit les hommes pour les faire vivre en société, c'est la loi de la nature, ou plus exactement la volonté de Dieu, auteur de la nature c'est ce que prouvent avec évidence et le don du langage, instrument principal des rélations qui fondent la société, et tant de désirs qui naissent avec nous, et tant de besoins de premier ordre qui resteraient sans objet dans l'état d'isolement, mais qui trouvent leur satisfaction dès que les hommes se rapprochent et s'unissent entre eux. D'autre part, cette société ne peut ni subsister, ni même se concevoir, s'il ne s'y rencontre un modérateur pour tenir la balance entre les volontés individuelles, ramener à l'unité ces tendances diverses et les faire concourir aussi par leur harmonie à l'unité commune. D'où il suit que Dieu a certainement voulu dans la société civile une autorité qui gouvernât la multitude. » LÉON XIII, *Diuturnum.*

2° Auctoritas duplici jure pollet: jure imponendi obligationem voluntatibus, scilicet, conscientias ligandi, et jure gladii. Atqui hoc duplex jus non potest esse nisi a Deo derivatum. Etenim Deus tantum conscientias ligare potest, Deus tantum est vitae humanae dominus. Ergo auctoritas est a Deo auctore naturae.

« Illud etiam magnopere valet, quod ii, quorum auctoritate respublica administratur, debent cives ita posse cogere ad parendum, ut his plane peccatum sit non parere. Nemo autem hominum habet in se aut ex se, unde possit hujusmodi imperii vinculis liberam coeterorum voluntatem constringere. Unice rerum omnium procreatori et legislatori Deo ea potestas est : quam qui exercent tanquam a Deo secum communicatam exerceant necesse est. » (1)

Corollaria. — 1° Excelsa est et plena gravitatis sententia Apostoli : « Non est potestas nisi a Deo. » (2)

2° Auctoritas non est aggregatio jurium quibus se socii spoliant dum societatem civilem ineunt, sed est jus quod Deus confert ut necessarium societati cujus est auctor. Igitur falsa est doctrina eorum qui docent auctoritatem civilem originem ducere ex libera hominum conventione. (3)

(1) « Voici une autre considération d'un grand poids : ceux qui administrent la chose publique doivent pouvoir exiger l'obéissance dans des conditions telles que le refus de soumission soit pour les sujets un péché. Or, il n'est pas un homme qui ait en soi ou de soi ce qu'il faut pour enchaîner par un lien de concience le libre vouloir de ses semblables. Dieu seul, en tant que créateur et législateur universel, possède une telle puissance : ceux qui l'exercent ont besoin de la recevoir de lui et de l'exercer en son nom. » Léon XIII, *Ibid.*

(2) *Epist. ad Rom.*, XIII, 1.

(3) « Oui, ils se trompent ces philosophes qui font sortir la société d'un libre contrat, et assignent à l'autorité la même origine : ils disent que chaque particulier a cédé de son droit, et que tous se sont volontairement placés sous la puissance de celui en qui sont concentrés leurs droits individuels. Mais l'erreur considérable de ces philosophes consiste à ne pas voir pourtant ce qui est évident : c'est que les hommes ne constituent pas une race sauvage et solitaire, c'est qu'avant toute résolution de leur volonté, leur condition naturelle est de vivre en société.

« Ajoutez à cela que le pacte dont on se prévaut est une invention et une chimère; fut-il réel, il ne donnerait jamais à la souveraineté politique

II. De subjecto auctoritatis.—1° Status quaestionis.— Subjectum auctoritatis est persona physica vel moralis in qua residet potestas. Duplex autem movetur quaestio de auctoritatis subjecto : quaenam est illa persona, quomodo in concreto designatur. Prima quaestio tantum hac in paragrapho solvenda suscipitur, scilicet, quodnam est subjectum, quaenam est persona in qua residet potestas.

2° Diversae sententiae.—*Prima sententia* est eorum qui docentes societatem et auctoritatem ducere originem ex libera hominum conventione, dicunt auctoritatem immobiliter et inalienabiliter residere in multitudine, quae per se vel per mandatarios ipsam exercet. Haec est theoria *suprematiae populi*, cujus J. J. Rousseau doctor extitit quem recentiores non pauci sequuntur.

Praecipua capita hujus doctrinae paucis verbis recolantur :

a) Auctoritas civilis a libera hominis conventione procedit. [1]

b) Haec auctoritas est voluntas generalis, summa seu aggregatio omnium jurium quibus se socii spoliarunt ad bonum commune.

c) Potestas politica essentialiter, immobiliter, inalienabiliter residet in tota communitate. [2]

---

la mesure de force, de dignité, de solidité que réclament et la sûreté de l'Etat, et l'intérêt des citoyens. Le pouvoir n'aura cet éclat et cette solidité qu'autant que Dieu apparait comme la source auguste et sacrée d'où il émane. » Leon XIII, *Diuturnum*.

(1) « Ce droit ne vient point de la nature, il est donc fondé sur des conventions. » Rousseau, *Contrat social*, l. I, 15.

(2) La souveraineté ne peut être représentée, par la même raison qu'elle ne peut être aliénée ; elle consiste essentiellement dans la volonté générale, et la volonté ne représente pas, elle est la même, ou elle est autre, il n'y a point de milieu. A l'instant qu'un peuple se donne des représentants, il n'est plus libre. » *Contrat social*, l. III, 15.

d) Populus potest exercere auctoritatem per se vel per mandatarios quorum potestas semper remanet voluntati populi subjecta. Unde gubernatores, principes, reges, deputati non sunt nisi mandatarii populi a quo dependent in omnibus suis juribus. » (1)

Secunda sententia est Suarezii et Bellarmini qui admittentes societatem et auctoritatem civilem esse a Deo, auctore naturae, docent Deum primo et immediate auctoritatem communitati concedere. « Haec potestas ait Bellarminus, immediate est tanquam in subjecto in tota multitudine. (2) Jus naturale, inquit Suarez, dat per se et immediate hanc potestatem communitati. » (3)

Communitas tamen cum auctoritatem exercere nequit, non tantum potest sed moraliter debet hanc potestatem uni vel pluribus hominibus communicare qui ipsam exerceant, qua communicatione facta, potestas transit in gubernatores et communitas non potest sibi rursus vindicare auctoritatem. Hinc juxta hanc sententiam forma democratica concipitur ut forma *originaria, primitiva*, societatis civilis.

Facile apparet hanc doctrinam toto coelo differre a doctrina suprematiae populi.

Tertia sententia est eorum plurimorum qui cum Leone XIII, tenent auctoritatem esse a Deo et immediate a Deo conferri subjecto determinato quod eam exercet, non autem

---

(1) « Les députés du peuple ne sont donc ni ne peuvent être ses représentants : ils ne sont que ses commissaires : (ils exercent en son nom le pouvoir dont il les a faits dépositaires, et qu'il peut limiter, modifier et reprendre quand il lui plaît) ; ils ne peuvent rien conclure définitivement. Toute loi que le peuple en personne n'a pas ratifiée est nulle. ROUSSEAU, *Contrat social*, l. III, c. 15.

« Le peuple n'est pas plus tenu de laisser l'autorité civile à ses chefs, que l'autorité militaire à ses généraux.... Il est à tout instant pleinement maître de changer la forme du gouvernement. » ROUSSEAU, *Contrat social* l. III, c. 1.

(2) *De Laïcis* l. III. VI.

(3) *Def. Fidei*, l. III, c. 2, n. 9.

mediante populo qui quidem non potest esse auctoritatis civilis subjectum, ideoque jura principatus seu imperium non confert, sed tantum determinat a quo gerendum sit.

3° **Critica.**—Primam sententiam, nempe suprematiam populi, esse rejiciendam, ex his quae dicta sunt de origine societatis et auctoritatis limpidissime constat.[1] Unde statim contra secundam sententiam demonstratur sequens thesis, ex qua concluditur facillime ad veritatem tertiae.

THESIS.—POPULUS NEQUIT ESSE AUCTORITATIS CIVILIS SUBJECTUM.

a) Illud non potest esse subjectum auctoritatis civilis quod ipsa natura fecit ineptum ad eam exercendam. Atqui ipsi doctores secundae sententiae fatentur populum non posse per se auctoritatem exercere; idem autem non potest esse simul rex et subditum, imperans et imperatum. Ergo populus nequit esse auctoritatis subjectum.

Non dicatur multitudinem auctoritatem exercere mediantibus repraesentantibus ab ipsa electis; in hoc enim casu dicendum foret populum habere auctoritatem hac conditione tamen ut nunquam imperet sed semper obediat, constitui suiipsius dominum ea tamen lege ut nunquam dominetur sed semper subsit. Quod absurdum est.

b) Sanae rationi repugnat idem esse materiam ordinandam et principium ordinis. Atqui populus est materia in societate ordinanda a subjecto auctoritatis, principio ordinis. Ergo populus non potest esse auctoritatis subjectum.

---

(1) « C'est une erreur de prétendre que tout pouvoir vient du peuple: que par suite l'autorité n'appartient point en propre à ceux qui l'exercent, mais à titre de mandat populaire, et sous cette réserve que la volonté du peuple peut toujours retirer à ses mandataires la puissance qu'elle leur a déléguée. » LÉON XIII, *Diuturnum*.

c) Si populus foret auctoritatis subjectum, ipsam auctoritatem repraesentantibus a se electis conferret. Atqui, docente Leone XIII, electione non confertur auctoritas, sed designatur tantum a quo exercetur. « Electione designatur princeps non conferuntur jura principatus ; neque mandatur imperium sed statuitur a quo gerendum sit. »(1)

4° **Corollaria.**—*a)* Auctoritas est a Deo qui ipsam immediate et per se confert subjecto a quo exercetur, non autem mediante populo.

b) Potestas politica non residet necessario et ubique in populo tanquam in primogenio et originario subjecto. Potest quidem fieri quandoque auctoritatem primitus apud populum residere, sed negatur semper et ubique auctoritatem nonnisi mediante populo ad principes transire.

5° **Difficultatum solutio.**

Atqui populus est auctoritatis subjectum. Ergo falsa thesis.

1° Illud est subjectum auctoritatis a quo pendent electi ad civitatem regendam. Atqui electi ad leges ferendas a populo pendent. Ergo populus est subjectum auctoritatis.

Dist maj. quoad electionem, et auctoritatis collationem *conc.*, quoad electionem tantum, *nego.*

Contradist minorem : pendent a populo quoad electionem, *conc.*, quoad auctoritatis collationem, *nego.*

2° Atqui electi pendent a populo quoad collationem auctoritatis.

Illud confert potestatem ad cujus opinionem respiciendum est in legibus ferendis. Atqui electi in legibus ferendis ad opinionem populi respicere debent. Ergo populus confert potestatem.

Dist. maj. ad opportunitatem legis ferendae cognoscendam, *conc.*, ad vim obligativam legis constituendam, *nego.*

Contrad. minorem.

---

(1) « Toutefois, il importe de remarquer ici que, s'il s'agit de désigner ceux qui doivent gouverner la chose publique, cette désignation pourra *dans certains cas* être laissée au choix et aux préférences du grand nombre, sans que la doctrine catholique y fasse le moindre obstacle. Ce choix, en effet, détermine la personne du souverain, il ne confère pas les droit de la souveraineté ; ce n'est pas l'autorité que l'on constitue, on décide par qui elle devra être exercée. » Léon XIII, *Diuturnum.*

3º Atqui populus est auctoritatis subjectum. Ergo.

Auctoritas est a multitudine. Atqui auctoritas non potest esse a multitudine quin populus sit auctoritatis subjectum. Ergo.

Dist. maj., Auctoritas in se spectata, *nego.*, determinatio formae sub qua actuetur et subjecti cui inhaereat, *subdist.* : haec determinatio a consensu seu electione multitudinis aliquando pendere potest, *conc.*, semper et necessario, *nego*.

Dist. min. Auctoritas in se spectata non potest esse a multitudine quin populus sit ipsius subjectum, *conc.*, aliter *nego*.

Auctoritas in se spectata, prout est jus obligandi cives ad ea quae necessaria sunt ad finem, non est a multitudine, sed a Deo. Determinatio autem formae seu subjecti auctoritatis potest esse a populo quandoque, sed non semper, cum sint praeter electionem alii tituli vi quorum constituatur in concreto forma vel subjectum auctoritatis.

III. De determinatione subjecti auctoritatis.—Admissa sententia eorum, qui cum Bellarmino et Suarezio docent auctoritatem a Deo conferri populo, qui eam transfert ad personam a se determinatam, unicus datur modus determinandi in concreto subjectum auctoritatis, scilicet, electio seu consensus multitudinis. Hac tamen sententia jure merito rejecta, multi sunt modi accipiendi quibus mediantibus aliquis homo vel hominum coetus jus regendi et gubernandi legitime acquirit. Praeter *electionem* qua, « non adversante neque repugnante doctrina catholica » quis supremam potestatem obtinere valet, enumerantur *bellum justum, cessio* seu *donatio, necessitas publica,* quibus aliqui addunt potestatem paternam conjunctam cum dominio territoriali. Facile constat ex historia, bellum justum et donationem potestatem regendi transferre victori et donatario. Ita suprema auctoritate seditione dissoluta, vel alia ratione derelicta, *necessitas publica* requirit ut aliquis curam societatis et defensionem suscipiat, legitime exercendo auctoritatem civilem. Tamen potestas paterna de se auctoritatem civilem non complectitur, nec dominium territoriale. Si igitur multae civitates inceperunt progressiva explicatione auctoritatis paternae in

auctoritatem patriarchalem, dein in politicam, hoc factum est non propter jus ipsius patris vel patriarchae vi auctoritatis suae ad subditionem aliorum, «sed ex eo quod posteri ultro consenserunt et libere elegerunt obedire communi progenitori, eique subesse.»(1)

III. De suffragio universali.—Qui suprematiam populi affirmant essentialem et inalienabilem, suffragium universale tanquam jus naturale omnibus debitum docent; unde necessitas loquendi de suffragio universali.

1° *Status quaestionis. Jus suffragii definitur:* (2) *facultas legalis atque onerosa designandi magistratus per quos, ex parte saltem, regatur respublica.*

Dicitur.—1° *facultas legalis*, munus ex lege manans, quod competit iis quos lex aestimat hac facultate instruendos, non autem jus singulis a natura collatum. Non est munus proprie dictum seu strictum cum non gerendum sit ex obligatione justitiae commutativae, est nempe aliquod beneficium seu privilegium ex justitia legali exercendum.

2° *Onerosa*, obligationes scilicet parens, nempe eligendi deputatos probos, jus strictum societatis non laedendi ut a dignis regatur.

3° *Designandi magistratus*, suffragio enim populi, ut affirmat Leo XIII, «designatur princeps, non conferuntur jura principatus; neque mandatur imperium, sed statuitur a quo sit gerendum.» (*Diuturnum*). Hic accipitur vox *magistratus* ad significandos *deputatos* et *senatores*; nil obstat quod extendatur ista significatio ad hoc ut alios etiam complectatur, nempe judices, etc.

---

(1) Cf. Ferretti, *Phil. mor.*, t. III, pp, 251-260.

(2) « Le droit de vote est une fonction dont la société investit ceux qu'elle estime en état de la remplir. » Beernaert. « Le droit de suffrage est une fonction conférée et non une fonction acceptée. » Wœste.

4° *Per quos respublica.* Qui enim eliguntur proprie reipublicae praesunt, et ipsam regunt proprio arbitrio, non autem ut mere populi mandatarii.

5° *Ex parte saltem*, quia ubi regimen mixtum habetur, alii sunt rempublicam gerentes alio quam suffragii titulo.

Juxta hanc definitionem jus suffragii a lege ortum ducit ; sed qui praedicant societatem originem ducere ex consensu individuorum, populumque vi suae prematiae summum habere imperium quod exercetur per mandatarios a se electos, jus suffragii vindicant non quidem ut facultatem legalem, sed ut jus quoddam a natura singulis individuis collatum, unde proclamant *suffragium universale*, scilicet, jus omnium individuorum concurrendi ad eligendos populi deputatos. Contra ipsos igitur demonstratur *suffragium universale tanquam jus naturale omnibus non esse debitum.*

Alii autem sunt qui, licet admittant jus suffragii, jus esse politicum non autem naturale, ipsum tamen ad omnes cives extendendum esse tenent : omnes enim cives vectigalia solvunt, unde omnes jus habent influxum exercendi in usum quo expenduntur pecuniae a se solutae. Unde suffragium universale ab istis habetur, non quidem ut jus naturale omnium, sed ut regimen opportunum ut nempe servetur justitia distributiva ad quam pertinet inter cives distribuere secundum proportionem munera et onera. Ista sententia licet veram notionem societatis et auctoritatis non offendat, et, supposita naturali hominis bonitate, nullam involveret repugnantiam, tamen spectata hominum infirmitate et corruptione est etiam rejicienda. Sit igitur

THESIS. — SUFFRAGIUM UNIVERSALE, TANQUAM JUS NATURALE OMNIBUS DEBITUM REQUIRI NEQUIT, NEC HABERI UT REGIMEN OPPORTUNUM.

Prior pars : *Suffragium universale tanquam jus naturale omnibus debitum haberi nequit.*

1° Jus suffragii ut a natura omnibus collatum non defenditur, nisi admittatur societatem civilem ortum ducere ex voluntate et ex consensu sociorum, ad quos pertinet vi suae suprematiae auctoritatem constituere. Atqui societas civilis nullo modo consensu singulorum constituitur, sed hominum socialem naturam consequitur ; suprema potestas politica penes totum populum non residet, sed immediate a Deo, auctore naturae, descendit. Ergo jus suffragii ut a natura omnibus collatum defendi non potest.

2° Jus suffragii, si naturale sit, omnibus competere debet qui rationis satis sunt compotes ; quod inferret suffragium universale mulierum. Atqui plerique etiam defensores doctrinae quam nunc rejicimus, emancipationem politicam mulierum admittere non audent. Ergo denegandum est quod jus suffragii sit a natura omnibus collatum.

3° Tandem si jus suffragii sit naturale, quomodo explicari potest quod tam multi populi ipsum ignorarunt ; ex historia enim constat ipsum, ubi viguit aliquo modo forma regiminis repraesentativa, semper habitum fuisse ut privilegium quibusdam concessum, multitudini autem denegatum.

Secunda pars : *Suffragium universale haberi nequit ut regimen opportunum.*

1° In ordinatione juris suffragii primo spectandum est ad bonum commune, secundo ad aequalem juris distributionem. Atqui bonum commune postulat ut jus suffragii non sit universale, scilicet, non ad omnes cives extendatur, et huic ordinationi ratio justitiae non obstat. Ergo suffragium universale haberi nequit ut regimen opportunum.

Ad majorem : Etenim si jus suffragii a natura non sit, sequitur quod sit privilegium vel munus a lege concessum. Lex autem est ad bonum commune. Ergo in ordinatione juris suffragii primo spectandum est ad bonum commune. Tamen non spernenda est ratio justitiae distributivae

quantum patitur bonum commune : unde additur : *secundo ad aequalem juris distributionem.*

Minoris prima pars. — Bonum commune postulat ut jus suffragii non sit universale.—Bonum commune societatis requirit, et jus ejus strictum est, ut a dignis regatur. Ergo ita ordinanda est suffragii juris distributio ut conducat ad optimorum electionem. Atqui suffragium universale id non praestat ; committit nempe magnae hominum parti quae necessario ex pauperibus, indoctis et improbis constat, curam eos eligendi qui societati praesse debent.—« Le succès, dit Lamartine, est presque toujours ici-bas du côté des mauvaises causes : c'est que le nombre fait le succès et que le plus grand nombre étant ignorant ou pervers, il est toujours facile aux méchants de trouver des complices et d'écraser sous le nombre la justice ou la vérité. »—« Dans les assemblées, dit Montesquieu, on prend les voix à la majorité, mais on a reconnu par expérience qu'il voudrait mieux les recueillir à la mineure, car il y a très peu d'esprits justes et une infinité de faux. »

Minoris secunda pars.—Huic ordinationi ratio justitiae non obstat. — Etenim salvatur justitia distributiva si aeque jus suffragii possideant qui aeque bono publico auxiliari valent.

2° Illud non potest haberi ut regimen opportunum quod maxima mala tuetur. Atqui suffragium universale est hujusmodi. Ergo.

Ad minorem. Suffragium universale *a)* fere necessario secum conjunctas habet continuas agitationes politicas quae perpetuae fermentationi politicae ansam praebent, partium studia et odia fovent;

b) Politicam civium corruptionem gignit plerumque iis summam potestatem tribuendo qui majorem pecuniae vim in electiones impendunt et minore scrupulo diversa agitationis media usurpant;

c) Legum constantiam tollit, cum non raro fiat ut repraesentantes populi homines novi sint et audaces, necnon rerum novarum amatores; (1)

d) A parte majori minoris oppressionem facile permittit, et ideo huic principio favet: numerus jus constituit; (2)

e) Tandem facile ducere potest ad socialismum: nam si proletarii contra divites et contra jus proprietatis moveantur, ut fit nostris temporibus, quis non videt suffragium universale medium efficax constituere ordinem socialem reformandi ad mentem socialistarum qui aperte et vehementer ad ipsum appellant, et in ipso spem infallibilem reponunt.

IV. De exercitio potestatis.– Suprema potestas triplici modo exercetur: *leges* instituit et *executioni* mandat, necnon jura civium protegit et de eorum violatione *judicat*. Unde triplex potestas auctoritati supremae competit: potestas *legislativa*, *executiva*, *judiciaria*.

V. De potestate legislativa.—**1° Existentia.**—Tota ratio auctoritatis sistit in hoc quod cives ducat in finem societatis,

---

(1) « De tous les jurys, le suffrage universel est le plus incompétent, le plus aisément affolé, dupé, le plus incapable de comprendre les questions qu'on lui pose et les conséquences de sa réponse, le plus mal informé, le plus inattentif, le plus aveuglé par des sympathies ou des antipathies préconçues, le plus volontiers absent, simple troupeau de moutons raccolés, dont on peut toujours escroquer, violenter, falsifier le vote, et dont le verdict contraint ou simulé est d'avance à la merci des politiciens. » H. Taine, *Origines de la France contemporaine*, t. III, p. 161.

(2) « Le suffrage universel, c'est la toute-puissance de la moitié des citoyens plus un, et l'autre moitié moins un subit donc les lois qu'elle n'a pas voulues. Et ainsi (je vous dis là des choses trop connues, mais il faut bien les répéter ici) le suffrage universel, déjà sous le régime parlementaire, et à beaucoup plus forte raison sous le régime du gouvernement direct par le peuple, aboutit nécessairement à la tyrannie toute-puissante, d'un parti. (Sans compter qu'il aboutit, d'une façon générale, à l'asservissement ou plutôt à la submersion des capables par les incapables qui sont les plus nombreux. » Jules Lemaitre, *Conf. sur le contrat social de J. J. Rousseau*, Revue Hebdomadaire. N° 11, 1907, p. 299.

ipsis proponendo media ad talem finem consequendum apta. Jamvero auctoritas civilis illa media efficaciter proponere non potest nisi leges ferendo, quibus membra societatis in suis actionibus diriguntur, et in finem conspirant communem. Ergo auctoritas civilis habet jus ferendi leges, seu potestatem legislativam.

2° **Limites.**—*a) Utrum sint.*—Quidam, jus divinum et legem naturalem denegantes, statum seu auctoritatem civilem nullis limitibus circumscriptam constituunt fontem omnium jurium. Hanc pessimam sententiam destructivam omnium jurium individualium, falsam esse sequenti thesi demonstratur.

THESIS.—STATUS NON EST FONS ET ORIGO OMNIUM JURIUM.

1° Jus significat objectum justitiae, scilicet, rem alteri ex justitia debitam. Atqui multa sunt quae independenter a statu et a quacumque lege civili, vi solius legis naturalis ex justitia aliis debentur. Ergo status seu lex civilis non est fons et origo omnium jurium.

Ad minorem.—Ex lege naturali tribuendum est cuique quod suum est. Atqui sunt multa quae et singuli homines et ipsa societas independenter a legi civili *sua* vocare possunt : v. g. homo ex sola ordinatione creatoris potest vitam, facultates, membra, etc. vocare sua ; societas civilis est societas naturalis quae ex intentione creatoris media habet ad finem suum consequendum, quae media nihil aliud sunt nisi jus exigendi a membris ea quae sunt ad finem necessaria. Ergo antecedenter et independenter a lege civili et a statu multa sunt jura, ideoque status non est fons omnium jurium.

2° Qui habet aliquod officium, eo ipso jus habet officium adimplendi. Atqui homo ut individuus, et ut in societate domestica constitutus, officia habet ideoque jura quae

anteriora sunt societate civili, quae autem jura amitti non possunt eo quod societatem civilem ingrediatur : non enim instituitur societas civilis ut omnium jura destruantur, sed potius protegantur. Ergo status non est fons omnium jurium.

3° Id quod supponit aliquod jus, non potest dici radix omnium jurium. Atqui status seu lex civilis, ut jura constituat, jam praesupponit in auctoritate jus leges ferendi et obligandi, quae jura ex lege naturali ipsi conveniunt. Ergo status non potest esse radix omnium jurium.

4° Tandem status seu lex civilis non potest dici radix omnium jurium nisi dicatur radix et fons omnis moralitatis. Atqui moralitas actuum humanorum a lege civili non pendet. Ergo status dici non potest origo omnium jurium.[1]

b) Quaenam sint.—Potestas legislativa limitatur, ulterius progrediendo *determinandi sunt illi limites.*

1° Potestas civilis ea omnia et sola jura habet, quae ei ad convenientem consecutionem finis sui necessaria sunt[2] Potestas legislativa igitur primum limitem in fine societatis adinvenit.

2° Potestas legislativa nihil praecipere potest quod legi divinae sive naturali sive positivae repugnat. « Si in aliquo a lege naturali discordet, jam non erit lex, sed legis corruptio. »[3] Demonstratum est[4] omnem legem positivam humanam derivari a lege naturali, vel sicut conclusionem ejus, vel sicut determinationem ejus quod est indeterminatum in ipsa.

3° Potestas legislativa limitatur juribus quae ex ordinatione divina aliis potestatibus conveniunt. « Quamvis aliquid

---

(1) Merito damnata est a Pio IX, haec sententia XXXIX in syllabo: « Reipublicae status, utpote omnium jurium origo et fons, jure quodam pollet nullis circumscripto limitibus. »

(2) Cf. p. 255, *auctoritatis socialis jura.*

(3) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 63, a. 2.

(4) Cf., p. 64.

conducat aut etiam necessarium sit ad finem civilis consortii obtinendum, tamen si pertineat ad ordinem altiorem, si ipsius cura sit a Deo directe commissa alicui alteri potestati (e. g. ecclesiasticae vel domesticae), jam de illa re non poterit princeps civilis suis legibus directe disponere. »[1]

4° Potestas legislativa in distribuendis bonis et oneribus communibus tenetur justitiam servare distributivam; unde limites etiam ipsi imponuntur ex parte subditorum quibus non sunt imponenda onera, nisi habita ratione virium et facultatum uniuscujusque.

3° **Vis obligativa.** — Leges quae ab auctoritate civili feruntur sunt justae vel injustae : injustae vel per contrarietatem ad bonum divinum, vel per contrarietatem ad bonum humanum.[2] Quaenam est vis obligativa unius vel alterius legis, sequentibus thesibus enuntiatur.

THESIS I.—LEGES HUMANAE, SI SUNT JUSTAE, OBLIGANT CIVES IN CONSCIENTIA.

Status quaestionis. Lex justa est *ex fine*, *ex auctore*, *ex forma*. *Ex fine*, si ad bonum commune feratur ; *ex auctore*, si non excedat potestatem ferentis, *ex forma*, si non imponat onera improportionata. Cum bonum sit ex integra causa, lex non est justa, nisi justitia habeatur ex hoc triplici fonte; uno deficiente, lex fit injusta.

Lex alia est *moralis* quae sub sola culpa, alia est *poenalis*, quae sub sola poena, alia *mixta* quae sub utraque simul obligat. Hic non agitur de lege poenali, quae in conscientia non obligat.

1° Lex aeterna et lex naturalis obligant in conscientia. Atqui leges humanae, si sint justae, non sunt nisi derivationes

(1) FERRETTI, *Phil. mor.*, t. III, p. 271.
(2) Vide quae dicta sunt *de proprietatibus legis humanae*, p. 65.

ipsius legis naturalis et aeternae. Ergo leges humanae, si sint justae, obligant in conscientia.

« Leges positae humanitus vel sunt *justae*, vel *injustae*. Si quidem justae sint, *habent vim obligandi in foro conscientiae* a lege aeterna, a qua derivantur. Dicuntur autem leges justae et *ex fine*, quando scilicet ordinantur ad bonum commune ; et *ex auctore*, quando scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis ; et *ex forma*, quando scilicet secundum aequitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonum commune. » (1)

2° Legislator civilis fert legem ut minister Dei, vi auctoritatis a Deo receptae. Atqui eadem obedientia debetur Deo et ministro ejus. Ergo leges civiles, si justae sint, obligant in conscientia.—Haec est doctrina Pauli Apostoli dicentis : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi a Deo : quae autem sunt a Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.*» (2)

3° Confirmatur *a)* ex praecepto legis naturalis : obediendum est legitimis principibus juste praecipientibus ; *b)* ex inefficacitate ipsius legis sine potestate obligandi in conscientia.

THESIS II. — LEGES INJUSTAE NON OBLIGANT PER SE : POSSUNT OBLIGARE PER ACCIDENS, DUMMODO NON SINT CONTRARIAE LEGIBUS DIVINIS.

Prima pars. Lex est injusta uno modo per contrarietatem ad bonum humanum, alio modo per contrarietatem ad bonum divinum. Per contrarietatem ad bonum humanum injustitia habetur vel *ex fine*, ex eo quod praecipitur aliquid non pertinens ad bonum commune ; vel *ex auctore*, quia lex

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 96, a. 4.
(2) *Ad Romanos*, XIII, 1, 2.

fertur ultra vires ferentis ; vel *ex forma*, quia imponuntur onera inaequaliter multitudini distributa. Atqui leges hujusmodi « magis sunt violentiae quam leges ; quia, sicut dicit Augustinus, (1) lex esse non videtur quae justa non fuerit. Unde tales leges non obligant in foro conscientiae, nisi forte propter vitandum scandalum, vel turbationem, propter quod etiam homo juri suo debet cedere ». (2) Scilicet tales leges non obligant per se in conscientia, sed per accidens, ad vitandam scandalum vel majus malum.

Secunda pars.—Si autem lex sit injusta per contrarietatem ad bonum divinum, in quantum adversatur legibus divinis, non tantum non obligant in conscientia neque *per se* neque per *accidens*, sed nullo modo licet eas observare, quia sicut dicitur : (*Act.* v. 29) *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.*

VI. De potestate executiva et judiciaria. —1° *Notiones.*—*Potestas executiva* est facultas mandandi executioni leges latas in bonum societatis.

Potestas judiciaria est jus sententiam *auctoritative* dicendi secundum leges, easque interpretandi in casibus particularibus, et applicandi ad legis violationes puniendas. Sententia *auctoritative* dicta est illa quae vere obligat practice, etsi theoretice fallibilis sit.

2° *Existentia.*—Necessitas potestatis tum executivae tum judiciariae ex demonstratione thesis sequentis fit manifesta.

THESIS.—POTESTAS TUM EXECUTIVA TUM JUDICIARIA A POTESTATE LEGISLATIVA DERIVATUR.

Quod aliud necessario consequitur cujus est complementum, dicitur ab ipso derivari. Atqui potestas executiva et


---

(1) *De libero Arbitrio.* l. I, c. 5.
(2) S. THOMAS, *loc. cit.*



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

ANSI and ISO TEST CHART No. 2



APPLIED IMAGE Inc

potestas judiciaria necessario potestatem legislativam consequuntur cujus sunt complementum. Ergo potestas tum juridiciaria, tum executiva a potestate legislativa derivatur.

Minoris prima pars.—Leges a potestate feruntur ad ordinandam societatem in finem et ad determinanda media convenientia. Atqui inutilis est potestas legislativa si jure privetur procurandi legum executionem. Ergo potestas executiva necessario sequitur potestatem legislativam et est complementum ejus.

Minoris secunda pars.—Potestas legislativa datur ad dirigendos cives in finem societatis, adhibitis convenientibus mediis quae legibus proponuntur. Atqui lex est inefficax nisi adhibeatur secundum intentionem legislatoris, ad particularia applicetur secundum hanc intentionem, et efficax sanctio habeatur contra violatores ejus. Ergo potestas judiciaria, seu jus interpretandi leges, easque determinate applicandi, necnon violatores puniendi necessario potestatem legislativam consequitur et ab ipsa derivatur.

VIII. De poena mortis.—Cum auctoritas civilis tenetur officio ordinem civilem procurandi, jus habet infligendi poenam ad reparationem ordinis violati. Haec est enim sanctio quae est legis perfectio et complementum. Sed potest-ne auctoritas illa etiam poenam capitalem infligere? Quidam negant cum Beccaria, quorum sententia sequenti demonstratione confutatur.

THESIS.— JUS INEST POLITICAE AUCTORITATI PUNIENDI POENA CAPITALI REOS QUORUMDAM CRIMINUM.

1° Auctoritas civilis jus habet ad omnia quae necessaria sunt ad justitiam servandam et ad securitatem civium procurandam. Atqui quandoque ad justitiam servandam et civium securitatem procurandam requiritur poena capitalis. Ergo auctoritas civilis jus habet infligendi quandoque poenam capitalem.

Minoris prima pars.—Justitia vindicativa postulat ut aequalitas servetur quantum fieri potest, inter damnum a crimine causatum et poenam quae rependitur. Atqui sunt quaedam crimina contra quae non aliter quam poena capitali ad aequalitatem reagi potest, ut v. g. homicidium, parricidium, traditio patriae. Ergo ad justitiam servandam requiritur quandoque poena capitalis.

Minoris secunda pars.—Securitati civium non satis consulitur, nisi furentibus passionibus quorumdam hominum qui criminibus suis minas perpetuas contra societatem exercent frenum validissimum injiciatur. Atqui validissimum hoc frenum non aliunde quam a capitalis supplicii metu desumi potest. Poena enim incarcerationis perpetuae, quae poenae capitali a quibusdam opponitur tanquam frenum sufficiens, non constituit validum remedium contra scelestos. Semper quidem adest periculum ne vi vel fraude evadant, praesertim tempore tumultus publici, et incarceratio perpetua non est poena tam medicinalis quae homines terrere valeat sicut poena capitalis; mors enim cum sit majoris boni privatio, est malorum hujus vitae terribilissimum. Ergo ad civium securitatem procurandam quandoque necessaria est poena capitalis.

2º In corpore humano laudabiliter fit praecisio alicujus membri cum sit aliorum corruptivum, si saluti totius corporis expediat. Atqui « quaelibet persona singularis comparatur ad totam communitatem, sicut pars ad totum. Et ideo si aliquis homo sit periculosus communitati et corruptivus, laudabiliter et salubriter occiditur, ut bonum commune conservetur. » [1]

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.* II-II, q. 64, a. 2.

3° Confirmatur ex suffragio omnium populorum et legumlatorum. Ubique enim et semper legislatores pro quibusdam criminibus poenam capitis irrogarunt. Idem invenitur in lege mosaïca et in lege evangelica. Legitur enim in Genesi IX : *Qui effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius* ; et in Exodo XXI ; « *Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.* » Notissima autem sunt verba Matthaei XXVI ; *Qui acceperit gladium, gladio peribit.* Haec verba non possunt intelligi nisi de homicida, qui in poenam criminis debet pariter occidi.

Difficultatum solutio.

1° Poena mortis dicitur necessaria, quia requiritur ad protectionem et securitatem civium contra maleficos. Atqui securitas publica protegitur perpetua incarceratione. Ergo auctoritas non habet jus infligendi poenam capitatem.

Conc. maj.

Dist. min. Aliquo modo protegitur, *conc.*, sufficienter et efficaciter, *subdist.* : quandoque, *conc.*, semper nego.

2° Atqui securitas civium efficaciter protegitur perpetua incarceratione. Ergo.

Illa poena efficaciter securitati civium consulit contra maleficos, quae ignominiosior aestimatur ab ipsis. Atqui incarceratio perpetua magis timetur a scelestis quam ipsa mors. Ergo perpetua incarceratione sufficienter securitati civium.

Dist. maj. quae *de se* ignominiosior est, *conc.*, quae aestimatione quorumdam ignominiosior est, *nego.*

Contradist. min. Magis timetur in se, *nego*, aestimatione quorumdam, *conc.*

In legibus ferendis et poenis statuendis, non est judicandum secundum aestimationem quorumdam, sed secundum considerationem rei in se, et aestimationem communem.

3° Homicidium a lege naturali prohibetur. Atqui infligere poenam mortis est homicidium committere. Ergo auctoritas publica non habet jus infligendi poenam mortis.

Dist. maj. Homicidium, i. e. quaelibet occisio hominis, *nego* ; occisio hominis injusta, *conc.*

Dist. min. Est hominem injuste occidere, *nego* ; est hominem juste occidere, *conc.*

Non omnis occisio hominis est homicidium, sed occisio injusta tantum.

4° Poena debet esse medicinalis. Atqui infligere poenum mortis non potest dici medicina. Ergo poena mortis nunquam est infligenda.

Dist. maj. pro omnibus civibus qui indigent a crimine timore poenae retrahi. *conc.*, pro ipso delinquente, *subdist.* : quandoque, *conc.*, semper, *nego.*

5° Poena mortis potest innocenti irrogari. Atqui hoc esset malum irreparabile. Ergo poena mortis non est imiflgenda.

Dist. maj. Per se *nego*, per accidens *conc*.

Conc minorem.

Nulla autem invenitur res bona, nulla bona institutio, cujus occasione, habita hominum imperfectione vel malitia, non fiunt mala. Haec quidem sequuntur non per se, sed per accidens.

ARTICULUS III

DE DIVERSIS FORMIS GUBERNII CIVILIS

I. Diversae regiminis formae.—Aristoteles[1] tres distinguit formas fundamentales regiminis: *monarchia*, in qua subjectum supremae potestatis est unica persona physica; *aristocratia*, in qua potestas exercetur a classe optimatum; *democratia*, in qua totus populus, scilicet, omnes cives supremam potestatem exercent. Monarchiae, seu potestati

---

(1) *Pol.*, III, V.

politicae residenti in subjecto physice uno, opponitur *polyarchia*, seu potestas politica residens in subjecto physice multiplici, sed moraliter uno. Aliae autem formae qui ex commixtione harum formarum simplicum oriuntur vocantur mixtae.

a) Monarchia est *absoluta*, vel *temperata* seu *constitutionalis*.

Monarchia absoluta est illa in qua summa totius regiminis est penes unum qui plenaria potestate legislativa, executiva et judiciaria gaudet.

Monarchia temperata seu *constitutionalis* est illa forma regiminis in qua potestas suprema in uno principe residet, sed potestas legislativa a duplice optimatum et deputatorum collegio, principe leges sanctione sua firmante; potestas judiciaria exercetur coetu magistratuum seu judicum a prioribus distincto; potestas vero executiva exercetur a rege non immediate per se, sed per ministros *responsabiles*, scilicet, qui rationem reddere tenentur potestati legislativae de iis quae operantur.

Monarchia est *haereditaria* vel *electiva*; si mortuo principe, alius ipsi succedat vi legis fundamentalis regni, vel vi consuetudinis, monarchia dicitur *haereditaria*; si vero mortuo principe, alius succedat vi electionis, monarchia dicitur electiva.

Abusus seu corruptio monarchiae dicitur *tyrannis*.

b) Aristocratia potestatem exercere potest vel per se, vel per deputatos ab optimatibus electos, vices eorum gerentes; in primo casu aristocratia dicitur *pura* seu *absoluta*, in secundo, *repraesentativa* vocatur. Aristocratiae, per abusum et corruptionem, opponitur *oligarchia*, seu dominatio plurium propter divitias plebem opprimentium.

c) Democratia, sicut aristocratia, est *pura* vel *repraesentativa*. Democratia pura existere non potest nisi in minimis provinciis, et ad tempus : populus enim non potest per

se exercere potestatem, unde indiget eligere deputatos seu repraesentantes qui imperium exercent. Democratiae, per abusum et corruptionem, opponitur, *demagogia*. Quia autem pro quibusdam, democratia nihil aliud est nisi *potentatus populi plebeorum per potentiam multitudinis divites opprimentium*, (1) saepe saepius in pravum sensum usurpatur vox democratiae ; attamen democratia in bono etiam sensu accipitur, et est *potestas populi inquantum ex popularibus possunt eligi principes, et ad populum pertinet electio principum.* (2)

II. **Liceitas illarum formarum.**—Nulla ex praedictis formis regiminis per se injusta aut illicita dici potest. Eatenus aliqua ex hisce formis esset illicita, quatenus esset ex se impar et inepta ad consecutionem finis societatis. Nam quidquid opponitur fini quem natura ex opere aliquo intendit, prohibetur a lege naturali et est illicitum. Jamvero ex historia luculenter constat, formam monarchicam, vel aristocraticam, vel democraticam, posse ducere ad finem societatis civilis. Ergo nulla forma potestatis politicae est de se illicita. (3)

III. **Formarum regiminis comparatio.** — Quaenam ex diversis gubernii civilis formis melior dicenda sit ? Huic quaestioni multiplex responsio proponitur ; tot capita, tot sensus. Si tamen solutio quaedam est praebenda, dicendum est diversas formas regiminis comparandas, posse considerari vel *in abstracto* vel *in concreto*.

---

(1) S. Thomas, *De Reg. Princ.* c. 1.

(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 105, a. 1.

(3) « Oui, on peut affirmer en toute vérité que toutes les formes de gouvernement sont bonnes, pourvu que chacune sache marcher droit à sa fin, c'est-à-dire au bien commun pour lequel l'autorité sociale est constituée. Mais il convient d'ajouter qu'à un point de vue relatif, telle ou telle forme forme de gouvernement peut être préférable, comme s'adaptant mieux au caractère et aux mœurs de telle ou telle nation. » Léon xiii, *Lettre au clergé de France.*

1° Si autem considerentur *in abstracto*, post Aristotelem et S. Thomam, plerique philosophi christiani affirmant *monarchiam haereditariam et temperatam meliorem formam regiminis constituere. Monarchia* enim per se quidem melius dignitati supremae potestatis, unitati et ordini regiminis favet ; monarchia *haereditaria* magis tranquillitati et paci publicae consulit, cum impedit dissensiones et competitiones quae ubi viget electio, pacem et ordinem publicam in periculo ponunt ; monarchia *temperata* libertatem civium minus coarctat et ipsam defendit contra despotismum. Coeterum cum, spectata infirmitate et improbitate hominum, quaecumque forma regiminis commoda et incommoda prae se ferat, ex commixtione formarum major videtur obtineri perfectio, ita ut forma mixta dicenda sit melior formis simplicibus.

2° Si vero formae regiminis *in concreto* considerantur, scilicet, prout ad diversas et determinatas gentes regendas applicantur, dicendum est illam regiminis formam unicuique genti esse meliorem, non quidem quae in se esset perfectior, sed quae historiae, traditionibus, ingenio, indoli et moribus magis congruit. Unde consequitur formam regiminis rarissime esse mutandam, cum ex historia constat, regiminis formae mutationem, praesertim subitam, impune suscipi non posse.

IV. De regimine repraesentativo. — Forma regiminis repraesentativa a quibusdam maxime extollitur, a quibusdam maxime deprimitur. Tota enim perfectio hujus formae regiminis ex qualitatibus eorum qui a populo eliguntur ad rem publicam gerendam pendet : si eligantur homines docti, periti et integri ex diversis classibus civium, jam illa forma maximum bonum reportare valet. Si, e contra, eligantur homines indocti, cupidi, ambitiosi, nihil nisi malum ex tali hominum coetu expectari potest. Quidquid sit de sententiis

extremis, haec forma regiminis qualitates sibi vindicat et vitia quae quidem paucis verbis hoc modo enumerantur :

1° *Qualitates.—a)* Haec forma regiminis magis libertati civium favet, et facilius impedit ne auctoritas in despotismum abeat. *b)* Repraesentio classium socialium, si habeatur, prosperitatem publicam maxime promovet, cum ex scientia deputatorum unius et alterius classis, melius cognoscuntur ea quae singulis classibus debentur, scilicet desideria totius gentis et media quibus satiari possunt. Hinc sequitur *c)* jura civium ex tali repraesentatione facilius tueri.

2° *Vitia.—a)* Electiones frequentiores civibus suadent auctoritatem penes se remanere inalienabilem, sicque enervatur auctoritas in capite, dum insolescit populus.

b) « Per electionem dividitur populus in factiones adversas, quae fraudes adhibent, vimque et corruptionem, et si vincant, speciem aliquam tyrannidis in alios numero minores exercent. (1)

c) « Electores, virtute et scientia mediocres, (2) blanditiis vanisque promissionibus facillime decipiuntur et eligunt homines novos, audaces, quibus magis est cordi bonum privatum quam bonum publicum. » (3)

---

(1) « Les partis brassent les élections comme une affaire ; ils enrégimentent les électeurs comme des conscrits récalcitrants ; ils leur promettent des places, des décorations, des rentes, des chemins de fer, des dégrèvements d'impôts ; ils les font chercher en voiture ; ils leur payent à diner, et tout cela sans être sûrs du vote de leurs créatures. Le corps électoral, livré à lui-même, irait à la dérive, et le dogme de la souverainité du peuple au nom duquel les représentants exercent leur mandat, n'est qu'un décor pompeux, dont on recouvre le plus intolérable des despotismes. » *Adolphe Prins*, recteur de l'Université libérale de Bruxelles, *La démocratie et le régime parlementaire.*

(2) « Le peuple est incompétent pour adopter et repousser des programmes de gouvernement et pour nommer des députés qui soient le souverain et décident de tout. Il est réduit presque toujours à voter aveuglement, sans savoir ce qu'il fait, conduit par les plus ambitieux, trompé par les moins scrupuleux, entrainé par de vagues aspirations et de mauvais désirs. » De Vareilles, *Principes fondamentaux du droit*, p. 327.

(3) Farges et Barbedette, *Phil. scolastica*, t. II, p. 460.

d) Saepe saepius solius numeri ratio habetur, non vero specialium utilitatum diversarum classium.

3° *Remedia.—a)* Non multiplicentur electiones, nisi sit ratio constitutionalis vel boni publici.

b) Modus electionis ille sit qui magis favet repraesentationi omnium civium, non tantum factionum quae majores sunt sed etiam minores. Hinc ***systema repraesentationis proportionalis***, in deputatis eligendis, prae aliis systematibus adhibeatur.

c) Faveatur representationis professionalis et omnium classium socialium, ut efficacius promoveatur prosperitas publica et facilius omnium jura tueantur. [1]

(1 « Le peuple serait admirablement compétent pour choisir des représentants de ses différents intérêts, respectivement élus par des groupes qui déterminent ces intérêts, et appelés à former le grand conseil du souverain. Dans ce système chaque groupe ne s'occuperait que de ce qu'il connaît bien, et chaque citoyen désignerait judicieusement l'homme qui devrait être simplement l'avocat de leurs affaires. » De Vareilles, op. et *loc. cit.*

ARTICULUS IV

DE FUNCTIONIBUS AUCTORITATIS PUBLICAE

I. **Functiones seu munia status.** [1]—Functiones status ex vera notione finis societatis civilis determinantur : tota enim ratio auctoritatis publicae sistit in consecutione finis societatis civilis. Jamvero finis societatis civilis est *tueri jura civium*, et *procurare prosperitatem publicam*. Unde duplex munus auctoritatis publicae : tueri jura civium, seu *functio protectionis*, procurare prosperitatem publicam, *functio assistentiae*. Prima autem functio est *directa*, est munus justitiae ; secunda vero est *subsidiaria* et *suppletiva*, et munus *utilitatis publicae*. [2]

---

(1) Paul Leroy-Beaulieu, *L'Etat et ses fonctions* ;—Chs. Antoine, *Cours d'Economie sociale*, 1ère partie, c. III.

(2) Les fonctions de l'Etat se déterminent par sa fin.

1. Fin de l'Etat : Procurer le bien temporel public. « La fin de la société civile.... réside dans le bien commun, c'est à-dire, dans un bien auquel tous et chacun ont le droit de *participer dans une mesure proportionnelle*. Au contraire, les sociétés *privées* ont pour raison d'être immédiate l'utilité *particulière* et *exclusive* de leurs membres. » Léon XIII.—D'une manière plus déterminée et plus immédiate, l'Etat a pour fin de procurer le bien temporel public, c'est-à-dire, d'assurer la *paix* sociale par la *protection* des droits de chacun, et la *prospérité publique* par l'*assistance* accordée à l'activité privée des associés. »

De là deux fonctions de l'Etat : fonction de protection, fonction d'assistance.

II. Functio protectionis. —Tueri jura civium est primum et directum munus auctoritatis civilis. Ad hoc enim homines societatem civilem ingrediuntur ut securius et facilius propria jura sua exercere possint. Ad hoc munus adimplendum auctoritas civilis firmare debet tum *securitatem exteriorem*, tum *securitatem interiorem*, scilicet, protegere debet jura civium tum contra injurias aliarum nationum (securitas exterior), tum contra injurias civium ad invicem (securitas interior). Primum obtinetur mediante diplomatia, et mediantibus armis ; secundum, exercitio potestatis legislativae judiciariae et executivae, necnon politia. [1]

---

(1) **Fonction de protection.** — Les anarchistes seuls refusent de reconnaître à l'Etat cette fonction.

Fonction de protection (rôle direct)
- assurer la sécurité extérieure par
  - la diplomatie
  - l'armée
  - la marine
- la sécurité intérieure
  - sécurité matérielle
    - contre les hommes par la police
    - contre les éléments : protection contre les inondations, les épidémies, les incendies, etc.
  - sécurité morale
    - assurer l'exercice du droit, par la contrainte ;
    - déterminer les droits, par la législalion ;
    - résoudre les conflits, par l'administration de la justice.

3. **Fonctions d'assistance.**—Différentes écoles :

L'école libérale : **Laisser faire** l'initiative privée, ne pas intervenir.

L'école socialiste : **Faire**, l'Etat-Providence absorbe l'initiative privée.

III. Functio assistentiae.—Triplex sententia circa hanc functionem inter economistas proponitur.

Schola enim *liberalis* hanc functionem denegat : in his quae ad prosperitatem publicam pertinent sufficit conatus privati individuorum et associationum.

L'école catholique : **Aider à faire.** Séparée de ceux pour qui l'Etat est tout, (école socialiste), et de ceux pour qui l'Etat n'est rien, (école libérale) cette école enseigne que l'Etat doit :

stimuler l'initiative privée si elle est *languissante* ;
compléter » » » » » *insuffisante* ;
remplacer » » » » » *impuissante* ;
encourager » » » » » *suffisante* ;

Fonction d'assistance (rôle supplétif)

- perfectionnement physique
  - Constructions des routes ;
  - creusement des ports et canaux ;
  - établissements des postes et télégraphes ;
  - construction de chemins de fer.
  - Aide au commerce et à l'industrie, par des concours et des expositions, par des traités de commerce, les tarifs douaniers, par des primes à certaines industries.
  - La colonisation
    - Mise en exploitation du territoire national.
    - Prise de possession à l'étranger de nouveaux territoires.
- perfectionnement intellectuel
  - Aide et subvention à l'instruction publique ;
  - fondation d'écoles techniques, industrielles et commerciales.
  - Secours et subventions aux sociétés scientifiques et artistiques :
  - ouvertures de bibliothèques et de musées.
- perfectionnement moral
  - Appui et protection à tout ce qui tend à développer et fortifier la morale et la religion ;
  - subventions aux œuvres bienfaisantes et charitables.

Schola socialistarum docens omnia bona productiva in dominium societatis esse transferenda, affirmat ad auctoritatem civilem spectare non tantum assistere, sed per se promovere, et per se dirigere omne id quod ad productionem bonorum, ideoque ad prosperitatem sive privatam sive publicam, necessarium est.

Schola catholica mediam tenet viam inter utramque scholam praedictam. Juxta ipsam ad statum pertinet ut activitatem et industriam privatorum et associationum.

STIMULET ubi *languescit*

COMPLEAT ubi *non sufficit*

VICES EJUS GERAT ubi *deficit*

Socialistarum sententia est rejicienda: tota enim nititur socialismo, cujus falsitas jam demonstrata est. Errat etiam *schola oeconomica liberalis*, cum finis societatis non sit totus in juribus civium protegendis, sed etiam in promovendis bonis physicis, intellectualibus et moralibus, ad quae obtinenda activitas privata non semper sufficit. Haec tamen functio secunda est suppletiva, et nunquam extinguere debet activitatem privatam quae activitati publicae, his in rebus quae ad prosperitatem spectant est semper praeferenda, Inferioritas enim activitatis publicae facile apparet si fiat comparatio ipsius cum activitate privata. (1)

(1) PARALLÈLE

Exploitation publique	Exploitation privée
1° L'Etat manque de l'esprit d'invention et de l'aptitude à l'application prompte des découvertes.	1° Toutes les inventions, et toutes les applications pratiques sont dues à l'initiative privée.
2° L'Etat central, provincial et municipal, sortant de la masse des électeurs par voie d'élection, n'est pas plus intelligent ni plus éclairé qu'eux; il a peu de suite dans ses	2° L'initiative privée individuelle présente plus de stabilité, et plus de suite dans les idées. L'initiative privée collective (les compagnies privées) participe sans doutes des

IV. Munia Status in re oecomica.—1° *Tueri jura.—a)* Status potest abusus reprimere, *usuram* prohibere, ludos aleatorios moderari, *mensuram fenoris liciti* attentis circumstantiis determinare.

---

idées, il en a peu dans son personnel. Les élections offrent des revirements soudains et le personnel directeur est instable. De là une certaine incohérence, un manque de suite dans l'action, ce qui rend plus difficile le succès de l'entreprise.

3° L'Etat n'a pas pas le stimulant ni le frein de l'intérêt personnel, et il n'est soumis à aucune concurrence dont l'action du moins lui soit sensible.

4° L'Etat est un parti au pouvoir, cherchant à favoriser les siens; il manque d'impartialité et de liberté, ce qui nuit considérablement à son action.

5° Dans le choix de son personnel, l'Etat se place rarement au seul point de vue technique. La politique lui dicte ou lui interdit certain choix.

6° Les erreurs de l'Etat sont des erreurs totales, c'est-à-dire que son action s'étendant à tout le territoire et à tous les habitants, nul ne peut échapper aux résultats des fautes qu'il commet.

7° Dans le cas de dommage subis, le recours contre l'Etat est difficile.

défauts de l'action collective, mais elle a un personnel plus stable et une action plus continue que l'Etat. Les directeur sont choisis par élection; cependant les voix ne comptent pas dans les assemblées par tête, mais en proportion de l'intérêt que chaque associé posséde dans l'entreprise. Le prestige et la confiance sont accordés géneralement aux fondateurs, qui pratiquement dirigent.

3° D'intérêt personnel est le grand stimulant de l'initiative privée, en même temps qu'un frein salutaire. La concurrence ne laisse pas un moment en repos la généralité des entreprises privées.

4° Les entreprises privées, dégagées de toutes les considérations politiques, n'ayant pas à redouter les électeurs, assurées plutôt de l'appui des actionnaires chaque fois qu'il s'agit d'une économie, jouissent d'une indépendance que l'Etat ne possède pas et ne peut pas posséder.

5° Rien ne gêne l'initiative privée dans le choix de son personnel. Elle cherche les ouvriers les plus aptes à conduire l'entreprise au succès.

6° Les erreurs des compagnies sont des erreurs partielles et n'ont que des effets partiels; les conséquences directes n'en sont supportées que par ceux qui s'y sont associés.

7° La responsabilité de l'initiative privée est plus facile à mettre en jeu, et partant, les recours en dommage plus effectif.

b) Status jus habet determinandi pretium rerum omnibus maxime pauperibus necessariorum, ut affirmant S. Thomas [1] plerique theologi. Quandonam haec determinatio expediat, difficile dicitur. Vi istius juris, pretia adhuc taxantur v. g. pro rhedariis in urbibus.

c) « Quoad *contractus locationis inter operarios et herum* potest auctoritas civilis pro exigentia circumstantiarum prohibere prorogationem laboris in fabricis ultra id, quod vires operariorum ferre possunt, vel laborem feminarum in fodinis et aliis locis, ubi periculum bonis moribus creatur; potest etiam conditiones necessarias pro securitate sanitatis operariorum praescribere, etc. Potest denique infimam mensuram salarii determinare, si periculum sit, ne ultra limites justitiae deprimatur. » [2]

2° *Activitatem privatam adjuvare.—a)* « Huc pertinet, ut sternat vias publicas, etiam ferreas, ut faciat fossas navigabiles, portus et similia media commercii pro tempore necessaria ad publicae prosperitatis augmentum.

b) « Tempore communis calamitatis ipsius est eidem mederi, eamdem avertere: sic v. g. debet tempore egestatis communis alimenta necessaria providere vel imminentem inundationem aut pestem avertere et similia.

c) « Potest etiam propositis praemiis studium rerum oeconomicarum communi bono utilium excitare; curare expositiones publicas; erigere scholas quas vocant technicas aperire vias novas commercii, etc. » [3]

In his omnibus non debet status activitatem privatam tollere, sed adjuvare, et nihil per se procurare debet ad quod individui vel societatates jam sufficiunt.

---

(1) *Sum. theol.*, II-II, q. 77, a. 2, ad 2.
(2) *Cathrein, Phil. mor.* edit. 5, p. 419.
(3) Cathrein, *Ibid.*, 420.

V. **Munia status circa educationem et scholas.**—Hic recolere est illa quae jam diximus de educatione et scholis in articulo de societate paterna.[1]

1° Status debet tueri jura parentum; unde: *a)* Ne in educationem filiorum, invitis parentibus sese directe ingerat: soli enim parentes jus directum et immediatum in educationem ex jure naturali sibi vindicant.

b) Status non potest sibi reservare jus exclusivum aperiendi scholas: illud jus primo et per se incumbit *familiae*, defectu familiae *pago*, indirecte et suppletive tantum statui.

c) Status nullum habet jus imponendi suas scholas, suos magistros, suos libros patribusfamilias; hoc enim juri directo parentum adversatur.

d) Status non habet jus omnes parentes lege obligandi ut liberos per aliquot annos alicui scholae instituendos tradant. Illa enim obligatione etiam offenditur jus directum parentum.

e) Vigilare debet status ne in scholis aliquid fiat quod opponatur sanitati corporali vel spirituali puerorum.

2° Status adjuvare debet: *a)* Erigendo scholas ubi deficit actio parentum et municipiorum.

b) Subministrando pecuniam, honores et proemia, ipsis universitatibus et institutis educationis, necnon societatibus scientificis.[2] Haec enim instituta, praesertim universitates, magnos sumptus requirunt; unde munus est auctoritatis politicae eis succurrere aerario publico.

---

(1) Cf, p. 273—300.

(2) « L'experience prouve que les subventions, les pensions, les récompenses honorifiques, sagement accordées aux écoles les mieux tenues et aux éducateurs les plus méritants sont un stimulant três efficace: c'est pourquoi l'Etat s'en servira utilement en vue du progrès scientifique littéraire et artistique. » CHABIN, *Les vrais principes du droit naturel, politique et social, p. 219.*

VI. **Munia status in ordine ad bonum morale.**—1° *Tueri*: *a)* Status invigilare debet ne spargentur doctrinae subversivae jurium fundamentalium religionis, civitatis et familiae.

b) Status impedire debet ne vitia publice grassentur et ne libri moribus nocivi vendantur, prohibere ludos et scenicos obscoenos et crimina iniquorum punire.

2° *Adjuvare a)* Moralitatis fundamentum religio existit; unde status prosperitati morum consulere debet religioni favendo, maxime quidem in scholis, et ipsam protegendo. « Sanctum oportet apud principes esse Dei nomen ; ponendumque in praecipuis illorum officiis religionem gratia complecti, benevolentia tueri, auctoritate nutuque legum tegere. » [1]

b) Status debet subsidia et auxilia institutis beneficentiae privatae praestare, ipsisque concedere omnia jura personae civilis, existendi nempe, possidendi et legata accipiendi.

---

(1) Leo xiii, *Immortale Dei.*

ARTICULUS V

DE GUBERNANTIUM ET SUBDITORUM OFFICIIS

I. **Officia utrisque communia.—1° Officium religionis.—** Primum et praecipuum civitatis officium, aeque ac individui est officium religionis. Unde prima thesis necessitatem hujus principalissimi officii enuntiat.

THESIS.—SOCIETAS CIVILIS, AEQUE AC HOMO INDIVIDUUS, TENETUR OFFICIO RELIGIONIS ERGA DEUM CUI EXHIBENDUS EST CULTUS PUBLICUS.

Prima pars.—*Societas civilis tenetur officio religionis erga Deum.*—*a*) Ille debet colere Deum qui ab ipso pendet tanquam ab auctore, domino, benefactore et fine supremo. Atqui societas civilis sese habet ad Deum sicut ad auctorem, dominum, benefactorem et finem supremum. Ergo societas civilis debet exhibere Deo honorem et obedientiam, amorem necnon et gratitudinem.

« Natura et ratio quae jubet singulos sancte religioseque Deum colere, quod in ejus potestate sumus et quod ab eo profecti, ad eum reverti debemus, *eadem lege adstringit civilem communitatem.* Homines enim communi societate conjuncti nihilominus sunt in Dei potestate, quam singuli : neque minorem quam singuli, gratiam Deo societas debet,

quo auctore coaluit, cujus nutu conservatur, cujus beneficio innumerabilem bonorum, quibus affluit, copiam accepit,»[1]

b) Confirmatur constanti et universali gentium praxi : semper enim et ubique terrarum divinitas colitur.

Secunda pars.—*Deo exhibendus est cultus publicus.*— Nomine *cultus publici*, non intelligitur cultus qui publice exhibetur, sed ille qui nomine societatis Deo redditur. Ergo societas cultum publicum Deo exhibet vel nullum. Quod exemplo clarius patebit. Rex quidam terrenus sese confert ad aliquam sui regni civitatem invisendam. Singuli cives seorsim accedunt ad obsequium ipsi exhibendum ; id tantum si fieret, jure merito rex se offensum judicaret. Requiritur amplius, ut civitas ipsa, actu aliquo sociali et publico, testetur regi suam submissionem suumque obsequium : siquidem non tantum singuli cives sed etiam ipsa civitas a rege pendet. Idem dicendum est respectu Dei : cives seorsim possunt etiam publice Deo cultum praebere, sed nisi ipsa societas civilis actu sociali et publico obsequium Deo reddat, civitas nullum cultum Deo exhibet.

Corollaria.—*a)* Societas civilis, aeque ac homo individuus, tenetur exhibere Deo non quemcumque cultum, nec quocumque modo, sed illum et eo modo quem noverit, etiam cognitione supernaturali, esse a Deo impositum.

b) Societas civilis debet prohibere omne id quod huic fundamentali officio religionis opponitur.

2° **Amor patriae.**—« Sive imperantes, sive subditi debent patriam ordinato amore prosequi, ad verum ejus bonum simul conspirantes. Omnes enim sumus cives, seu communitatis civilis socii : quicumque autem est socius alicujus communitatis (praesertim vero si naturalis ea sit ac necessaria), is debet ejus bonum velle, et ad ejus bonum una cum

(1) Leo XIII, *Immortale Dei.*

aliis sociis cooperari. Omnes maxima a civili consortio beneficia recipimus ; quae sunt amoris redditione compensanda. Hic porro erga patriam amor debet verus esse et efficax : i. e. debet in perfecta legum civilium custodia consistere et nos promptos reddere ad pericula subeunda, ad mala seu incommoda toleranda, ad operam collocandam pro patriae bono. »[1]

« Homo, ait S. Thomas[2], efficitur diversimode aliis debitor, secundum eorum diversam excellentiam et diversa beneficia ab eis suscepta. In utroque autem Deus summum obtinet locum, qui et excellentissimus est, et est nobis essendi et gubernationis primum principium. Secundario vero nostri esse et gubernationis principia sunt *Parentes* et *Patria*, a quibus et in qua nati et nutriti sumus. Et ideo post Deum est maxime homo debitor parentibus et patriae. Unde sicut ad *religionem* pertinet cultum Deo exhibere, ita secundario gradu ad *pietatem* pertinet exhibere cultum parentibus et patriae. »[3]

---

(1) FERRETTI, *Phil. mor.*, t. III, p. 339.

(2) *Sum. theol.*, II-II, q. 101, . 1.

(3) « Le doux pays où nos yeux se sont ouverts à la lumière, où nous avons vu se pencher et se fixer sur nos berceaux les visages attendris et les regards caressants de nos pères et de nos mères, où nos corps et nos âmes ont grandi sous la culture d'un amour tendre et dévoué, où nos cœurs se sont épanouis dans les intimes relations de la famille, où nos foyers se sont élargis en s'nnissant à d'autres foyers, où les enfants d'un même sang respirent le même air, parlent la même langue, se groupent autour des mêmes tombes et des mêmes autels, vivent sous la protection des mêmes lois, s'honorent des mêmes souvenirs, sont jaloux des mêmes traditions, solidaires des mêmes gloires et des mêmes infortunes, rêvent le même avenir de grandeur et de prospérité, se tiennent tous par les liens d'une large parenté, qu'ils expriment par un même nom : c'est la patrie ! Terre bénie, terre sacrée, personnalité idéale et vivante, qu'on a appelée la mère, *la mère patrie*, et qui réclame, comme la mère qui nous a enfantée, l'hommage et les services de la piété filiale.

« Il faut l'aimer comme on aime une mère, non seulement de cet amour de complaisance, qui l'admire quand elle se montre belle et prospère,

II. Officia gubernantium.—Auctor libri *Sapientiae* [1] sic admonet hos qui aliis praesunt : « Praebete aures vos, qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum : quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur : quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte judicastis, nec legem justitiae custodistis, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis ; quoniam judicium durissimum his, qui praesunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia : potentes autem potenter tormenta patiuntur. »

Princieps igitur est Dei minister, ideoque ut minister Dei, publicae felicitati ac securitati, mediis justis et opportunis prospicere debet. Officia igitur gubernantium haec sunt :

1° « Justas ferre leges, justa pronuntiare judicia, legum judiciorumque exsecutionem absoluta cum integritate, et intuitu solius boni communitatis actu procurare.

« Ut justitia in imperio retineatur illud magnopere interest, gubernantes intelligere non privati cujusquam commodo potestatem natam esse, et auctoritatis exercitium non ad utilitatem gubernantium sed subditorum esse ordinatum. » [2]

---

florissante et glorieuse, mais de cet amour généreux et dévoué qui sait compatir à ses douleurs, souffrir pour elle et traduire en actes héroïques l'austère et sublime maxime d'amour que le Christ a écrite avec son sang : « Le suprême témoignage d'amour, c'est de donner sa vie pour ceux qu'on aime. » Cet amour, nous l'appelons le patriotisme. » MONSABRÉ, *Jeanne d'Arc modèle et patronne du patriotisme chrétien et français.—Discours et panégyriques*, t. IV.

(1) VI, 3-7.

(2) Pour que la justice préside toujours à l'exercice du pouvoir, il importe avant tout que les chefs des Etats comprennent bien que la puissance politique n'est faite pour servir l'intérêt privé de personne, et que les fonctions publiques doivent être remplies pour l'avantage non de ceux qui gouvernent, mais de ceux qui sont gouvernés. » LÉON XIII, *Diuturnum*.

2° Sacra et tecta semper tenere jura Dei et religionis.

3° Sacra etiam habere jura individuorum et familiarum, ipsa protegere, non autem tollere. (1)

4° Scientiam acquirere ad imperium et curam republicae necessariam.

III. Officia subditorum.--Officia subditorum sunt : 1° *Reverentia et obedientia.* Gubernatores vices Dei gerunt : sunt enim ministri Dei. Jamvero ministro Dei debentur reverentia et obedientia. Ergo « spernere potestatem legitimam, quavis eam in persona esse constiterit, non magis licet, quam divinae voluntati resistere : cui si qui resistunt, in interritum ruunt voluntarium. *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit : qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt* (Rom. v. 2). » (2)

(1) « Devoirs des gouvernants : 1° Respecter la Constitution et les lois fondamentales.—2° Servir l'intérêt de la nation et non l'intérêt des partis.—3° Respecter les droits des individus et des familles qui sont entrés en société non pas pour que leurs droits soient violés mais protégés. —4° Favoriser le progrès matériel, intellectuel et moral.--5° Le pouvoir législatif doit faire des lois justes et utiles.--6° Le pouvoir judiciaire doit appliquer les lois avec justice et équité.--7° Le pouvoir exécutif doit veiller à la sûreté générale, promulger des lois et les faire exécuter sans brutalité, mais sans faiblesse.--8° Aucun de ces trois pouvoirs ne doit empiéter sur le terrain des autres. » G. Sortais, *Tr. de Phil.* t. III, pp. 605, 606.

(2) Leo xiii, *Immortale Dei.*

« Les sujets devront obéir aux princes comme à Dieu même, moins par la crainte du châtiment que par le respect de la majesté, non dans un sentiment de servilité, mais sous l'inspiration de la conscience. Et l'autorité fixée à sa vraie place, s'en trouvera grandement affermie ; car les citoyens, se sentant pressés par le devoir, devront nécessairement s'interdire l'indocilité et la révolte, persuadés d'après les vrais principes. que résister au pouvoir de l'Etat, c'est s'opposer à la volonté divine, que refuser l'honneur aux souverains, c'est le refuser à Dieu.

Il n'existe qu'une seule raison valable de refuser l'obéissance ; c'est le cas d'un précepte manifestement contraire au droit naturel ou divin, car là où il s'agirait d'entreindre soit la loi naturelle, soit la volonté de Dieu, le commandement et l'exécution seraient également criminels. » Leon xiii, *Diuturnum.*

2° Tenentur subditi fideliter solvere tributa juste et rationaliter imposita, quae ad bonum communitatis ordinandae, conservandae, defendendae requiruntur. Ad hujus conservationem et tutelam assecurandam, etiam vitam profundere omnes subditi quandoque teneri possunt.

3° Electoribus grave munus incumbit eligendi deputatos probos, sive cummunales sint, sive provinciales, sive federales. « Unde praeclusis aliis circumstantiis, non solum peccant cooperatores *positivi*, qui scilicet suffragantur malis ; sed etiam cooperatores *negativi*, qui non concurrendo scienter in causa sunt, cur mali eligentur ; nam ex justitia legali unusquisque tenetur in quantum potest malum a republica avertere, si qua spes avertendi affulgeat. Nullus autem ignorat, quot et quanta mala ab improbis deputatis, maxime ab illis, qui sectae massonicae sunt adscripti, in societatem tum religiosam tum civilem ingerantur. » (1)

IV. De resistentia contra tyrannum.—Asseclae ipsius doctrinae suprematiae populi a Rousseau traditae, jus seditionis seu rebellionis apud populum semper remanere affirmant. Juxta ipsos enim, *auctoritas est a multitudine* quae ipsam tradere vel ratrahere pro libitu suo potest. Quanta sit falsitas hujus doctrinae apparet ex eo quod auctoritas non a multitudine sed a Deo originem ducit, ideoque populus non est subjectum auctoritatis. Deus ipse auctoritatem confert, et gubernatores, ut diximus, sunt mandatarii Dei, ideoque tanquam legitimo supremae auctoritatis subjecto obedientia et reverentia ipsis debentur. Illa tamen obedientia debetur-ne etiam tyranno, illi nempe qui auctoritate sua abutitur ? vel utrum licita sit contra ipsum resistentia? Ad cujus quaestionis solutionem duplex adhibenda est distinctio.

(1) Marc, *Inst. mor.*, t. II, numero 2287.

Primo quidem, *tyrannus*, scilicet, qui auctoritate abutitur, est duplex : *regiminis* vel *usurpationis*.

Tyrannus regiminis est princeps legitimus qui inique communitatem gubernat, scilicet, princeps qui potestatem quam juste possidet, injuste exercet opprimendo subditos.

Tyrannus usurpationis est ille qui injuste et illicite potestatem adipiscitur, ideoque de facto potestatem exercet quam juste non possidet. Quaestio proponitur in praesenti paragrapho de tyranno regiminis, in sequenti de tyranno usurpationis.

Secundo, resistentia etiam est duplex : *offensiva* et *defensiva*. *Resistentia offensiva* vim infert in tyrannum ut auctoritate privetur. Est igitur vera rebellio, nempe bellum reipublicae seu partis reipublicae contra principem seu regem. *Resistentia defensiva* vim vi repellit tantum. His praehabitis distinctionibus, quaestio de tyranno regiminis sequentibus thesibus solvitur.

THERIS I.—ILLICITA ABSOLUTE EST SUBDITIS RESISTENTIA OFFENSIVA CONTRA TYRANNUM REGIMINIS.

1° Subditi, ut subditi, vim inferentes in tyrannum, judicium auctoritativum in ipsum exercent, eumque sibi privato judicio subjiciunt: tyrannus enim, licet tyrannus remanet princeps, ideoque juridice superior subditis. Atqui illicitum est superiorem ab inferiori auctoritative judicari : ad sententiam enim juridice ferendam contra aliquem requiritur superioritas. Ergo resistentia offensiva contra tyrannum regiminis est illicita.[1]

---

(1) « Les premiers chrétiens nous ont donné à cette égard d'admirables leçons : tourmentés avec autant de cruauté que d'injustice par les empereurs païens, il n'ont jamais failli au devoir de l'obéissance et du respect, à ce point qu'une lutte semblait engagée entre la barbarie des uns et la soumission des autres. Une si grande modestie, une résolution si

2° Tyrannus regiminis abutitur jure regnandi ; sed ex abusu juris non amittitur jus. Ergo tyrannus regiminis jure abutens, habet semper tamen jus regnandi. Atqui illicitum est privata auctoritate expoliare aliquem proprio jure. Ergo illicita est resistentia offensiva contra tyrannum regiminis.

3° Ad expellendum minus malum non est inducendum majus malum quod est praesertim in societatis perniciem : nam, inter duo mala quorum unum vel alterum vitari non potest, minus malum est eligendum. Atqui resistentia offensiva contra tyrannum majora mala facile et fere semper societati parit : ex hoc enim proveniunt gravissimae dissensiones in populo, perturbationes, sanguinis effusio, quae quidem maxima mala sunt. Ergo illicita est resistentia offensiva.

« Si quandoque contingat temere et ultra modum publicam a Principibus potestatem exerceri, Catholicae Ecclesiae doctrina in eos insurgere, proprio marte non sinit, ne ordinis tranquillitas magis magisque turbetur, neve societas majus exinde detrimentum capiat. Cumque res eo devenerit, ut nulla alia spes salutis affulgeat, docet christianae patientiae meritis, et instantibus ad Deum precibus remedium esse

---

arrêtée de demeurer fidèles à leurs devoirs de sujets, défiaient la calomnie et se faisaient partout reconnaître en dépit de la malice de leurs ennemis. Aussi ceux qui entreprenaient auprès des empereurs l'apologie publique du christianisme n'avaient pas de meilleur argument pour établir l'iniquité des mesures législatives prises contre les chrétiens, que de mettre sous les yeux de tous leur vie exemplaire et leur respect des lois.

...La question était toute autre quand les empereurs par leurs édits, ou les préteurs par leurs menaces, voulaient les contraindre d'abjurer la foi chrétienne ou de trahir quelqu'autre devoir: alors sans hésitation ils aimaient mieux déplaire aux hommes qu'à Dieu. Et cependant, même en ces conjectures, bien loin de faire aucun acte séditieux ou injurieux pour la majesté impériale, ils ne revendiquaient qu'un seul droit : celui de se déclarer chrétiens et de repousser toute apostasie, du reste aucune pensée de résistance, tranquillement, joyeusement, ils allaient au devant des supplices, et la grandeur de leur courage l'emportait sur la grandeur des tourments. » Léon XIII, *Diuturnum*.

maturandum. Quod si legislatorum ac principum placita aliquid sanciverint aut jusserint, quod divinae aut naturali legi repugnet, christiani nominis dignitas et officium atque apostolica sententia suadent, obediendum esse magis Deo quam hominibus.» (1)

Doctrina S. Thomae.—Quaerit S. Doctor: (2) «Si rex in tyrannidem diverteret, qualiter posset occurri;» propositae autem quaestioni sic respondet:

«Si non fuerit excessus tyrannidis, utilius est remissam tyrannidem tolerare ad tempus, quam contra tyrannum agendo multis implicari periculis quae sunt graviora ipsa tyrannide. Potest enim contingere, ut qui contra tyrannum agunt, praevalere non possint, et sic provocatus tyrannus magis desaeviat. Quod si praevalere quis possit adversus tyrannum, ex hoc ipso proveniunt multoties gravissimae dissensiones in populo, sive dum in tyrannum insurgitur, sive dum post dejectionem tyranni erga ordinationem regiminis multitudo separatur in partes. Contingit etiam, ut interdum dum alicujus auxilio multitudo expellit tyrannum, ille potestate accepta tyrannidem accipiat, et timens pati ab alio quod ipse in alium fecit graviori servitute subditos opprimat. Sic enim in tyrannide solet contingeere ut posterior gravior fiat quam praecedens, dum praecedentia gravamina non deserit, et ipse ex sui cordis malitia nova excogitat.

Si sit intolerabilis excessus tyrannidis, quibusdam visum est, ut ad fortium virorum virtutem pertineat tyrannum interimere, seque pro liberatione multitudinis exponere periculis mortis... Sed hoc Apostolicae doctrinae non congruit. Docet enim nos Petrus *II Petr. 2*, non bonis tantis et modestis, verum etiam dyscolis dominis reverenter subditos esse. Haec

---

(1) «S'il arrive cependant aux princes d'excéder témérairement dans l'exercice de leur pouvoir, la doctrine catholique ne permet pas de s'insurger de soi-même contre eux, de peur que la tranquillité de l'ordre ne soit de plus en plus troublée et que la Société n'en reçoive un plus grand dommage. Et, lorsque l'excès en est venu au point qu'il ne paraisse plus aucune autre espérance de salut, la patience chrétienne apprend à chercher le remède dans le mérite et dans d'instantes prières auprès de Dieu. Que si les ordonnances des législateurs et des princes sanctionnent ou commandent quelque chose de contraire à la loi divine ou naturelle, la dignité du nom chrétien, le devoir et le précepte apostolique proclament qu'il faut obéir à Dieu plûtôt qu'aux hommes.» LÉON XIII, *Quod apostolici muneris*.

(2) *De regimine Principum*, l. I, c. 6.

est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustineat quis tristitias patiens injuste. Unde cum multi Romani Imperatores fidem Christi persequenter tyrannice, magnaque multitudo tam nobilium, quam populi esset ad fidem conversa, non resistendo, sed mortem patienter et animati sustinentes pro Christo laudantur, ut in sacra Thebaeorum legione manifeste apparet.... Esset autem hoc multitudini periculosum et ejus rectoribus, si privata praesumptione aliqui attentarent praesidentium necem, etiam tyrannorum : plerumque enim hujusmodi periculis magis exponunt se mali quam boni. Malis autem solet esse grave dominium non minus regnum quam tyrannorum, quia secundum sententiam Solomonis. *Prov.* XX, 26 : *Dissipat impios rex sapiens.* Magis igitur ex hujus praesumptione immineret periculum multitudini de amissione regis, quam remedium de subtractione tyranni. Videtur autem magis contra tyrannorum saevitiam non privata praesumptione aliquorum, sed auctoritate publica procedendum.

« *Primo* quidem, si ad jus multitudinis pertineat sibi providere de rege (v. g. ex dispositionibus legum fundamentalium regni), non injuste ab eadem rex institutus potest destrui, vel refraenari ejus potestas, si potestate regia tyrannice abutatur, (amoto tamen periculo majoris damni seu detrimenti societatis). Nec putanda est talis multitudo infideliter agere tyrannum destituens, etiamsi eidem in perpetuo se ante subjecerat qui hoc ipse meruit, in multitudinis regimine se non fideliter gerens, ut exigit regis officium, quod ei factum a subditis non reservetur.

« Si vero ad jus alicujus superioris pertineat multitudini providere de rege, expectandum est ab eo remedium contra tyranni nequitiam. (Sic recursus habitus est ad Romanum Pontificem contra tyrannidem imperatorum et regum christianorum.)

« Quod si omnino contra tyrannum auxilium humanum haberi non potest, recurrendum est ad regem omnium Deum, qui est adjutor in opportunitatibus in tribulatione. Ejus enim potentiae subest, ut cor tyranni crudele convertat in mansuetudinem, secundum Solomonis sententiam, *Prov.* XII, 1 : *Cor regis in manu Dei, quocumque voluerit, inclinabit illud.* »

THESIS II. — CONTRA EXCESSIVAM TYRANNIDEM RESISTENTIA DEFENSIVA POTEST ESSE LICITA.

Dicitur : *contra excessivam tyrannidem*, quia « si non fuerit excessus tyrannidis, utilius est remissam tyrannidem tolerare ad tempus, quam contra tyrannum agendo multis implicari periculis quae sunt graviora ipsa tyrannide. » [1]

---

(1) S. THOMAS, *De reg.° Princ.*, l. 1, c. 6.

Resistentia defensiva, ut diximus, est illa quae vim vi repellit.

Thesis demonstratur.—Unusquisque habet jus sese defendendi contra injustum aggressorem in ipso actu aggressionis. Aqui resistentia defensiva contra excessivam tyrannidem nihil aliud est quam actus defensionis contra injustum aggressorem in ipso actu aggressionis. Leges enim injustae non obligant in conscientia, « in talibus homo non obligatur ut legi obediat, si sine scandalo vel majori detrimento resistere potest. » (1) Licita est igitur resistentia passiva, seu homo jus habet non obediendi legibus injustis; ideoque qui vult cogere ad obediendum est, injustus aggressor cui resistere possumus vim vi repellendo. Ergo resistentia defensiva contra excessivam tyrannidem potest esse licita.

Tamen in praxi vix potest illud jus resistendi vim vi repellendo exerceri, cum plerumque tales sunt circumstantiae ut haec defensio inutilis sit, imo majora mala afferat.

V. De gubernio « facti ».—Diximus de tyranno regiminis, nunc autem de tyranno usurpationis, scilicet, de eo qui auctoritatem *de facto* exercet quam *de jure* non possidet, cum vi, fraude vel violentia, ipsam usurpavit.

1° Certum est, in ipso actu usurpationis, civium esse officium impugnandi usurpatorem et sustinendi jura principis legitimi.

2° Habita usurpatione, usurpator tenetur restituere principi legitimo auctoritatem quam injuste acquisivit, laedendo tum jura principis ad talem auctoritatem, tum jura civium ad legitimum principem. Si autem usurpator nolit potestatem legitimo possessori restituere, ne novam societati injuriam efficiat, tenetur leges non ferre nisi quae ad societatis pacem, securitatem et prosperitatem concurrunt.

(1) S. Thomas, *Sum. theol*, I-II, q. 96, a. 4, ad. 3.

3° Hisce autem legibus cives obedire tenentur, non autem titulo potestatis usurpatae, usurpatio nunquam esse potest titulus juris, sed titulo boni publici quod necessario exigit ut sit in societate auctoritas cui cives subjiciantur. (1)

4° Legitimus princeps jus retinet ad potestatem a qua spoliatus est : tamen illud jus de facto exercere non potest

---

(1) « Mais quant aux sociétés purement humaines, c'est un fait gravé cent fois dans l'histoire, que le temps, ce grand transformateur de tout ici-bas, opère dans leurs institutions politiques de profonds changements. Parfois, il se borne à modifier quelque chose à la forme de gouvernement établie ; d'autres fois, il va jusqu'à substituer aux formes primitives, d'autres formes totalement différentes, sans en excepter le mode de transmission du pouvoir souverain.

Et comment viennent à se produire ces changements politiques dont nous parlons ? Ils succèdent parfois à des crises violentes, trop souvent sanglantes, au milieu desquelles les gouvernements préexistants disparaissent en fait ; voilà l'anarchie qui domine ; bientot, l'ordre public est bouleversé jusque dans ses fondements. Dès lors, une *nécessité sociale* s'impose à la nation ; elle doit sans retard pourvoir à elle-même. Comment n'aurait-elle pas le droit et plus encore le devoir de se défendre contre un état de chose qui la trouble si profondément, et de rétablir la paix publique dans la tranquilité de l'ordre ?

Or, cette nécessité sociale justifie la création et l'existence des nouveaux gouvernements, quelque forme qu'ils prennent ; puisque, dans l'hypothèse où nous raisonnons, ces nouveaux gouvernements sont nécessairement requis par l'ordre public, tout ordre public étant impossible sans un gouvernement. Il suit de là que, dans de semblables conjonctures, toute la nouveauté se borne à la forme pratique des pouvoirs civils, ou à leur mode de transmission ; elle n'affecte nullement le pouvoir considéré en lui-même. Celui-ci continue d'être immuable et digne de respect ; car, envisagé dans sa nature, il est constitué et s'impose pour pourvoir au bien commun, but suprême qui donne son origine à la société humaine. En d'autres termes, dans toute hypothèse, le pouvoir civil, considéré comme tel, est de Dieu et toujours de Dieu : car il n'y a point de pouvoir si ce n'est de Dieu. »

Par conséquent, lorsque les nouveaux gouvernements qui représentent cet immuable pouvoir sont constitués, les accepter n'est pas seulement permis, mais réclamé, voire même inspiré par la nécessité du bien social qui les a fait et les maintient, d'autant plus que l'insurrection attise la haine entre citoyens, provoque les guerres civiles et peut rejeter la nation dans le chaos de l'anarchie. Et ce grand devoir de respect et de dépendance persévérera, tant que les exigences du bien commun le demanderont, puisque ce bien est, après Dieu, dans la société la loi première et dernière. (Léon XIII, *Lettre au clergé de France, 16 Février 1892.*

exigendo a civibus obedientiam, nec vindicare eo modo quo majus inferretur damnum reiplublicae: siquidem auctoritas est in bonum societatis, non autem in bonum principis qua princeps est. Jamvero bonum societatis est pax et tranquillitas, non autem odium, insurrectio civium ad invicem.

5° Gubernium «facti» licet a principio injustum, potest decursu temporum fieri *de jure*, vel quia princeps legitimus jus suum cedit, vel quia bonum societatis hoc requirit. Etenim societas quae non habet nisi gubernium *de facto*, non autem *de jure*, est in statu quodam violento. Atqui universale societatis bonum exigit[1] ut status politicae societatis anormalis et violentus cesset, quando rationaliter cessare potest. Jamvero ille status rationaliter cessat ubi ratione temporis jam elapsi, aliarumque circumstantiarum, restitutio potestatis principi legitimo fit impossibilis. Ergo criterium suprenum boni publici exigit, ut cessantibus divisionibus et

---

(1) «Il peut en effet arriver, à raison du temps écoulé et de diverses circonstances, que le retablissement de l'ordre légitime devienne impossible non seulement pour le présent, mais aussi pour l'avenir, de sorte qu'il ne plus y avoir d'espérance raisonnable d'une restauration pour le prince légitime. L'intérêt de la société demande alors que la légitimité vienne se joindre à la possession de l'autorité, qui n'était d'abord qu'un simple fait : leur séparation en effet est un mal, elle perpétue la division entre les enfants d'un même pays. Lorsqu'il y a quelque espoir sérieux de rétablir l'ordre premier, cet état de choses peut-être supporté en vue de cette fin. Mais dans l'hypothèse où nous nous plaçons, «lorsqu'un gouvernemet «d'origine irrégulière a fonctionné pendant de longues années, lorsque la «possession a été paisible, continue, lorsqu'il a exercé le pouvoir avec «justice et sagesse, rendu des services éclatants, procuré la paix, l'honneur, «le bonheur au pays, lorsqu'il est accepté et regardé comme légitime par «la presque unanimité, le souverain dépossédé à le devoir de renoncer à «ses droits et doit être considére comme l'ayant fait. C'est surtout dans «l'intérêt de ses sujets qu'il avait la souveraineté : ou l'intérêt de ses sujets «exige visiblement qu'il ne songe plus à la conserver et qu'il s'incline «devant un ordre de choses depuis si longtemps établi.» De Vareille, *op. cit.*, p. 219. R. P. de Pascal, *Phil. mor. et soc.* t. II. pp. 203, 204.

dissentionibus, gubernium de facto, tanquam gubernium de jure ab omnibus civibus habeatur. (1)

---

(1) « Qu'on veuille bien y refléchir, si le pouvoir politique est toujours de Dieu, il ne s'ensuit pas que la désignation divine affecte toujours et immédiatement les modes de transmission de ce pouvoir, ni les formes contingentes qu'il revêt ni les personnes qui en sont le sujet. La variété même de ces modes dans les diverses nations montre à l'évidence le caractère humain de leur origine. Il y a plus, les institutions humaines les mieux fondées en droit et établies dans des vues aussi salutaires qu'on le voudra, pour donner à la vie sociale une assiette plus stable et lui imprimer un plus puissant essor, ne conservent pas toujours leur vigueur conformément aux courtes prévisions de la sagesse de l'homme.

En politique, plus qu'ailleurs, surviennent des changements inattendus. Des monarchies colossales s'écroulent ou se démembrent, comme les antiques royautés d'Orient et l'Empire romain ; les dynasties supplentent les dynasties, comme celle des Carlovingiens et des Capétiens en France : aux formes politiques adoptées, d'autres formes se constituent, comme notre siècle en montre de nombreux exemples. Ces changements sont loin d'être toujours légitimes à l'origine ; il est même difficile qu'ils le soient. Pourtant le *Critérium* suprême du bien commun et de la tranquillité publique impose l'acceptation de ces nouveaux gouvernements établis en fait, à la place des gouvernements antérieurs qui, en fait, ne sont plus. Ainsi se trouvent suspendues les régles ordinaires de la transmission des pouvoirs, et il peut se faire même, qu'avec le temps, elles se trouvent abolies. » LÉON XIII, *aux cardinaux français, 3 mai 1892.*

CAPUT QUINTUM

DE SOCIETATE INTERNATIONALI

Prologus.— Homo natus est ad societatem ineundam cum aliis hominibus non tantum quibusdam, sed omnibus. Omnes enim homines eamdem habent naturam, ad eumdem destinantur finem, unde communitatem quamdam universalem constituunt quam societatem internationalem vocamus. Haec societas *internationalis* dicitur, quia membra ejus sunt nationes, seu societates civiles, quae, ut personae morales, juribus donantur sicut personae physicae, necnon et officiis ad invicem adimplendis. Duplex erit hujus capitis articulus : *de juribus et officiis gentium ; de bello.*

DE SOCIETATE INTERNATIONALI

- De juribus et officiis gentium
  - Juris gentium notio
  - Juris gentium species
    - naturale
    - positivum
  - Jura et officia justitiae inter gentes
    - Jus sui conservandi
    - Jus sui perficiendi
    - Jus libere agendi
    - Illa tria jura revereri
  - Jura et officia charitatis
  - De principio non-interventus
  - De foederibus

De bello

- Belli notio
- Belli species
  - justum, injustum
  - defensivum, offensivum
- Conditiones requisitae ad justitiam belli
  - In bello suscipiendo
    - Ut indicatur auctoritate publica
    - Justa de causa
    - Intentione recta
  - In bello gerendo
    - Non incipiatur nisi, aliis mediis exhaustis, et prius fuerit indictum
    - Fugientur media intrinsece mala
    - Non inferatur majus damnum quam assecutio finis belli postulat
    - Fine obtento, jus bellandi cessat.
- Belli liceitas:
  - Thesis.—Bellum, servatis debitis conditionibus, est in se licitum.
- De tribunali internationali.

ARTICULUS I

DE JURIBUS ET OFFICIIS GENTIUM

I. **Juris gentium notio.**—*Jus gentium*, seu *jus internationale* est *complexus jurium et officiorum, sive naturalium, sive positivorum, quibus gentes ligantur in suis ad invicem relationibus*.

a) Dicitur, *complexus jurium et officiorum*, quia gentes sunt personae morales, ideoque jura et officia realiter habent.

b) Dicitur, *sive naturalium, sive positivorum*, quia illa jura et officia fundantur vel in ipsa lege naturali, vel in legibus positivis, seu potius in conventionibus seu pactis libere inter gentes initis.

c) Dicitur, *quibus gentes ligantur in suis ad invicem relationibus*, quia jus gentium non dicitur de juribus et officiis hominum ad invicem, nec de complexu legum quibus ipsa societas seu civitas cives ad finem dirigit, sed de complexu jurium et officiorum quibus ligatur una natio in relationibus cum aliis nationibus, unde illud jus gentium dicitur etiam jus internationale.

II. **Juris gentium species.**—1° Jus gentium est duplex: *naturale* et *positivum*.

Jus gentium *naturale* est complexus jurium et officiorum, quae vi legis naturalis inter diversos populos vigent.

Jus gentium *positivum* est complexus jurium et officiorum, quae ex liberis conventionibus vel pactis inter gentes initis oriuntur. Illud jus positivum nititur illo praecepto legis naturalis: *pacta sunt servanda*; unde vere et valide ex ipso gentes ligantur. Jura tamen et officia quae ex ipsis pactis oriuntur varia esse possunt, cum ex libera voluntate contrahentium pendeant. Sermo erit igitur tantum de jure gentium naturali.

2° Jura et officia gentium alia autem sunt *juridica* et perfecta quae obligant ex justitia, alia vero *moralia* et imperfecta quae obligant ex charitate.

III. Jura et officia justitiae inter gentes. — 1° Sicut unusquisque homo, qua homo est, jus habet ad sui conservationem, ad sui perfectionem et ad liberam activitatem qua intra limites honestatis talem perfectionem attingit, ita unusquisque status jus habet, ad sui conservationem, ad sui perfectionem et ad liberam sui activitatem exercendam.

Jus *sui conservandi* tria praecipue complectitur. « Nimirum, in homine individuo complectitur jus conservandi vitam, integritatem membrorum aliarumque exteriorum rerum quas ut suas habet, sanitatem seu incolumitatem animi et corporis. In statu vero complectitur jus non amittendi independentiam, in qua vita gentis qua talis consistit: jus nullam in membris, quibus status constat, aut in bonis, quibus gaudet, diminutionem subeundi, jus nullam illius, qua fruitur, prosperitatis jacturam faciendi. » (1)

Jus *sui perficiendi* facultatem praebet adhibendi omnia media idonea et licita ad promovendam securitatem et prosperitatem societatis necnon et legitimam ejus expansionem.

Jus *libere agendi* importat facultatem eis utendi mediis quae aptiora judicantur ad finem societatis attingendum, quin

---

(1) Ferretti, *op. cit.*, t. III, p. 407.

ullus alius status possit hoc propriae activitatis exercitium impedire.

2° Jura et officia sunt correlativa, ideo hisce juribus respondent in aliis statibus officia juridica quorum violatio veram importat injuriam. Haec sunt quidem officia :

« *Primo*, hoc est cujuslibet status officium, nulli alii statui propriam, qua gaudet, independentiam adimere. Hujusmodi officium manifeste respondet juri illi congenito, quod gens quaevis habet ad sui conservationem. Et sane statum aliquem spoliare independentia, idem profecto est ac socialem mortem illi afferre : amissa enim independentia, jam societas civilis non est status, sed pars status alicujus.

« *Secundo*, hoc est cujusvis status officium, revereri dominia et proprietates aliarum gentium. Id autem efficere debet, non eo duntaxat modo, quo princeps civilis tenetur dominia civium revereri, sed ea ratione, qua civis debet alterius civis proprietatem revereri. Nam principi in bona civium competit dominium *altum*. Hoc vero altum dominium nulli statui competit in ordine ad alias gentes : omnes enim status, si revera sint tales, sunt sui juris et ex aequo independentes.

« *Tertio*, unaquaeque gens debet ab iis actibus abstinere, qui alterius gentis tranquillitatem perturbent vel prosperitatem evertant. Tales essent actus confinia alterius gentis ingressu multitudinis armatae violandi : item actus excitandi aut fovendi intestinas in altera gente discordias et rebelliones : necnon actus impediendi, ne altera gens industriis aut commercio det operam, vel alterius gentis amicitia et subsidio perfruatur, vel, ut multa paucis verbis complectamur, ad majus incrementum majoremque perfectionem se licitis mediis promoveat.

« *Quarto*, quilibet status ab eis etiam actibus debet abstinere, qui forent exercitium jurisdictionis in regione non sua. Tales essent actus se immiscendi in politica alterius status

administratione, aut impediendi ne princeps alterius status in suorum jurium exercitio sit liber.

« *Quinto*, quilibet status ab aliorum statuum subditis sive in persona sive in honore sive in rebus, injuste laedendis debet cavere quam maxime. Sicut enim qui laedit manum, per consequens laedit corpus; ita qui membro status alicujus nocet, per consequens ipsum statum injuria afficit. Quod maxime verum est de ipsis summis imperantibus qui scilicet totum cui praesunt, statum juridice in seipsis repraesentant.»[1]

IV. Jura et officia charitatis.--Sicut homines tenentur officio charitatis erga proximum, propter simiiititudinem naturae, ita gentes ad invicem. Igitur de gentibus aeque ac de individuis valent principia : *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.--Quod tibi vis fieri, alteri facias.* In hoc tamen habetur differentia inter amorem mutuum quem homines individui et societates sibi debent, quod saepe homo cedere potest de jure suo bonumque suum temporale negligere in favorem alterius, dum e contra principes in his adjunctis tenentur semper bonum societatis cui praesunt praeferre.

V. De principio non-interventus.--Officiis charitatis ad quae adstringuntur gentes ad invicem, adversatur principium liberalismi moderni quod vocant *de non-interventu*. Illud principium non-interventus enunciari potest : Nulla natio habet jus ferendi opem alteri nationi, sive cum dissentiones internae exoriuntur inter populum et principem, sive cum agitur de aggressione unius nationis ab alia. Illud principium est falsum in se, et in praxi executioni mandari non potest, ideoque absolute rejiciendum.

---

(1) Ferretti, *op. cit.*, 410-412.

THESIS.—PRINCIPIUM NON-INTERVENTUS EST THEORETICE ET PRACTICE REJICIENDUM.

Prima pars.—*Principium non-interventus est falsum seu theoretice rejiciendum.*—Illud principium est falsum ideoque theoretice rejiciendum quod infert negationem juris certi societatis. Atqui principium non-interventus est hujusmodi. Ergo principium non-interventus est theoretice rejiciendum.

Ad minorem.—Unaquaeque enim societas, sicut homo quisquis individuus, jus habet ad sui conservationem, ac proinde potest illa media adhibere quae ad hunc finem vel necessaria vel utilia sunt, dummodo nulla jura certa alterius violentur. Atqui ad sui conservationem vel necessarium vel utile est societati, aeque ac homini individuo, quandoque petere auxilium alterius ad injustam aggressionem repellendam, et in hoc nullum jus alterius gentis laeditur. Ergo unaquaeque natio jus habet petendi auxilium alterius gentis. Nec potest alia natio impedire ne auxilium praestetur : nam sese opponendo, juri nationis auxilium petentis, vel juri nationis auxilium praestantis aeque injuriam inferret. Etenim fit injuria nationi auxilium petenti, ipsam privando mediis ipsi necessariis ad quae jus certum habet ; fit injuria nationi auxilium praestanti, ipsam prohibendo ab exercitio sui juris.—Idem dicendum est de jure interventus quando aliqua natio in plenam anarchiam est lapsa, et auctoritas internis invaditur seditionibus. Etenim, licitum est velle bonum verum et conservationem alterius nationis, ipsique procurare id quod necessarium est ad ejus existentiam, quando haec natio in talibus versatur circumstantiis ut sibi procurare non potest.

Secunda pars.—*Principium non-interventus est practice rejiciendum.*—Illud principium est practice rejiciendum quod in praxi executioni mandari non potest. Atqui principium non interventus executioni mandari non potest. Etenim, ut

natio non interveniat, nihil prorsus facere debet, in favorem neque unius neque alterius partis. Jamvero hoc impossibile est. Nam cum una natio in discrimine ponitur, duae sunt partes, opprimens et oppressa, invadens et invasa. Si non intervenis pro oppressa, jam agis in favorem opprimentis; si impedis quominus alia natio auxilium ferat, jam agis adhuc in favorem alterius partis. Ergo practice illud principium est absurdum, imo et inhonestum, cum potentioribus nationibus facultatem tribuit diripiendi bona aliena.

Jure merito igitur, Pius IX his verbis illud principium reprobavit : « Abstinere non possumus quin, praeter alia, deploremus funestum et perniciosum principium quod vocant de *non-interventu*, a quibusdam guberniis non ita pridem, coeteris tolerantibus, proclamatum et adhibitum etiam cum de injusta alicujus gubernii contra aliud aggressione agatur; ita ut quaedam veluti impunitas ac licentia impetendi ac diripiendi jura aliena ac ditiones ipsas, contra divinas humanasque leges, sanciri videatur. » (1)

Illud principium etiam damnatur in syllabo, propositione 62.

VI. De foederibus.—*Foedera* sunt *pactus inter diversas societates perfectas initi.* Societas civilis est persona moralis, quae contractus inire potest eodem modo ac personae physicae, seu singuli homines. Illi contractus eisdem conditionibus donari debent quoad valorem et liceitatem ac alii contractus privatorum. Quoad obligationem fundantur in eodem praecepto legis naturalis: *pacta sunt servanda.*

---

(1) *Allocut. in Consist. secreto*, 28 sept. 1860.

ARTICULUS II

DE BELLO

I. Belli notio.—*Bellum* est *status plurium nationum liberarum vi certantium, gratia juris tuendi.*

1° Dicitur, *status*, quia distinguere est bellum a proelio.

1° Dicitur, *plurium nationum liberarum*, scilicet, independentium, ut distinguatur bellum a seditione seu rebellione, in qua cives contra cives, vel societas contra principem, praeliantur.

3° Dicitur, *vi certantium*, quia in bello vis infertur vel repellitur.

4° Dicitur, *gratia juris tuendi*, quia bellum suscipitur ad jus vindicandum vel tuendum.

II. Belli species.—Bellum dividitur :

1° *Ratione moralitatis* in justum et injustum.

Bellum *justum* illud est quod fit ex justa causa.

Bellum *injustum* illud est quod ex injusta causa suscipitur.

2° *Ratione finis*, in offensivum et defensivum.

Bellum *offensivum* est illud quod suscipitur ad injuriam vindicandam vel reparandam cujus reparatio obtineri non potuit. Vulgo tamen, bellum offensivum intelligitur de illa gente quae primo vim alteri infert.

Bellum *defensivum* est illud quod suscipitur ad propulsandam injuriam quam inimica vis infert. Unde differt bellum defensivum ab offensivo, in eo quod bellum offensivum supponit injuriam factam esse sed non reparatam, dum bellum defensivum repellit injuriam *in fieri*.

III. Conditiones requisitae ad justitiam belli. – Conditiones aliae requiruntur *in bello suscipiendo*, aliae, *in bello gerendo*.

1° *In bello suscipiendo* tres conditiones, juxta divum Thomam, [1] requiruntur :

« *Primo* quidem *auctoritas Principis*, cujus mandato bellum est gerendum : non enim pertinet ad personam privatam bellum movere ; quia potest jus suum in judicio superioris prosequi : similiter etiam convocare multitudinem, quod in bellis oportet fieri, non pertinet ad privatam personam. Cum autem cura rei publicae commissa sit Principibus, ad eos pertinet rem publicam civitatis, vel regni, seu provinciae sibi subditae tueri ; et sicut licite defendunt eam materiali gladio contra inferiores perturbatores, dum malefactores puniunt, ita etiam gladio bellico ad eos pertinet tueri rempublicam ab exterioribus hostibus.

« *Secundo* requiritur *causa justa*, ut scilicet illi qui impugnantur propter aliquam culpam impugnationem mereantur.» Justa causa est *defensio* reipublicae contra actualem aggressionem hostium ; vel *reparatio gravis damni illati*, vel *vindicta injuriae gravis* quam reparare rei recusant.

« *Tertio* requiritur, ut sit *intentio bellantium recta* ; qua scilicet intenditur, vel ut bonum promoveatur, vel ut malum vitetur.... Potest autem contingere, ut si sit legitima auctoritas indicentis bellum, et causa justa, nihilominus propter

---

(1) *Sum. theol.*, II-II q. 40, a. 1.

pravam intentionem reddatur illicitum : dicit enim Augustinus, in lib. 22 contra Faustum (*cap. 74*) : « Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, impacatus et implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, et si qua sunt similia, haec sunt quae in bellis jure culpantur. » (1)

2° *In bello gerendo*, servandus est modus debitus. Unde:

a) Bellum non incipiatur, nisi certo constet alia via damnum vel injuriam reparari non posse, et nisi prius fuerit indictum. Bellum enim secum trahit ingentia mala, unde ut medium non est adhibendum, nisi aliis exhaustis.

2° Non licet inferre majus damnum quam finis belli assecutio postulat.

3° Media intrinsece mala, ut mendacium, directa occisio innocentium, semper fugienda sunt.

4° Fine belli obtento, jam cessat omne jus bellandi, ideoque non sunt ulteriora damna inferenda.

IV. Belli liceitas.—Bellum, servatis conditionibus debitis, justum est ideoque licitum. Sit igitur

THESIS.—BELLUM, SERVATIS DEBITIS CONDITIONIBUS, EST IN SE LICITUM.

Bellum est defensivum vel offensivum. Atqui utrumque bellum, servatis debitis conditionibus, est licitum. Ergo.

Prima pars minoris.—Bellum defensivum est licitum.—1° Vim vi repellere cunctis, etiam privatis, a natura concessum est, dummodo fiat cum moderamine inculpatae tutelae. Ergo societas civilis jure potitur repellendi vi vim sibi illatam ab alia societate. Atqui bellum defensivum gerere nihil aliud est quam vim vi repellere. Ergo bellum defensivum est in se licitum.

(1) S. THOMAS, *Ibid.*

2° Auctoritas civilis naturali tenetur officio rempublicam conservandi juraque civium tuendi. Atqui ad conservationem reipublicae et ad jura civium tuenda, necessarium est aliquando vim vi repellere, seu bellum defensivum gerere. Ergo non tantum auctoritas potest licite gerere bellum defensivum, sed etiam aliquando debet, ideoque bellum defensivum est licitum.

Secunda pars minoris.—Bellum offensivum est licitum.— 1° « Jus naturae postulat, ut injuria, quae supremo principi aut reipublicae illata est ab altero principe seu republica, non minus reparari et vindicari possit, quam injuria quae privatae personae illata est ab altera privata persona. Atqui quandoque reparari et vindicari non potest, nisi vi armorum : cum nempe qui injuriam intulit nec sponte, nec rogatus vult satisfactionem dare. Ergo bellum etiam offensivum est licitum. » (1)

2° Confirmatur ex communi omnium gentium consensu. Semper enim et ubique terrarum, omnes gentes liceitatem belli offensivi etiam admiserunt.

V. De tribunali internationali.—Tanta sunt mala quae ad bella praeparanda vel gerenda exoriuntur, ut ad ipsa vitanda non tantum opportuna sed necessaria videatur gentium unio quaedam internationalis. Horum malorum congeriam sub *militarismi* nomine, his verbis Leo XIII denuntiavit.

« Ante oculos habemus Europae tempora. Multos jam annos plus specie in pace vivitur quam re. Insidentibus suspicionibus mutuis, singulae fere gentes pergunt certatim instruere sese apparatu bellico. Improvida adolescentium aetas procul parentum consilio magisterioque in pericula

---

(1) Ferretti. *Phil. mor.*, t. III, p. 427.

traditur vitae militaris : validissime pubes ab agrorum cultura, a studiis optimis, a mercaturis, ab artificiis ad arma traducitur. Hinc exhausta magnis sumptibus aeraria, attritae caritatum opes, afflicta fortuna privatorum : jamque ea quae nunc est veluti procincta pax diutius ferri non potest. Civilis hominum conjunctionis talemne esse natura statum ? »[1]

Ad tanta mala vitanda excogitatum est a pluribus constituendum esse *tribunal internationale* cujus foret componere lites quae inter diversas gentes oriuntur.

Ut tribunal illud apud gentes auctoritate valere possit, et facilius sententiae ipsius accipiantur, visum est pluribus, etiam acatholicis, *Summum Pontificem* in praesidem hujus tribunalis esse instituendum.

« *Si auream aetatem reducere cupimus,* ait ipse Leibnitz, *ad dirimendas lites principum aliquod tribunal erigendum et huic praeficiendus est Papa, utpote qui olim revera judex inter christianas potestates extiterit.* »

---

(1) *Epist. ad principes populosque universos*, 20 junii, 1894.

CAPUT SEXTUM

DE SOCIETATE RELIGIOSA

Prologus.—Absoluto sermone de societate civili, ultimum caput hujus libri considerationem instituit de societate religiosa : domus enim, professio, civitas, Ecclesia, en sunt diversae hominum societates de quibus edisserendum erat. Breviter igitur dicemus de Ecclesia : de natura ejus, de relationibus inter statum et Ecclesiam. Unde duo erunt articuli hujus capitis.

DE SOCIETATE RELIGIOSA

- De natura Ecclesiae
  - Societatis religiosae et Ecclesiae notio
  - « « « necessitas
  - « « « finis
  - « « « superioritas
  - Ecclesia catholica
    - est vera societas
    - « societas necessaria
    - « societas perfecta
    - corollaria
  - De potestate ecclesiastica :
    - Potestas ecclesiastica est natura sua omnino independens a potestate civili.
    - Potestas civilis aliquo modo est subjecta potestati spirituali Ecclesiae.
    - Corollaria
  - De jure Ecclesiae in scholas :
    - Ecclesia plenissima gaudet facultate docendi independente societate seu potestate civili
    - Corollaria
  - De Romano Pontifice.

- De relationibus inter Ecclesiam et statum
  - Ordo materiae
  - De separatione inter Ecclesiam et statum.
  - De mutuis relationibus inter Ecclesiam et Statum
  - De atheismo politico
  - De liberalismo
    - De libertate conscientiae
    - De libertate cultuum
    - De libertate docendi et preli

ARTICULUS I

DE NATURA ECCLESIAE

I. Societatis religiosae et Ecclesiae notio.— Societas religiosa est hominum associatio, ut mutuis auxiliis, facilius et perfectius ea quae sunt religionis adimpleant. (1) Homo enim officiis religionis adstringitur erga Deum, quae quidem officia maximi momenti sunt, cum Deus sit finis ipsius hominis ultimus. Quemadmodum autem homines consociantur ad fines particulares et immediatas facilius attingendos, ita societatem religiosam seu Ecclesiam ingrediuntur ad facilius exhibendum Deo cultum debitum, et ad securius assequendum finem suum ultimum. Jamvero Deus, ut ex revelatione et historia constat, specialem cultum, sibi reddendum determinavit specialemque Ecclesiam instituit, nempe Ecclesiam christianam quae definitur : coetus fidelium qui ejusdem verae fidei professione, eorumdem sacramentorum communione colligati, eidem legitimo pastori, Romano scilicet Pontifici, subjiciuntur.

(1) *Zigliara.* Summa phil. t: III, p. 281.

II. **Ecclesiae necessitas.**—Quanta sit necessitas societatis religiosae ex sequenti thesi apparet.

THESIS.—HOMO NATURA SUA AD SOCIETATEM RELIGIOSAM ORDINATUR.

Homo essentialiter adstringitur ad officia religionis erga Deum adimplenda. Prima enim obligatio cujuscumque entis est tendere ad finem suum, ipsumque attingere. Jamvero homo non potest tendere ad Deum finem suum ultimum, nec ad ipsum attingere sine religione. Unde recte de Deo sentire, ipsi cultum tum internum tum externum exhibere, en sunt praecipua et necessaria hominis officia. Atqui homo ex seipso non potest neque recte sentire de Deo, neque ipsi exhibere cultum debitum sive internum, sive externum. Sicut ergo homo natura sua ordinatur ad societatem civilem ex necessitate sibi procurandi perfectionem naturalem, ita, et multo magis, a natura ordinatur ad societatem religiosam ex necessitate adimplendi officia religionis.

III. **Finis societatis religiosae.**—Finis societatis religiosae est interna perfectio hominis in ordine ad Deum, qua perfectione homo sibi vindicat felicitatem vitae aeternae. Homines enim societatem religiosam ineunt ut facilius et perfectius Deum cognoscant, ament et attingant. Deum autem cognoscere, amare, possidere, tota et principalis est hominis perfectio, necnon et perfecta beatitudo seu felicitas aeterna. Hic est igitur finis societatis religiosae, nempe homines sanctificare, seu moraliter perficere, necnon ad finem felicitatis seu beatitudinis aeternae perducere.

IV. **Societatis religiosae superioritas et nobilitas.**—Superioritas et nobilitas societatis religiosae apparet ex comparatione cum societate civili.

THESIS.—SOCIETAS RELIGIOSA NATURA SUA SUPERIOR EST SOCIETATE CIVILI, IDEOQUE AUCTORITAS RELIGIOSA SUPERIOR EST AUCTORITATE CIVILI.

Prima pars.—Ea quae sunt ad finem nobilitatem suam et superioritatem desumunt ex nobilitate et superioritate ipsius finis. Atqui finis societatis religiosae nobilior et superior est fini societatis civilis: societas enim religiosa ordinatur ad bonum spirituale et ad felicitatem aeternam hominis, dum societas civilis bonum materiale prosequitur necnon et felicitatem temporalem. Ergo sicut anima superat corpus, ita societas religiosa natura sua superior est societate civili.

Secunda pars.—Auctoritas socialis a societate cui praeest naturam suam sortitur. Atqui societas religiosa natura sua superior et nobilior est societate civili. Ergo auctoritas religiosa superior et nobilior est auctoritate civili.

V. Ecclesia catholica.—Ecclesia catholica a Deo supernaturaliter instituta, societatem religiosam constituit, quam omnes homines vi ipsius voluntatis divinae, ingredi debent ut possint reddere Deo cultum ipsi debitum; ideo Ecclesia catholica perfectiones ipsius religiosae societatis sibi vindicat.

THESIS. — ECCLESIA CATHOLICA VERAM NATURAM SOCIETATIS SIBI VINDICAT; EST SOCIETAS NECESSARIA, PERFECTA.

Prima pars.—*Ecclesia catholica est vera societas*—Quatuor requiruntur ad rationem verae societatis: *aggregatio* hominum, *finis* communis, *unio* virium, intellectuum et voluntatum in finem conspirantium, tandem *auctoritas*, principium illius unionis. Atqui in Ecclesia Catholica illae quatuor conditiones verificantur, cum haec Ecclesia sit hominum associatio ad finem vitae aeternae obtinendum, unitis viribus,

intellectibus et voluntatibus, sub una suprema auctoritate Christi et Vicarii ejus in terris Romini Pontificis, qui omnia ordinat et dirigit. Ergo Ecclesia catholica est vera societas.

Secunda pars.—*Ecclesia catholica est societas necessaria.*—Illa societas est necessaria extra quam homo non potest officia sua erga Deum adimplere, ideoque finem suum obtinere. Atqui Ecclesia catholica est societas hujusmodi. Etenim Deus utens jure suo specialem cultum determinavit sibi exhibendum, ut ex revelatione constat, et specialem societatem, nempe Ecclesiam catholicam instituit, qua talis cultus sibi ipsi exhibetur. Cum autem officium religionis adstringit hominem ad reddendum Deo non quemcumque cultum, nec quocumque modo, sed illum cultum et eo modo quem Deus determinavit ac imposuit, nisi homo hanc societatem supernaturaliter institutam ingrediatur, non potest officia religionis adimplere, nec ideoque finem suum ultimum attingere. Ergo Ecclesia catholica est societas necessaria.

Tertia pars. — *Ecclesia catholica est societas perfecta.* — Societas perfecta est illa quae, independens in genere suo ab alia societate, media ad finem suum obtinenda in se habet, ideoque non ordinatur ad aliam societatem a qua dependeat et suam perfectionem obtineat. Unde tria requiruntur ad rationem societatis perfectae : ut non sit pars alterius societatis, ut finis ejus non sit in eodem genere subordinatus fini alterius societatis, ut habeat in se media necessaria ad finem suum obtinendum. Jamvero Ecclesia catholica non est pars alterius societatis, e contra omnes alias societates complectitur ; finis Ecclesiae est supremus, nullo modo fini alterius societatis subordinatus ; tandem Ecclesia habet in se, non autem a societate civili mutuata, omnia media ad finem suum obtinendum, ad homines nempe sanctificandos et in bonum

vitae aeternae ducendos. Ergo Ecclesia catholica est societas perfecta. (1)

VI. Corollaria.— 1° Ecclesia catholica omnia jura societatis perfectae sibi vindicat, ideoque plenissimo jure habet potestatem legislativam, judiciariam et coactivam.

2° Ecclesia catholica habet jus acquirendi et possidendi omnia bona quae ad finem suum attingendum sunt necessaria.

VII. De potestate ecclesiastica.— Ecclesia catholica, cum sit vera societas et perfecta, veram habet auctoritatem sine qua societas non datur. Determinanda est natura hujus potestatis. Duplex datur potestas Ecclesiae: una quae dicitur *ordinis*, et ordinatur ad sacramenta conficienda, alia quae vocatur *jurisdictionis*, et ordinatur ad regendum subditos. Hic non agitur de potestate ordinis sed jurisdictionis.

THESIS I.—POTESTAS ECCLESIASTICA, IN ROMANO PONTIFICE UT IN SUBJECTO RESIDENS, EST NATURA SUA OMNINO INDEPENDENS A POTESTATE CIVILI.

1° Natura cujuslibet potestatis ex fine ad quem essentialiter ordinatur et propter quem instituta est, necessario desumitur. Atqui finis societatis ecclesiasticae, nempe vera religio et vita aeterna, est absolute independens a quacumque terrena potestate, et omnino supra ipsam : etenim civilis potestas circa bona terrena, et felicitatem vitae praesentis immediate versatur. Ergo auctoritas ecclesiastica est natura sua omnino independens a potestate civili. (2)

---

(1) « Oui, l'Église constitue une société juridiquement parfaite dans son genre, parce que, de l'expresse volonté et par la grâce de son fondateur, elle possède en soi et par elle-même toutes les ressources qui sont nécessaires à son existence et à son action. » LÉON XIII, *Immortale Dei.*

(2) « Comme la fin à laquelle tend l'Eglise est de beaucoup la plus noble de toutes, de même son pouvoir l'emporte sur tous les autres et ne peut en aucune façon être inférieur ou assujetti au pouvoir civil. » LÉON XIII, *Immortale Dei.*

2° Ecclesia est societas perfecta. Atqui societas perfecta est independens a potestate cujuscumque alterius societatisin membris suis ad finem dirigendis. Ergo potestas ecclesiastica est independens a potestate civili.

THESIS II. — POTESTAS CIVILIS ALIQUO MODO EST SUBJECTA POTESTATI SPIRITUALI ECCLESIAE.

Societates et auctoritates earum sese habent ad invicem sicut fines ipsarum. Atqui finis societatis civilis aliquo modo subordinatur fini societatis ecclesiasticae eique subordinatur : finis enim immediatus societatis civilis est felicitas imperfecta hujus vitae, in finem vitae aeternae ordinanda quae est finis Ecclesiae. Ergo potestas civilis aliquo modo est subjecta potestati spirituali Ecclesiae.

Dicitur *aliquo modo*, quia societas civilis in genere suo est societas perfecta, et ideo a societate ecclesiastica independens.(1) Haec igitur subjectio protestatis civilis non consistit in eo, quod in rebus temporalibus et sub respectu finis temporalis, societas civilis Ecclesiae subjiciatur, sed in hoc, quod *primo* quidem in rebus quae directe ad Dei cultum, vel ad mores pertinent, legibus Ecclesiae sese conformare debeat civitas, *secundo* autem in rebus temporalibus, concurrente necessitate finis supernaturalis, societas civilis Ecclesiae cedere etiam debeat.

VIII. Corollaria. — 1° Ecclesia potestatem immediate exercet in omnes fideles independenter ab auctoritate civili.

---

(1) « Dieu a donc divisé le gouvernement du genre humain entre deux puissances : la puissance ecclésiastique et la puissance civile ; celle-là préposée aux choses divines, celle-ci aux choses humaines, chacune d'elles en son genre est souveraine, chacune est renfermée dans des limites parfaitement déterminées et tracées en conformité de sa nature et de son but spécial. Il y a donc comme une sphère circonscrite, dans laquelle chacune exerce son action *jure proprio.* » LÉON XIII, *Immortale Dei*.

2° Auctoritas civilis non habet jus subjiciendi regio *Placet* documenta et acta pontificia. *Placet* est sanctio seu approbatio quam civilis auctoritas impertitur bullis ac brevibus Pontificis, ceterisque actibus auctoritatis ecclesiasticae, ut vim in sua ditione habeant.

IX. De jure Ecclesiae in scholas. (2) — Christus Dominus Ecclesiam instituit ut munere magistri fungeretur: *Euntes, docete omnes gentes*; unde prima functio et primum jus Ecclesiae in facultate docendi consistit.

THESIS.— ECCLESIA PLENISSIMA GAUDET FACULTATE DOCENDI INDEPENDENTER A POTESTATE CIVILI.

Praenotio.—Cum in praesenti thesi affirmatur *plenissima* facultas docendi Ecclesiae, hoc non intelligitur tantum de facultate praedicandi veritatem revelatam omnibus gentibus, sed de potestate aperiendi scholas in quibus fideles instituantur et doceantur, seligendi magistros, determinandi methodos, libros, etc;

Demonstratur.—1° Ecclesia est societas perfecta a societate civili independens, ad perfectionem intellectualem et moralem hominum procurandam instituta. Atqui omnis societas jus habet ad ea media adhibenda quae ad finem suum obtinendum sunt necessaria; ad perfectionem autem intellectualem et moralem hominum procurandam maxime conferunt scholae. Ergo Ecclesia jus habet et officium aperiendi scholas et docendi independenter a potestate civili.

2° Officium et jus sunt correlativa; unde qui habet officium ducendi aliquem in finem, habet jus determinandi omnia quae sunt ad finem. Atqui primum et praecipuum

---

(2) Cf. MGR PAQUET, *L'Eglise et l'Education*, IIe partie, c. III. *Les droits de l'Eglise en matière scolaire.*

Ecclesiae officium in munere docendi consistit. Etenim Ecclesia est societas essentialiter doctrinalis, cum sit essentialiter a Deo ordinata ad perficiendum suos subditos quoad intellectum et voluntatem, et habeat magisterium doctrinale a Deo sibi commissum. Ergo Ecclesia jus habet non tantum aperiendi scholas, sed praescribendi methodos, eligendi magistros et libros, conferendi gradus academicos, uno verbo determinandi omnia quae ad munus suum docendi spectant. Ergo Ecclesia plenissima gaudet facultate docendi independenter a potestate civile.

3° Non dicatur Ecclesiam jus habere in his quae ad scientiam sacram seu ad theologiam spectant, non autem ad alias scientias. Omnes enim veritates sunt connexae, et quia Ecclesia sese habet ut magister et custos veritatis supernaturalis et religiosae, non potest non habere jus mediatum saltem et indirectum in alias veritates seu scientias naturales quae necessario relationem important ad veritatem christianam. Ergo principaliter et immediate Ecclesia jus habet circa scientiam theologicam, secundario et mediate jus habet etiam quoad magisterium scientiarum naturalium. (1)

Corollaria.—Jura Ecclesiae in scholas hoc modo enumerantur a Cathrein. (2)

---

(1) « La vérité est une. Toutes les connaissances humaines s'enchaînent les unes aux autres par des liens d'étroite parenté, et le moyen le plus sûr, la méthode la plus efficace dont dispose l'Église pour imprégner les esprits des saines notions religieuses qu'elle est chargée de répandre, c'est bien de prendre elle-même en main l'œuvre générale de l'éducation, de la confier à ses prêtres, à ses pieuses congrégations d'hommes et de femmes, à des personnes d'une vertu éprouvée et d'une science reconnue, et de mener ainsi de front, par un harmonieux développement, l'instruction religieuse et l'instruction proprement civile. *Lettre pastorale* de NN. SS. les Archevêques et Evêques des provinces ecclésiastiques de Québec, Montréal et Ottawa sur l'*Education*, 19 mars 1894. (Mandements des Evêques de Québec, nouv. série, t. IV.

(2) *Phil. mor.* pp. 409-410.

1° «Ecclesia, utpote societas perfecta et independens, in exercitio muneris a Christo sibi commissi omnes homines instruendi, educandi et dirigendi in religione christiana, est plane sui juris, in eoque a nemine legitime impediri potest. Imo cum educatio religiosa sit nobilior educatione profana, haec priori ita subordinetur oportet, ut eam non solum non impediat, sed positive juvet. *Supremum igitur jus inspectionis omnium scholarum* etiam earum, quae a gubernio erectae sunt, supposito quod ibi infantes baptizati educentur, per se *pertinet ad Ecclesiam*.

2° Vi hujus juris Ecclesia scholas visitare potest, et exigere, ut pericula infantibus imminentia, v. g, ex parte malorum magistrorum aut pravorum librorum, removeantur, quod valet non solum de scholis elementariis, sed de omnibus, universitatibus non exceptis.

3° Nemo potest docere religionem catholicam, nisi qui habeat ab Ecclesia mandatum (missionem canonicam) ; quod si Ecclesia alicui hoc mandatum subtrahat, ille non potest absque laesione juris ecclesiastici in suo munere permanere aut a gubernio in eodem conservari.

4° Cum Ecclesia habeat officium et jus ad religiosam educationem, habet etiam jus ad omnia, quae ad hoc munus rite exercendum requiruntur. Potest igitur, si hoc ei alicubi ad religiosam educationem necessarium videatur, parentibus praecipere, ut infantes per certum tempus in aliquam scholam mittant. Quamvis enim litteraria instructio per se non spectet ad finem Ecclesiae, potest tamen hac instructione tanquam medio uti ad religiosam educationem, si hoc necessarium sit. Jus enim naturale parentum ad educationem filiorum juri supernaturali Ecclesiae subordinatur. In hoc igitur casu potest *nomine et auctoritate* Ecclesiae etiam auctoritas civilis parentes lege obligare, ut infantes per aliquod tempus in scholam ab Ecclesia (saltem tacite) approbatam mittant.

5° Auctoritas civilis non potest sine injuria contra

Ecclesiam infantes cogere, ut certas et determinatas scholas adeant, si Ecclesia easdem scholas religioni et bonis moribus nocivas declarat. Judicio autem Ecclesiae tales sunt scholae mixtae seu religionis expertes.

6° Sicut singulae familiae, ita a fortiori Ecclesia pro suo arbitrio scholas etiam profanas erigere, erectas ordinare et regere potest.

Et hoc valet etiam respectu scholarum superiorum. Imo Ecclesia non solum jus naturale habet ad erectionem et directionem scholarum, sed etiam jus *historicum*, per decursum temporis acquisitum. Ipsa enim est mater scholarum, quae plurimas scholas, quae ab aliis fundatae erant, summum jus inspectionis nemine contradicente per multa saecula libere exercebat.

Ex dictis erues, quid de *libertate instructionis* sentiendum sit.

1° In ordine *naturali* auctoritas civilis habet jus et officium impediendi, ne doctrinae legi naturali aperte contrariae et perniciosae publice doceantur. Ultra hos limites nullum habet jus singulos prohibendi, quominus alios doceant.

2° In ordine *supernaturali* sola per se vera religio christiana doceri potest. Hinc auctoritas civilis, saltem catholica et in regnis catholicis, per se permittere non potest, ut quaelibet secta errores suos in scholis publice doceat. Quod si per iniquitatem temporum catholicis eligendum sit, ut aut infantes suos scholis gubernii pervertendos tradant, aut in omnimodam libertatem instructionis omnibus concessam consentiant, recte hanc illimitatam libertatem instructionis tanquam minus malum admittere aut etiam exigere possunt.»

X. De Romano Pontifice.—Suprema potestas ecclesiastica residet in Romano Pontifice, legitimo successore Petri Apostoli in cathedra romana. Auctoritas qua pollet in regimine Ecclesiae est quidem spiritualis, et sese extendit ad

omnes fideles ; non excludit tamen regiam potestatem temporalem quae Summo Pontifici non tantum conveniens invenitur, sed etiam necessaria.

THESIS.—ROMANUS PONTIFEX POTEST ESSE REX, SEU HABERE DOMINIUM TEMPORALE ; IMO DECET, AC ETIAM NECESSE EST UT HABEAT.

Prima pars.— *Romanus Pontifex potest esse rex.*—Non est cur Romanus Pontifex non posset esse rex : unicuique enim homini potestas regia de se competere potest ; cur denegaretur Summo Pontifici quod omnes personis laïcis concedunt? Non dicatur auctoritatem spiritualem qua Summus Pontifex praeditus est, impedire ne possit auctoritate etiam politica et temporali subditos regere. Nulla enim habetur in se oppositio inter utramque auctoritatem spiritualem et temporalem : illae quidem auctoritates fines prosequuntur diversos, sed qui intime ad invicem connectuntur, et quoruum unus alteri subordinatur. Ergo Romanus Pontifex potest esse rex.

Secunda pars.—*Decet ut habeat dominium temporale.*— Romanus Pontifex spirituali potestate gaudet qua fit superior cunctis regibus terrae, et terrenas potestates sibi habet subjectas. Atqui decet ut qui superiori potestate insignitur et omnes terrenas potestates sibi habet subjectas, nulla ratione hujusmodi potestatibus subjiciatur. Ergo non tantum Summus Pontifex potest esse rex, sed decet ut dominium temporale habeat, et nulli terrenae potestati sit subjectum.

Tertia pars.—*Necesse est ut habeat dominium temporale.*— Necesse est enim ut in exercitio suae potestatis, Summus Pontifex tali gaudeat independentia ut libere et semper cum omnibus fidelibus possit communicare. Atqui hoc liberum exercitium supremae potestatis ecclesiasticae exigit in Romano Pontifice temporale dominium spirituali conjunctum : secus enim in exercitio spiritualis potestatis subjiceretur potestati

civili a qua impediri posset.[1] Unde recte concludit Pius IX, in Litteris Apostolicis quibus indixit poenam excommunicationis contra invasores ditionis pontificiae: « A Deo ipso sapientissime consultum est, ut in tanta temporalium Principum multitudine ac varietate Summus Pontifex illa frueretur politica libertate, quae tantopere necessaria est ad spiritualem suam potestatem, auctoritatem et jurisdictionem toto orbe absque ullo impedimento exercendam. Atque ita plane decebat ne catholico orbi ulla oriretur occasio dubitandi, impulsu fortasse civilium potestatum vel partium studio duci quandoque posse, in universali procuratione gerenda. Sedem illam ad quam propter potiorem principalitatem necesse est omnem Ecclesiam convenire. »[2]

---

(1) « Le Souverain Pontife est le docteur de tout le monde catholique, des peuples et des souverain . des individus et des sociétés. Personne quelle que soit sa qualité, n'est en dehors de la sphère morale et religieuse de la juridiction du Pontife. Alors, pour que les paroles de Pierre soient reçues par le monde avec le respect qui leur est dû, il est nécessaire qu'elles parviennent aux oreilles du monde dans toute leur clarté, que leur ton indique que ce sont les paroles de Pierre. Il faut qu'elles n'apportent avec elles rien qui puisse faire soupçonner qu'elles aient été imposées à Pierre par des hommes qui lui sont étrangers et qui n'ont aucune autorité d'ordre moral ou spirituel.

Si le Souverain Pontife est le sujet du roi d'Italie, quelle garantie y a-t-il, pour les autres peuples et les autres souverains, leur prouvant que, par la crainte ou par la faveur, les influences italiennes n'ont pas pénétrées dans le Vatican, et que les intérêts italiens ne seront pas servis par les paroles et les actes du Pape ? Si Léon était un sujet italien, la France aurait-elle, il y a quelques années, reçu avec le même respect la lettre qu'il lui adressait sur les devoirs des catholiques français envers le gouvernement existant, la république française ? L'empereur d'Allemagne, avec son ambition et son orgueil nationaux, serait-il charmé de voir un sujet d'un autre souverain, adresser la parole aux catholiques de son empire ? Le péril de telles jalousies nationales serait d'autant plus grand si, comme cela peut arriver, les nations étrangères étaient à cette époque en guerre avec le roi d'Italie. » Mgr Ireland, *Discours* prononcé à Washington, église S. Patrice 1901.

(2) « Il ne convient pas que le Pape soit à Paris, ni à Versailles, ni à Vienne. Il doit être à Rome, que les siècles lui ont donnée. Et les siècles ont bien fait, Napoléon I.

ARTICULUS II

DE RELATIONIBUS INTER ECCLESIAM ET STATUM

I. **Ordo materiae.**—Naturam Ecclesiae exposuimus necnon absolutam ejus independentiam a potestate civili ; ex altera parte explicata fuit natura societatis civilis quae in genere suo, aeque ac Ecclesia, societas est perfecta. Cum autem utraque societas auctoritatem exercet in eosdem homines, relationes intimae inter utramque habeantur oportet. Necesse est igitur ut de his relationibus inter Ecclesiam et statum dicamus. Illae vero relationes non sunt *oppositionis*, nec *separationis*, sed *mutuae* unionis. (1) Huic tamen doctrinae opponuntur tum *Atheismus politicus*, qui contendit statum politicum ita posse gerere se ac si nulla extaret societas

---

(1) « S'il en était autrement, il naîtrait souvent des causes de funestes contentions et de conflits, et souvent l'homme devrait hésiter, perplexe, comme en face d'une double voie, ne sachant que faire, par suite des ordres contraires de deux puissances dont il ne peut en conscience secouer le joug. Il répugnerait souverainement de rendre responsable de ce désordre la sagesse et la bonté de Dieu, qui dans le gouvernement du monde physique, pourtant d'un ordre bien inférieur, a si bien tempéré les unes par les autres, les forces et les causes naturelles, les a fait s'accorder d'une façon si admirable qu'aucune d'elles ne gêne les autres, et que toutes, dans un parfait ensemble, conspirent au but auquel tend l'univers. » LÉON XIII, *Immortale Dei*.

religiosa et Deus non existeret, tum *Liberalismus*, cujus doctrina multis variisque modis Ecclesiae jura offendit. Dicemus ergo, *primo*, de separatione inter Ecclesiam et statum ; *secundo*, de mutuis relationibus utriusque ; *tertio*, de *Atheismo politico* ; *quarto* de *Liberalismo*.

II. **De separatione inter Ecclesiam et statum.**—Separatio Ecclesiae et status consistit in eo quod civitas neutralitatem profitetur respectu Ecclesiae, secundum illud principium :— *Ecclesia sit libera in statu libero*. Civitas igitur in statu separationis nullo modo ad Ecclesiam attendit, nullo modo eam fovet, sed religionem ut rem privatam habet, et omnes cultus tolerat. Licet ille separationis status ut minus malum tolerari possit, imo exoptari possit in quibusdam circumstantis, tamen per se rejici debet.

THESIS.—REJICIENDA EST OMNIMODA SEPARATIO INTER ECCLESIAM ET STATUM.

1° Non potest dici per se conveniens Ecclesiae et Civitati status, qui, paci, unitati et ordini generis humani contrariatur, et natura sua perpetuis dissensionibus et rixis ansam praebet. Atqui hujusmodi est status omnimodae separationis inter Ecclesiam et statum. Ergo rejicienda est omnimoda illa separatio.

Ad minorem.—Etenim Ecclesia et Civitas eosdem homines, in eodem territorio, et saepe in eadem materia, licet sub diverso respectu, sibi subjectos habent. Atqui in his adjunctis, admissa omnimoda separatione, fieri non potest ut leges contrariae vel jussa opposita ab utraque potestate ecclesiastica et civili, de eadem materia non dimanant ; v. g. Ecclesia dictat tali die a laboribus esse abstinendum, Civitas e contrario eodem die laborandum esse declarat ; Ecclesia certa matrimonia illicita et nulla affirmat, Civitas eadem matrimonia ut legitima habet. Aut igitur admittenda sunt

perpetua jurgia inter Statum et Ecclesiam, aut necessitas juridicae et mutuae unionis.

2° Societas civilis, aeque ac homo individuus, tenetur exhibere Deo cultum debitum, eoque modo quo Deus praescripsit. Atqui Deus unicum praescripsit cultum ab omnibus exhibendum, nempe christianum. Ergo societas civilis tenetur exhibere Deo cultum christianum. Atqui ad solam Ecclesiam pertinet determinare ea quae ad cultum christianum pertinent. Ergo status non potest non agnoscere Ecclesiam, eique non favere, et ideo separatio omnimoda inter Statum et Ecclesiam non potest admitti.

III. De mutuis relationibus inter Ecclesiam et Statum. — Leo XIII, in Litteris encyclicis *Immortale Dei*, doctrinam catholicam de relationibus inter Ecclesiam et Statum sequentibus verbis proposuit.

« Deus humani generis procurationem inter duas potestates partitus est, scilicet ecclesiasticam et civilem, alteram quidem divinis, alteram humanis rebus praepositam. [1] Utraque est in genere suo maxima : habet utraque certos, quibus

---

(1) « Dieu a donc divisé le gouvernement du genre humain entre deux puissances : la puissance ecclésiastique et la puissance civile ; celle-là préposée aux choses divines, celle-ci aux choses humaines. Chacune d'elles en son genre est souveraine ; chacune est renfermée dans des limites parfaitement determinées et tracées en conformité de sa nature et de son but spécial. Il y a donc une sphère circonscrite dans laquelle chacune exerce son action *jure proprio.* Toutefois leur autorité s'exerçant sur les mêmes sujets, il peut arriver qu'une seule et même chose, ressortisse à la juridiction et au jugement de l'une et l'autre puissance. Il était donc digne de la sage Providence de Dieu, qui les a établies toutes l s deux, de leur tracer leur voie et leur rapport entre elles. ***Les puissances qui sont ont été disposées par Dieu***

Il est donc nécessaire qu'il y ait entre les deux puissances un système de rapports bien ordonné, non sans analogie avec celui qui dans l'homme, constitue l'union de l'âme et du corps. On ne peut se faire une idée de la nature et de la force de ces rapports qu'en considérant comme nous l'avons dit, la nature de chacune des deux puissances, et en tenant compte de l'excellence et de la noblesse de leurs buts, puisque l'une a pour fin prochaine et spéciale de s'occuper des intérêts terrestres, et l'autre de procurer

contineantur, terminos, eosque sua cujusque natura causaque proxima definitos; unde aliquis velut orbis circumscribitur, in quo sua cujusque actio jure proprio versetur. Sed quia utriusque imperium est in eosdem, cum usuvenire possit, ut res una atque eadem, quanquam aliter atque aliter, sed tamen eadem res ad utriusque jus judiciumque pertineat, debet providentissimus Deus, a quo ambae sunt constitutae, utrius quo itinere recte atque ordine composuisse. *Quae autem sunt a Deo ordinatae sunt* (*Rom.* XIII, 1).

« Itaque inter utramque potestatem quaedam intercedat necesse est ordinata colligatio: quidem conjunctioni non immerito comparatur, per quam anima et corpus in homine copulantur. Qualis autem et quanta ea sit, aliter judicari non potest, nisi respiciendo, uti diximus, ad utriusque naturam, habendaque ratione excellentiae et nobilitatis causarum; cum alteri proxime maximeque propo itum sit rerum mortalium curare commoda, alteri coelestia ac sempiterna bona comparare.--Quidquid igitur in rebus humanis quoquo modo sacrum, quidquid ad salutem animarum cultumve Dei pertinet, sive tale illud sit natura sua, sive rursus tale intelligatur propter causam ad quam refertur, id est omnes in potestate arbitrioque Ecclesiae: coetera vero, quae civile et politicum genus complectitur, rectum est civili auctoritate esse subjecta, cum Jesus Christus jusserit, quae Caesaris sunt, reddi Caesari, quae Dei, Deo. »

Ex hisce verbis Leonis XIII, facile apparet quaenam relatio juridica intercedit Ecclesiam inter et civitatem.

---

les biens célestes et éternels.—Ainsi tout ce qui, dans les choses humaines, est sacré à un titre quelconque, tout ce qui touche au salut des âmes et au culte de Dieu, soit par sa nature, soit par rapport à son but, tout cela est du ressort de l'autorité de l'Eglise. Quant aux autres choses qu'embrasse l'ordre civil et politique, il est juste, qu'elles soient soumises à l'autorité civile, puisque Jésus-Christ a commandé de rendre à César ce qui est à César, et à Dieu ce qui est à Dieu. » Leon XIII, *Immortale Dei.*

1° Tum Ecclesia, tum societas civilis sunt societates perfectae et independentes in genere suo.

2° Natura et finis unius et alterius societatis naturam relationum inter utramque determinat.

3° Cum Ecclesia bonum spirituale et aeternum, civitas bonum materiale et temporale prosequitur, « potestas saecularis subditur spirituali, sicut corpus animae. » (1)

4° Hinc Ecclesia non subest potestati civili; potestas civilis in mere temporalibus Ecclesiae non subest; sed in spiritualibus *directe*, in temporalibus quae ad spiritualia relationem dicunt *indirecte* Ecclesiae subjicitur. « Et ideo non est usurpatum judicium, si spiritualis praelatus se intromittat de temporalibus quantum ad ea, in quibus ei subditur saecularis potestas, vel quae ei a saeculari potestate relinquuntur ». (2)

5° Hinc societas civilis tenetur officio non praepediendi legibus suis *existentiam et actionem Ecclesiae* (3). Insuper societas civilis tenetur officio protegendi jura Ecclesiae, (4)

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, II-II, q. 60, a. 5, ad 3.
(2) S. Thomas, *Ibid.*
(3) « Il faut admettre que l'Eglise est de sa nature et de plein droit non moins que l'Etat une société parfaite; que les dépositaires du pouvoir ne doivent pas prétendre asservir et subjuguer l'Eglise, ni diminuer sa liberté d'action dans sa sphère, ni lui enlever n'importe lequel des droits qui lui ont été conférés par Jésus-Christ. » Léon XIII, *Immortale Dei.*
(4) « Parmi les droits inviolables de l'Eglise, les uns ont pour objet l'unité et l'indissolubilité du mariage, l'immunité des clercs, l'existence des communautés religieuses d'hommes et de femmes, la sépulture chrétienne; d'autres, les biens matériels dont dispose l'Eglise, les legs pieux dont elle a la garde, le culte catholique et le libre déploiement des cérémonies liturgiques. Il n'en est aucun cependant qui lui soit plus cher, qu'elle défende avec plus d'énergie et de constance que le droit d'énseignement.

« L'Eglise seule a le pouvoir de prêcher la vérité révélée, celui d'ouvrir et de diriger des séminaires. Elle possède le droit, quoique non exclusif, d'enseigner les lettres, les sciences et les arts, par suite le droit de fonder des écoles et des Universités. L'Eglise a encore la haute surveillance des écoles publiques en tout ce qui concerne la foi et la morale. Que l'Etat

juvandi eam per auxilium, necnon ipsi cedendi quando necessitas finis spiritualis hoc exigit. Proinde quando Ecclesia judicat aliquam legem vel ordinationem in re temporali esse aliquo modo bono spirituali subditorum nocivam, tenetur potestas civilis talem legem seu ordinationem abrogare vel mutare : auctoritas enim ecclesiastica jure pollet obligandi civitatem ad talem abrogationem seu mutationem faciendam.

IV. **De atheismo politico.**—Atheismus politicus, denegans mutuam et juridicam unionem inter Ecclesiam et Statum, docet auctoritatem civilem ita posse genere se quasi Deus vel religio seu Ecclesia non existeret. Haec subversiva doctrina sequenti thesi refutatur.

THESIS.—Atheismus politicus est absurdus.

1° Absurda est illa doctrina quae primo et principali civitatis officio adversatur. Atqui atheismus politicus est hujusmodi. Etenim, ut saepe diximus, primum et principale officium civitatis, aeque ac hominis individui, consistit in cultu reddendo Deo. Ergo atheismus politicus est absurdus.

2° Absurda est absoluteque rejicienda illa doctrina quae societatis fundamentum subvertit, ideoque societatem dissolvit. Atqui atheismus politicus societatis fundamentum subvertit. Ergo.

Ad minorem.—Elementa essentialia societatis sunt finis, et auctoritas vi praedita cogendi cives ad adhibenda media quae ad consecutionem finis sunt necessaria. Atqui atheismus politicus fini societatis adversatur, et auctoritatis exercitium impossibile reddit. Ergo atheismus politicus fundamentum societatis subvertit.

---

respecte donc intégralement ces droits et ces pouvoirs qui découlent d'une autorité supérieure à la sienne. » Mgr Archambault, évêque de Joliette, conférence sur l'*Autorité Sociale*, faite à Québec, le 26 sept. 1909.

a) Atheismus politicus fini societatis adversatur.— Homines societatem ingrediuntur ut facilius officia sua cognoscere et adimplere valeant. Atqui prima et praecipua uniuscujusque officia, sunt officia religionis. Ergo societas debet praebere civibus media quibus facilius officia religionis adimpleant.(1) Atqui atheismus politicus, nedum hisce officiis adimplendis faveat, theoretice vel saltem practice illa officia denegat profitendo indifferentiam in his quae ad religionem pertinent. Ergo atheismus politicus fini societatis civilis adversatur.

b) Atheismus politicus exercitium auctoritatis impossibile reddit.— Auctoritatis exercitium fundatur in vi morali qua gaudet auctoritas cogendi subditos, et in obsequio subditorum. Haec autem vis moralis in subjecto auctoritatis invenitur ex eo quod auctoritas ipsa a Deo procedens habetur tanquam participatio divinae majestatis in qua fundatur obsequium subditorum. Atqui, admisso atheismo politico, jam auctoritas non potest amplius haberi ut participatio divinae majestatis, ideoque tollitur simul et vis moralis auctoritatis, et fundamentum obsequii subditorum. Ergo atheismus politicus exercitium auctoritatis impossibile reddit.

---

(1) « Les chefs d'Etat doivent tenir pour saint le nom de Dieu et mettre au nombre de leurs principaux devoirs celui de favoriser la religion, de la protéger de leur bienveillance, de la couvrir de l'autorité tutilaire des lois, et ne rien statuer ou décider qui soit contraire à son intégrité. Et cela ils le doivent aux citoyens dont ils sont les chefs. Tous tant que nous sommes, en effet, nous sommes nés et élevés en vue d'un bien suprême et final auquel il faut tout rapporter, placé qu'il est aux cieux, au delà de cette fragile et courte existence. Comme donc la société civile a été établie pour pourvoir au bien des citoyens, non seulement de façon à ne mettre aucun obstacle, mais à assurer toutes les facilités possibles à la poursuite et à l'acquisition de ce bien suprême et immuable auquel ils aspirent eux-mêmes. La première de toutes consiste à faire respecter la sainte et inviolable observance de la religion, dont les devoirs unissent l'homme à Dieu. » LEON XIII, *Immortale Dei*.

V. De liberalismo. (1) — **Status quaestionis.**

Liberalismus est *systema eorum qui naturam libertatis adulterantes supremam independentiam hominis respectu Dei et eorum qui de ejus auctoritate participant profitentur.*

Multiplex distinguitur forma liberalismi : potest enim voluntas non uno modo, neque uno gradu discedere ex obtemperatione quae vel Deo, vel iis qui divinam potestatem participant debetur.

1° **Liberalismus radicalis,** « pessimum liberalismi genus,» ille est qui summum Dei imperium recusans, omnem obedientiam exuit tum in publicis tum in privatis domesticisque rebus.—Juxta hanc primam liberalismi formam voluntas humana est omnino independens, nec aliquo tenetur officio erga Deum, sive in ordine religioso qui de facto negatur, sive in aliquo alio ordine, morali scilicet, vel politico, vel privato. Ex hac prima forma dimanant omnes moderni errores : atheismus privatius et politicus, suprematia populi, jus seditionis, libertas cultus, libertas conscientiae, libertas loquendi, docendi, et libertas praeli.

2° **Liberalismus mitigatus** est systema eorum qui admittunt voluntatem humanam pendere a Deo ut est auctor naturae, sed audacter repudiant leges fidei et morum, ipsa Dei auctoritate traditas, quas natura non caperet non potest. Hic igitur admittur existentia religionis naturalis, sed negatur existentia religionis supernaturalis necnon et Ecclesiae Christi.

3° **Liberalismus politico-religiosus** est systema eorum qui admittunt aliquo modo religionem supernaturalem, sed nihil esse aiunt cur ipsius ratio habeatur in rebus publicis : nutu scilicet, legum divinarum dirigendam esse utique vitam et mores privatorum, non tamen civitatis ; in rebus enim

---

(1) Quae in hoc paragrapho proponuntur ex litteris encyclicis Leonis XIII, *Libertas praestantissimum* desumuntur.

publicis fas est a jussis Dei discedere, nec ad ea ullo modo in condendis legibus intueri. Ex hac doctrina tanquam a suo principio manat perniciosa sententia separationis Ecclesiae et Civitatis.

Sed iste liberalismus secundum triplicem gradum distinguitur.

Primus gradus : systema eorum qui separationem radicalem et completam Ecclesiae et Status vindicant, ita ut in omni jure societatis humanae, in institutis moribus, legibus, reipublicae muneribus, institutione juventutis, non magis ad Ecclesiam respiciendum censeant, quam si esset omnino nulla.

Secundus gradus : systema eorum qui aliquam admittunt relationem Ecclesiam inter et Statum, sed imperfectam ; ipsi enim naturam juraque propria societatis perfectae Ecclesiae eripiunt ; Ecclesiae est non regere sua sponte subjectos, sed cohortari tantum et suadere. Juxta igitur hunc liberalismi gradum, Ecclesia aliquem influxum exercere potest in rebus publicis, non tamen imperando, sed per modum consilii et hortationis tantum.

Tertius gradus *(liberalismus catholicus)* est systema eorum qui Ecclesiam ut societatem perfectam habent, qui jus ipsius admittunt imperandi in rebus publicis ita ut res civilis a re sacra distrahi non debeat, sed quod Ecclesia isto jure utatur, non expedit : «faciendum censent ut Ecclesia tempori obsequatur et flectat se atque commodet ad ea quae in administrandis imperiis hodierna prudentia desiderat.»

En sunt diversae liberalismi formae quarum falsitatem demonstrare conabimur arguendo *primo*, modo generali, fundamentum liberalismi subvertendo ; *secundo*, modo speciali, contra singulas formas argumentum saltem indicando.

Liberalismi error in perverso humanae libertatis conceptu fundatur : unde maximi momenti est ut in praesenti clare primo appareat hujus libertatis conceptus germanus,

quem autem exponere, ducente Leone XIII, in sua littera encyclica *Libertas praestantissimum*, satis facile erit.

THESIS. — LIBERALISMUS NULLO MODO ADMITTI POTEST.

Primo, modo generali arguitur :

Ita a Liberalismi fautoribus intelligitur libertas ut sit absoluta et omnimoda independentia voluntatis humanae a quacumque auctoritate sive divina sive humana. Atqui vinculum dependentiae ab utraque auctoritate supponit germanus libertatis conceptus nedum hanc independentiam involvat. Ergo cum liberalismus hoc perverso conceptu totaliter nitatur, falsus omnino declarandus est et rejiciendus.

Ad minorem : — 1° Libertas est facultas eligendi inter media quae ad finem determinatum ducunt : qui enim facultatem habet unum aliquod eligendi e pluribus, is est factorum suorum dominus.

2° Cum autem id quod accipitur in quantum ad aliud ducit est bonum utile, et bonum sit objectum voluntatis, dicendum est quod liberum arbitrium nihil aliud sit quam ipsa voluntas quatenus in agendo habet elegendi facultatem.

3° Voluntas non movetur nisi mentis cognitio praecesserit, scil., bonum voluntati concupitum, est necessario bonum quatenus rationi cognitum. Libertas igitur, si in voluntate inest quae natura sua appetitus est rationi obediens, debet et ipsa pro objecto habere bonum rationi conforme.

4° Tamen quoniam utraque facultas a perfecto abest, fieri potest et saepe fit, ut mens voluntati proponat quod non sit reapse bonum, sed adumbratam boni speciem babeat, et in id sese voluntas applicet. Verum sicut errare posse et revera errare vitium est intellectus et imperfectio, eodem modo arripere fallax fictumque bonum, etsi sit liberi arbitrii indicium, sicut aegritudo vitae, vitium est libertatis et imperfectio. Ergo a bono declinare posse et malum facere

non est de essentia libertatis ; unde Deus cujus libertas perfectissima est malum culpae nulla ratione velle potest.

5° Cum igitur talis est in homine conditio libertatis, munienda erat aptis adjumentis quae cunctos ejus motus ad bonum dirigerent, a malo retraherent: secus multum homini libertas nocuisset. Ergo *lex*, hoc est agendorum atque omittendorum norma, fuit necessaria. Libertas igitur humana vinculum legis propter suam imperfectionem supponit, nedum quodcumque vinculum dependentiae excludat ; et lex ipsa non solum libertatem non destruit, sed perficit in quantum ipsam impedit ne ad malum declinet. Nihil igitur tam perversum dici vel cogitari potest quam illud, hominem, quia natura sua liber est, ab omni lege esse immunem, cum contra verissimum sit, idcirco legi oportere subesse, quia est natura liber.

6° Prima autem hominis *lex naturalis* datur quae nihil aliud est quam humana ratio recte facere jubens et peccare vetans. Ista humanae rationis praescriptio vim habere legis non potest, nisi quia altioris rationis vox est et interpres. Etenim ut lex obligat a superiore dimanare debet, ratio autem humana sibi superior non est. Ergo consequitur quod lex naturalis sit ipsa *lex aeterna*, in cordibus hominum impressa , quae (lex aeterna) a Sto Thoma definitur : ratio divinae sapientiae secundum quod est directiva omnium actionum et motionum. Libertas humana cum a lege naturali dirigitur, vinculo igitur dependentiae erga divinam auctoritatem necessario obstringitur.

7° Tandem quemadmodum homo privatus lege naturali ducitur ad bonum faciendum et malum vitandem, ita *lege humana* ad bonum commune promulgata dirigitur homo in societate constitutus. Lex autem humana a lege naturali derivatur : non est enim aliud nisi praeceptorum hujus legis naturalis nova promulgatio vel ulterior determinatio. «Natura igitur libertatis humanae quocumque in genere

consideretur tam in personis singulis quam in consociatis, nec minus in iis qui imperant quam in iis qui parent, necessitatem complectitur obtemperandi summae aeternaeque Dei rationi. »

Secundo, modo speciali, contra singulas Liberalisimi formas argumentum indicatur.

1° *Contra liberalismum radicalem.*—Argumentatio nostra generalis contra hanc liberalismi formam praesertim valet; unde addere sufficiat: hominem obligationem habere exhibendi Deo religionis cultum, eoque modo quem Deus ipse determinare voluerit; auctoritatem civilem esse participationem divinae auctoritatis a qua originem ducit, ideoque ipsi venerationem et obedientiam deberi; in ordine morali hominem non sibi esse legem, sed a lege naturali quae impressio est legis aeternae dirigi; nullam tandem esse libertatem ad malum quod semper et ubique est vitandum.

2° *Contra liberalismum mitigatum.* — Fautores hujus liberalismi negant hominem liberum subesse legibus quas imponere Deus vult, alia via praeter naturalem: sibi ipsi contradicunt. Si enim, ut conveniunt, voluntati legislatoris obediendum sit, quia totus homo in potestate Dei est et ad Deum tendit, consequitur neminem auctoritati ejus legiferae terminos modumque praescribere, quin hoc ipso faciat contra obedientiam debitam. Immo si ratio humana sibi arrogaverit decernere jura Deique officia, verecundiam legum divinarum retinebit plus specie quam re et arbitrium ejus valebit prae auctoritate divina.

3° *Contra liberalismi politico-religiosi primum gradum.*— Haec liberalismi forma separationem radicalem Ecclesiae et Status vindicat. Absurda est haec doctrina. — 1° Etenim societas debet civibus suppetere media opportunitatesque ad vitam honeste, scil., secundum Dei leges, ducendam, quia Deus est omnis honestatis, justitiaeque principium. Ergo illud vehementer repugnat, societatem posse simul nihil de

iisdem legibus curare, vel aliquid ipsis contrarium statuere. Perabsurbum enim est ut Ecclesiam civis vereatur, civitas autem contemnat.

2° Ecclesia et Status eosdem homines, in eodem territorio, et saepe in eadem materia, licet sub diverso respectu, sibi subjectos habent. Atqui supposita plena separatione moraliter evitari non potest, ut quae Ecclesia praecipit repugnent legibus civitatis et viceversa. Aut ergo dicendum Deum voluisse perpetua jurgia inter Ecclesiam et Statum in utriusque perniciem, aut voluisse inter utrumque juridicam conjunctionem. Ista autem conjunctio rite similis dicitur unioni animae et corporis in homine.

4° *Contra secundum gradum.* — Cum haec liberalismi forma ipsi Ecclesiae jura societatis perfectae deneget, sufficit recolere: Ecclesiam non esse partem alterius societatis, cum societas universalis sit, finem habere supremum, ideoque independentem esse a societate civili, omnia media etiam in se habere ad finem suum consequendum, rationem igitur societatis perfectae sibi vindicare.

5° *Contra tertium gradum.* — Qui ius habet, ad ipsum pertinet de opportunitate jure utendi dijudicare. Si igitur Ecclesia jus habeat influxum exercendi in rebus politicis secundum quod ad salutem animarum interest, ad ipsam pertinet dijudicare utrum isto jure uti expediat vel non. Verum non repugnat petere ab Ecclesia ut, explorata spe magni alicujus boni, indulgentem sese impertiat, idque temporibus largiatur, quod salva officii sanctitate potest ; secus vero est si agatur de rebus ac doctrinis silentio confirmandis quas mutatio morum et fallax judicium contra fas invenerint. « Nullum tempus vacare religione, veritate et jusiitia potest: quas res sanctissimas cum Deus in tutela Ecclesiae esse jusserit, nihil est tam alienum quam velle ut ipsa quod vel falsum est vel injustum dissimulanter ferat, aut in eis quae sunt religione noxia conniveat. »

VI. De libertate conscientiae.—Liberalismi fautores proclamant libertates quas *modernae* vocant : inter ipsas eminet *libertas conscientiae,* seu *facultas cogitandi et agendi quae magis lubent in his quae ad Deum et religionem spectant.* Hoc sensu accepta libertas conscientiae est absolute rejicienda. Dicitur *hoc sensu,* quia quidem libertas conscientiae aliud significat nempe : immunitatem voluntatis a qualibet necessitate seu coactione qua quis impediatur ne dictamen certum conscientiae in actibus vitae sive privatae, sive publicae sequatur ; jus inviolabile sequendi, ex conscientia officii, voluntatem Dei et admiplendi, nulla re impediente, legem et praecepta divina. In hisce sensibus accepta, libertas conscientiae tanquam jus inalienabile uniuscujusque hominis praedicatur[1] Unde Ecclesia catholica hoc jus ut sacrum habens, semper praecepit, nemini infidelium per violentiam imponi posse fidem, quam ipse renuit admittere, quia *credere voluntatis est,* docente S. Thoma. [2] Libertas tamen conscientiae, sensu liberalismi accepta, non est hujusmodi, non libertas dicenda est sed licentia, cum sese habeat aeque ad malum. Sit igitur.

---

(1) « Une autre liberté qu'on proclame aussi bien haut est celle qu'on nomme *liberté de conscience.* Que si l'on entend par là que chacun peut indifféremment, à son gré, rendre ou ne pas rendre un culte à Dieu, les arguments qui ont été donnés plus haut suffisent à les réfuter. Mais on peut l'entendre aussi en ce sens que l'homme a dans l'Etat le devoir de suivre, d'après la conscience de son devoir, la volonté de Dieu, et d'accomplir ses préceptes sans que rien puisse l'en empêcher. Cette liberté, la vraie liberté, la liberté digne des enfants de Dieu, qui protège si glorieusement la dignité la personne humaine est au-dessus de toute violence et de toute oppression, elle a toujours été l'objet des vœux de l'Eglise et de sa particulière affection. » Léon xiii, *Libertas praestantissimum.*

(2) *Sum. theol.* II-II, q. 10, a. 8.

THESIS.—LIBERTAS CONSCIENTIAE IN SE SPECTATA EST OMNINO IMPIA ; SI IN DATIS CIRCUMSTANTIIS TOLERARI POTEST, NUMQUAM TAMEN EST APPROBANDA, ET MULTO MINUS PROTEGENDA ET INCULCANDA.

Prima pars : *Libertas conscientiae in se spectata est omnino impia.*—1° Impium est denegare strictissimum naturae officium quo homo tenetur recte sentire de Deo et de his quae ad religionem veram spectant. Atqui, admissa libertate conscientiae, sensu a liberalismo proposito, denegatur illud naturale officium, cum jus traditur homini sentiendi de Deo et de his quae ad religionem pertinent prout magis lubet. Ergo libertas conscientiae in se spectata est omnino impia.

2° Libertas conscientiae, sensu liberali accepta, est negatio legis naturalis, ideoque fundamentum moralitatis actionum subvertit, et ad moralem independentem ducit.

Secunda pars : *Libertas conscientiae tolerari potest in quibusdam circumstantiis.* Inter plura mala quorum unum et alterum vitari non possunt, minus malum est eligendum. Atqui nostris temporibus, consideratis circumstantiis, saepe saepius tolerantia quarumdam doctrinarum quae sunt in se falsae est minus malum, quam earum repressio. Ergo libertas conscientiae tolerari potest. (1) Tolerare tamen non est approbare, nec simpliciter permittere, sed solummodo non punire.

---

(1) « Néanmoins, dans son appréciation maternelle, l'Eglise tient compte du poids accablant de l'infirmité humaine, et elle n'ignore pas le mouvement qui entraîne à notre époque les esprits et les choses. Pour ces motifs, tout en accordant de droits qu'à ce qui est vrai et honnête, elle ne s'oppose pas cependant à la tolérance dont la puissance publique croit pouvoir user à l'égard de certaines choses contraires à la vérité et à la justice, en vue d'un mal plus grand à éviter ou d'un bien plus grand à obtenir ou à conserver. » LEON XIII, *Libertas praestantissimum.*

Tertia pars : *Nunquam tamen est approbanda, multo minus protegenda et inculcanda.*—Nunquam approbari, protegi vel inculcari potest id quod est in se falsum, homini individuo et societati maxime perniciosum. Atqui libertas conscientiae, prout nunc accipitur, est hujusmodi. Falsum est enim hominem privatum vel societatem habere facultatem cogitandi et agendi quae magis lubent de Deo et de his quae ad religionem spectant : hoc adversatur strictissimo et principali utriusque officio, ut demonstratum est. Insuper libertas conscientiae, fundamentum moralitatis et honestatis subvertens, tum homini privato, tum societati non potest non esse maxime perniciosa. Ergo nunquam licet libertatem conscientiae approbare, protegere, vel inculcare. [1]

VII. De libertate cultuum.—Libertas cultuum est facultatem profitendi quemcumque cultum pro libitu, vel omnino nullum. Haec libertas cum libertate conscientiae est intime connexa, ideoque eisdem principiis refellenda.

THESIS.—LIBERTAS CULTUUM IN SE SPECTATA EST ABSURDA ; TAMEN QUANDOQUE TOLERARI POTEST AB AUCTORITATE CIVILI.

Prima pars.—*Libertas cultuum in se spectata est absurda.* 1° Homo individuus et ipsa societas tenentur, ut probatum

(1) « Néanmoins, dans ces conjectures, si, en vue du bien commun et pour ce seul motif, la loi des hommes peut et même doit tolérer le mal, iamais pourtant elle ne peut, ni ne doit l'approuver, ni le vouloir en lui-même, car, étant de soi la privation du bien, le mal est opposé au bien commun que le législateur doit vouloir et doit défendre du mieux qu'il peut. Et en cela aussi la loi humaine doit se proposer d'imiter Dieu, qui, en laissant le mal exister dans le monde, *ne veut ni que le mal arrive, ni que le mal n'arrive pas, mais veut permettre que le mal arrive. Et cela est bon.* Cette sentence du Docteur angélique contient, en une brève formule, toute la doctrine sur la tolérance du mal. » LEON XIII, *Libertas praestantissimum*.

est, exhibere Deo cultum et honorem debitum, non autem quemcumque, sed illum quem voluntate sua praecipit. Atqui admissa libertate cultuum, denegatur illud strictissimum hominis et societatis officium. Ergo libertas cultuum non potest admitti.

2° Absurdum est Deum, supremum Dominum maxime ab omni ente independentem, teneri acceptare et approbare quoslibet indiscriminatim cultus, et non habere facultatem determinandi cultum sibi debitum. Atqui haec est doctrina libertatis cultuum. Ergo libertas cultuum est in se absurda. (1)

Secunda pars.— *Tamen quandoque tolerari potest ab auctoritate civili.*—Tolerari enim potest id quod est minus malum, respectu alterius mali majoris quod vitari non potest. Atqui, ut diximus de libertate conscientiae, quandoque minus malum est tolerare libertatem cultuum, cum prohibitio quorumdam cultuum, dissensiones et perturbationes inter cives provocaret. Ergo libertas cultuum quandoque tolerari potest.

---

(1) « *La liberté des cultes*, comme on l'appelle, repose sur ce principe qu'il est loisible à chacun de professer telle religion qu'il lui plaît, ou même de n'en professer aucune.—Mais tout au contraire, c'est bien là sans nul doute, parmi tous les devoirs de l'homme, le plus grand et le plus saint, celui qui ordonne à l'homme de rendre à Dieu un culte de piété et de religion. Et ce devoir n'est qu'une conséquence de ce fait que nous sommes perpétuellement sous la dépendance de Dieu, gouvernés par la volonté et la Providence de Dieu, et que, sortis de lui, nous devons retourner à lui.

« Envisagée au point de vue social, cette même liberté veut que l'Etat ne rende aucun culte à Dieu, ou n'autorise aucun culte public ; que nulle religion ne soit préférée à l'autre, que toutes soient considérées comme ayant les mêmes droits, sans même avoir égard au peuple, lors même que ce peuple fait profession de catholicisme. Mais pour qu'il en fut ainsi, il faudrait que vraiment la communauté civile n'eût aucun devoir envers Dieu, ou qu'en ayant elle pût impunément s'en affranchir, ce qui est également et manifestement faux. » Léon XIII, *Libertas praestantissinum*.

VIII. De libertate docendi et de libertate preli.—Liberalismi fautores simul cum libertate conscientiae et cultuum, libertatem docendi sive voce sive scripto proclamant; unde libertas docendi et libertas preli sese habent, juxta ipsos, ut jura sacra et inviolabilia. Eadem absurditate laborant istae libertates.

THESIS.—LIBERTAS DOCENDI ET LIBERTAS PRELI SUNT ABSURDAE.

1° Absurdum est eadem jura concedere veritati et errori, virtuti et vitio. Atqui admittere libertatem docendi sive voce sive scripto, sine ulla limitatione, est eadem jura concedere veritati et errori, virtuti et vitio. (1) Ergo libertas docendi et libertas preli sunt absurdae.

Ad majorem.—Etenim veritas est bonum intellectus, error malum; virtus, bonum voluntatis, vitium malum.

---

(1) « Maintenant poursuivons ces considérations au sujet de la liberté d'exprimer par la *parole* ou par la *presse* tout ce que l'on veut. Assurément si cette liberté n'est pas justement tempérée, si elle dépasse le terme et la mesure, une telle liberté, il est à peine besoin de le dire, n'est pas un droit, car le droit est une faculté morale, et, comme nous l'avons dit et comme on ne peut trop le redire, il serait absurde de croire qu'elle appartient naturellement et sans distinction indiscernement à la vérité et au mensonge, au bien et au mal. Le vrai, le bien, on a le droit de les propager dans l'État avec une liberté prudente, afin qu'un plus grand nombre en profite; mais les doctrines mensongères, peste la plus fatale de toutes pour l'esprit; mais les vices qui corrompent le cœur et les mœurs, il est juste que l'autorité publique emploie à les réprimer sa sollicitude, afin d'empêcher le mal de s'étendre pour la ruine de la société. Les écarts d'un esprit licencieux, qui, pour la multitude ignorante, deviennent facilement une veritable oppression, doivent justement être punis par l'autorité des lois, non moins que les attentats de la violence commis contre les faibles. Et cette répression est d'autant plus nécessaire que contre ces artifices de style et ces subtilités de dialectique, surtout quand tout cela flatte les passions, la partie sans contredit la plus nombreuse de la population ne peut en aucune façon, on ne peut qu'avec une trés grande difficulté se tenir en garde. » LEON XIII, *Libertas praestantissimum*.

Atqui non potest intellectus nec voluntas, aeque sese habere ad id quod est bonum suum et ad id quod est malum. Coeterum jus est facultas moralis aliquid agendi vel exigendi. Jamvero bonum tantum est faciendum, malum vero vitandum. Ergo nullum potest dari jus ad malum. (1)

2° Absurbum est ut jus habere id quod ad corruptionem mentis et cordis homines perducit. Atqui libertas docendi sive voce sive scripto est hujusmodi. Praehabita enim naturali inclinatione hominum ad malum, incapacitate maximae partis hominum vacandi studio et sese extricandi a falsis ratiocinationibus et sophismatibus erroris, impossibile est libertatem errori concessam non producere corruptionem mentis et cordis hominum. Ergo libertas docendi est absurda.

3° Absurdum est civitatem proclamare libertatem quam reprobare et punire ipsamet cogitur. Atqui admissa ab auctoritate civili libertate docendi, res est hujusmodi. Etenim

(1) « Il n'y a que la vérité, on n'en saurait douter, qui doit entrer dans les âmes, puisque c'est en elle que les natures intelligentes trouvent leur bien, leur fin, leur perfection ; c'est pourquoi l'enseignement ne doit avoir pour objet que des choses vraies, et cela qu'il s'adresse aux savants ou aux ignorants, afin qu'il apporte aux uns la connaissance du vrai, que dans les autres il l'affermisse. C'est pour ce motif que le devoir de quiconque se livre à l'enseignement est, sans contredit, d'extirper l'erreur des esprits et d'exposer des protections sûres à l'envahissement des fausses opinions. Il est donc évident que la liberté dont nous traitons, en s'arrogeant le droit de tout enseigner à sa guise, est en contrediction flagrante avec la raison et qu'elle est née pour produire un reversement complet dans les esprits ; le pouvoir public ne peut accorder une pareille licence dans la société qu'au mépris du devoir. Cela est d'autant plus vrai que l'on sait de quel poids est pour les auditeurs l'autorité du professeur, et combien il est rare qu'un disciple puisse juger par lui-même de la vérité de l'enseignement du maître.

« C'est pourquoi cette liberté aussi, pour demeurer honnête a besoin d'être restreinte dans des limites déterminées ; il ne faut pas que l'art de l'enseignement puisse impunément devenir un instrument de corruption. » Léon XIII, *Libertas praestantissimum*.

auctoritas civilis ut primum habet officium tuendi jura civium, inter quae eminet jus ad veritatem cognoscendam, praecavendi ne in periculum adducantur quae sunt ordinis socialis fundamenta, ideoque reprobandi et puniendi quae in detrimentum civitatis et civium vergunt. Atqui admissa libertate docendi, jam licentia datur spargendi doctrinas quae contra Deum, contra religionem, contra mores, contra civium jura, contra ipsius societatis auctoritatem excurrunt, quas quidem auctoritas ipsa tenetur reprobare et punire. Ergo libertas docendi est absurda. De facto autem gubernia quae libertatem doctrinae et preli proclamant, hanc libertatem restringunt et puniunt dum docetur vel scribitur aliquid quod judicant auctoritati suae contrarium.

FINIS ETHICAE SEU PHILOSOPHIAE MORALIS

INDEX RERUM

ETHICA

SEU

PHILOSOPHIA MORALIS

PRIMA PARS

ETHICA GENERALIS

LIBER PRIMUS

DE PRINCIPIIS EXTRINSECIS ACTUUM HUMANORUM

LIBER SECUNDUS

DE PRINCIPIIS INTRINSECIS ACTUUM HUMANORUM

PARS SECUNDA

ETHICA SPECIALIS

LIBER PRIMUS

MORALIS INDIVIDUALIS

LIBER SECUNDUS

MORALIS SOCIALIS

INDEX ALPHABETICUS

A

C

E

F

G


H

I



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

ANSI and ISO TEST CHART No 2



APPLIED IMAGE Inc

N

O

T

U

V